DE

DIGAMMO HOMERICO

QUÆSTIONES.

I.

SCRIPSIT

OLAUS VILELMUS KNÖS.

Upsala Universitets Årsskrift 1872.

Philosophi, Språkvetenskap och Historiska Vetenskaper. V.

UPSALIÆ

TYPIS EXSCRIPSERUNT EDQUIST ET BERGLUND

MDCCCLXXII.

De digammo homerico quæstiones

scripsit

Olaus Vilelmus Knös.

Prooemium.

Si quis de digammo homerico quæsiturus est, ne eius primum omnium est fateri, qua via atque ratione in his quæstionibus sit versaturus, neque fateri solum sed etiam demonstrare eam viam, quam elegerit, iustam esse optimisque argumentis munitam. Tantopere enim inde a Bentleii temporibus hac de digammo homerico doctrina ad arbitrium perverse usi sunt docti viri, tanta cum temeritate ad varias asperitates metricas summovendas, ad inauditas vocum figuras fingendas eam novandi studio ducti adhibuerunt, ut universa hæc res a plurimis suspecta a nonnullis etiam in nugis sit habita. Si igitur in hac re, de qua tota antiquitas tacet, aliquid audendum esse putamus, summa cum cautione diligentiaque agendum est nobis, tamquam si in silvam certis viis carentem ingredientes e vestigiis prope deletis atque incisionibus in arboribus factis dubitantes identidemque circumspectantes quo contendimus pervenire studeamus. Profecto nobis opus est filum quoddam, quale Theseus ad exitum e labyrintho inveniendum ab Ariadne accepisse traditur.

Sunt qui ex hoc ingenii Bentleiani sagacitatis monumento, digammo dico in carminibus homericis recognito, tamquam e firma belli sede proficiscentes ad novas linguæ homericæ regiones expugnandas, ad alias res occultas indagandas egressi sint. Ita palatalem quoque spirantem consonam Homero vindicarunt atque dentalem spirantem in iis verbis, quæ in posteriore græca lingua ea carent, in carminibus homericis nondum exstinctam esse contenderunt. Atque hæc quadam ex parte haud immerito, præsertim si de consonis,

quæ in initio vocum putantur fuisse, agitur. Sed quasi reportata victoria alacriores facti alii, ut hiatus et ii, qui legitimi vocantur, et ii, quibus illicitis nomen est datum, quantum fieri posset e carminibus homericis eiicerentur, vel ut productiones brevium syllabarum finalium vel longarum vocalium diphthongorumve et solitæ et duriores iuste excusarentur, non dubitarunt ad antiquiores et nominum verborumque terminationes et particularum figuras sumendas fingendasque confugere. Quo factum est, ut fines græcæ linguæ transgressi Homero græco poetæ seu iis poetis, qui sub hoc nomine latent, linguam non græcam sed europæam quandam vel indoeuropæam tribuere sint conati [1]).

Quod si tantum est a vero aberrandi periculum, tanta rectæ viæ inveniendæ difficultas, unde filum illud Ariadnæum, quo ducti certa via progrediamur, possumus nancisci? Facile intellegitur hoc nullo alio ex loco nisi ex ipsis carminibus esse quærendum. Nam quum nullus alius de hac re exstet testis, si quæ sunt indicia vel vestigia huius consonæ, hæc in carminibus ipsis indaganda sunt. Quod autem in æolica dialecto et in dorica illam consonam fuisse comperimus, hoc nihil ad homerica carmina pertinet, nisi ex metricis rationibus ea carminibus illis tribuenda est. Tum apparet nihil novi, nullam vocis figuram sumptam coniectamve homericæ linguæ iusto posse attribui, quæ non e græca lingua antiquiore certa via ac ratione possit erui. Quæ quum ita sint, in duabus rebus et in carminibus homericis perscrutandis et in elegantiore antiquissimæ linguæ græcæ cognitione tota hæc quæstio continetur. Videndum est, quæ versus homerici condendi sint leges, quæ productiones, qui hiatus ex his legibus satis excusentur, tum quid fortasse ultra desideretur, si locis quibusdam suis ipsorum legibus carmina illa videantur repugnare, denique num hoc, quod ultra desideretur vel requiratur, e græca lingua substitui possit.

Primum igitur demonstrandum est, quæ brevium syllabarum finalium productiones, ubi ab usu reliquorum poetarum recedere videtur Homerus, vel in ancipiti syllabæ finalis vi vel in natura illius consonæ, a qua insequens vocabulum incipit, vel in certa quadam, qua utitur hæc productio, versus sede consistere videantur, tum quæ longæ vocales diphthongique ante voces a vocalibus literis incipientes in arsibus [2]) etiam infirmis produci soleant, quæ vel in firmio-

[1]) In primis hic nominandus est Oscar Meyer, quæstiones homericæ. Bonnæ 1868. Cf. G. Curtius, Philologie und Sprachwissenschaft. Antrittsvorlesung. Leipz. 1862. p. 19, Etym. 526.

[2]) In nominibus thesis arsisque definiendis Westphalium secutus sum, qui ad

ribus tantum arsibus vel non nisi in thesibus vel in nulla omnino versus sede productæ inveniantur, denique qui hiatus, qui vulgo appellantur, vel e natura ultimæ vocalis vocabuli antecedentis firmiore vel ex ea, in qua est hiatus, versus regione iustam excusationem accipiant. Atque ne his de rebus quærentes totam causam confundamus, ita hæ quæstiones instituantur necesse est, ut omnes illi loci, in quibus asperitatem quandam metricam antiqua aliqua consona postea obsoleta contineri iure quodam possumus suspicari, ex his quæstionibus omittantur. Namque tantum e certis de incertis sine metu errandi possumus iudicare. De his rebus accuratissime elegantissimeque disputavit Hoffmannus. Quum vero et Iliadem solam fere ille in disceptationem vocaverit et nonnullis ex partibus vel causam ad finem non perduxerit vel minus recte iudicasse videatur, nobis opus fuit totam hanc quæstionem retractare.

Ex his rationibus salebræ illæ metricæ, quæ primo eum magnopere offendunt, qui ab aliis poetis græcis vel a latinis ad Homerum legendum se contulit, magnam partem coæquantur. Restat tamen numerus satis magnus, qui admirationem non movere vix possit. Videtur enim poeta in brevibus syllabis finalibus et longis vocalibus diphthongisque producendis, in hiatibus admittendis nullis prorsus legibus obtemperasse. Quæ quum ita sint, videndum est nobis, num ex altera illa ratione, quæ ex elegantiore sermonis homerici cognitione repetatur, ad has salebras tollendas auxilium petere possimus. Ubi in versu aliquo homerico contra eas leges, quæ diligentissime perquisita versus homerici natura sunt constitutæ, peccatum est, ibi videamus, num antiquior quædam vocis in græca lingua fuerit figura, qua recepta omnia perbene fluant. Sed hic cautissime agendum est, ut figuram inauditam, qualis numquam linguæ homericæ fuerit, non animis informemus eo solo consilio, ut asperitatem metricam amoveamus. Priusquam novam vocis cuiusdam figuram Homero tribuamus, demonstrandum est nobis, quum eam vel simile quiddam compluribus homericis locis e metricis rationibus requiri, tum aut eam re vera in dialecto quadam esse servatam aut simile quid intra fines linguæ græcæ obtinuisse vel eam secundum leges huius linguæ esse formatam aut eam medium locum tenere inter alias figuras vere græcas. Ut hanc sententiam paucis exemplis illustrem, digammi memoriam in dialectis æolica et dorica servatam esse quum aliis rebus tum titulis certissime demonstratur; deinde ὄῐες (*ὄϜιες[1]) ι 425

veterum auctorum usum rediit: thesis id igitur est tempus (σημεῖον), in quo ictus est, arsis autem id, quod ictu caret. Cf. Westphal, Metrik d. Griech. II p. 5.

[1]) Schleicherum G. Curtium alios secutus omnes eas voces figurasque, quæ ab

et ὀέτεας (*ὀϝέτεας pro prava scriptura οἰέτεας) *B* 765 ad similitudinem verborum dor. βῶς att. βοῦς pro *βοϝς, οἰνώδης pro *οἰνω-εἰδης *οἰνο-ϝειδης formata esse haud temere censemus (cf. Curtius Etym. 526, Brugman, Curtii Stud. IV 159 sq.); tum Ἰλίου προπάροιθε *O* 66 al., Αἰόλου κλυτὰ *κ* 60 sim. ex metrica ratione in *Ἰλίοο προπάροιθε, *Αἰόλοο κλυτὰ mutanda sunt, quæ novæ figuræ terminationem præbent, quæ inter notissimas terminationes *οιο* et *ου* medium locum tenuisse existimanda est (cf. Ahrens, Rhein. Mus. II 161). At quum quis ex iis hiatibus productionibusve, quæ ea, qua utuntur, versus sede vel alia aliqua ratione satis sunt excusatæ, de antiquioribus vocum figuris coniecit, sane operam perdidit. Namque si una ratio legitimam excusationem affert, nihil ultra opus est. Atque ex eo, quod terminationes gen. sing. primæ et secundæ declin. *αο οιο* sæpissime hiatus efficiunt, melius cum Hoffmanno statuimus firmiore has terminationes esse natura, ex qua elisionem non patiuntur, quam novas in ς cadentes terminationes ex antiquissima lingua indoeuropæa eruere studemus, quas terminationes fortasse nulla in lingua certe non in græca fuisse concedendum est. Neque enim e dor. figuris ἐμέος ἐμοῦς ἐμεῦς æol. ἐμοῦς sim. quicquam ad hanc rem demonstrandam potest proferri. Profecto minutæ terminationes in nulla lingua non inveniuntur ac pæne in unoquoque vocabulo insunt, si id ad antiquissimas ætates possumus revocare. Sed de lingua quadam quærentibus ultra fines huius linguæ nobis non egrediendum est.

His in universum dictis ad eam quam nobis hic proposuimus quæstionem, quæ est de digammo, transeamus. Hiatus homericos observanti alios esse paucos, frequentissimos autem ante compluria vocabula, quæ a digammo olim incepisse ex antiquis testimoniis constabat [1]), Richardo Bentleio, sagacissimo et ingeniosissimo viro, in mentem venit digamma in versibus componendis valuisse. Hanc de digammo homerico sententiam amplexi sunt atque uberius tractarunt quum alii tum Heyne Thiersch Hoffmann Bekker. Acerrimus digammi homericis carminibus restituendi vindex exstitit Heyne, doctissime de hac re disputat Thierschius, accuratissimæ subtilissimæque sunt et de versus homerici condendi legibus et de digammi

---

antiquis non traditæ ad alias interpretandas animis conformandæ videntur, asterisco * præfixi.

[1]) Hoc non diserte additum vidimus, sed, quæ illius viri erant et doctrinæ elegantia et acumen ingenii, pauca et decurtata, quæ de origine huius sententiæ traduntur, alio modo non possumus accipere.

vestigiis quæstiones Hoffmanni, satis caute et omnino considerate Bekkerus digamma in carminibus homericis restituit [1]). Quorum in numero primæ sine dubio deferendæ sunt Hoffmanno. Odysseam vero hic vir doctus prorsus pæne omisit neque singula ita omnibus ex partibus pertractavit, ut causam peroravisse videatur, deinde de productionibus hiatibusque versus homerici aliter iudicato etiam vestigia digammi alia cernentur, tum disputationes eius, si etymologicas quæstiones respicimus, vix hac ætate dignæ putandæ sunt. Accedit quod ad alium quendam finem, qui in diversis singularum partium Iliadis ætatibus e servato neglectove digammo constituendis est positus, quæstiones eius universæ referuntur, quo factum est ut iungenda diiungantur et de iisdem vocibus diversis capitibus disputetur.

Priusquam autem ipsam rem aggrediamur, nobis inquirendum est, *quo iure Homero digamma tribuamus.*

Digamma antiquam literam græcam fuisse nemo negat. Diserte hoc enuntiat Hesychius, qui ita explicat *δίγαμμα· στοιχεῖόν τι.* Assentitur Dionysius Halic., qui Antiqu. Rom. I 20 hæc habet: *σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ὡς τὰ πολλὰ προτιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγένοντο, τὴν ου συλλαβὴν ἑνὶ στοιχείῳ γραφομένην ... ὡς Fελένη καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος κτλ.*

Digamma in antiquissimis literaturis græcis sextum locum obtinuisse vel eundem locum, quem in phoenicia vel hebræa lingua consona ו tenet, in latina autem consona *F*, e duobus titulis manifestissime apparet. Unus est titulus locr. posterior ab Oeconomida editus, ubi singulæ foederis partes per literas singulas *ΑΒΓΔΕFΖΗΘ* indicantur. Alter titulus est in vasculo quodam in sepulcro cæretano reperto, qui literas græcas ordine descriptas exhibet, quales ante receptam literaturam ionicam apud Italos in usu erant (Franz Elem. epigr. Græc. n. 1 p. 21, CIG. n. 8342, Savelsberg dig. n. 31). Alios titulos, ubi digamma pro nota numeri sex usurpatur, attulit Franz Elem. epigr. Gr. 351, qui censet e nota numerali ⊏ prodiisse novam figuram *ϛ*, casu tantum cum nota duarum consonarum *στ* (*στῖγμα*) congruentem.

Digamma antiquissimis temporibus omnibus dialectis græcis fuisse commune testantur et tituli et grammatici et ipsa posterioris ætatis lingua græca. Invenitur enim hæc consona non in æolicis solum et doricis titulis sed etiam semel in titulo ionico CIG n. 10, Franz

[1]) Quæ de digammo homerico sententiæ doctorum virorum fuerint præcipuæ, uberius exposuimus in libello, qui inscribitur Prolegomena ad quæstiones de digammo homerico instituendas. Upsaliæ 1869.

Elem. epigr. Græc. n. 44, ubi est *ΑϜΥΤΟ* i. e. *αὐτοῦ*, de qua vocis figura conferendi sunt Franz ib. p. 42 et Brugman, Curtii Stud. IV 132. E grammaticis Trypho *πάθη λέξεων* § 11 idem diserte indicat hæc dicens: *προστίθεται δὲ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσι καὶ Βοιωτοῖς· οἷον ἄναξ ϝάναξ, Ἑλένα Ϝελένα. προστιθέασι καὶ τοῖς ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομένοις. ἅπαξ δὲ παρ' Ἀλκαίῳ τὸ ῥῆξις καὶ ϝρῆξις εἴρηται* (cod. *οὔρηξις*. Mus. crit. I Cambridge 1814 p. 34). Dionysium Halic. in universum priscis Græcis digamma attribuisse iam vidimus. Atque ab Ionibus, de quibus maxime ambigitur, digamma usurpatum fuisse auctor est Varro de ling. lat. VI 192 (Spengel), qui affert Iones dicere *βῆρ* (i. e. **ϝῆρ* lat. *ver*). Quod vero Apollonius et Priscianus (Inst. I 22 Krehl) aliam de hac re amplexi sunt opinionem, quum Alcmanem doricum poetam, propterea quod hæc litera ab eo est usurpata, æolide usum esse dicunt[1]), non mirandum est: sine dubio pravo illo æolici huius consonæ cognomine ducti sunt. Tertiam rationem ex ipsa græca lingua universa repetendam esse dixi. Quæ huc pertinent, adumbrare tantum possumus, ne simus longiores. Primum afferendæ sunt figuræ vocali prosthetica (etiam in attica dialecto) ornatæ, quæ sunt *κατ-ε-άξαντες* Lys. 3. 42 (Kühner Ausf. Gram. I 757), *ἐ-ειδόμενος* Pind. Nem. X 15, *ἐ-εισάμενος* *Β* 22, *ἐ-έλσαι* *Φ* 295 al., tum hæ voces, in quibus latet prosthetica vocalis, *ἄθλον* pro *ἀ-(ϝ)εθ-λο-ν*, *αἴρω* ex *ἀ-(ϝ)είρ-ω*, *ᾄδω* ex *ἀ-(ϝ)είδ-ω* (lac. *ἀβείδω* Ahrens, dial. II 48), *εἴργω* et *εἵργω* ex *ἐ-(ϝ)έργ-ω*, *αὔξω* ex *ἀ-(ϝ)έξ-ω*, al. Quum enim hæc vocalis præfixa græcæ linguæ sit propria, a cognatis autem linguis prorsus aliena, non potest e memoria temporis cuiusdam græcoitalici vel antiquioris repeti. Atqui in græca lingua non esset addita, nisi causa iusta in servata consona initiali esset: hanc autem consonam in iis, quæ attuli, vocabulis spirantem labialem fuisse e cognatis linguis dilucide apparet. Sequitur igitur in antiquissima græca lingua digamma initiale harum vocum nondum exstinctum esse. Has autem voces ex aliis dialectis in atticam esse translatas veri dissimillimum videtur. Deinde verba haud pauca a vocalibus incipientia in universa græcitate aut augmenti genus ostendunt, in quo vocalis *ε* augmenti syllabici, quod vocatur, cum vocali verbi initiali in *ει* conflata est ut *εἷλκον εἰργαζόμην εἶδον* al., aut syllabico augmento ornata sunt ut *ἔ-αξα ἑ-άλωκα* sim., *ἠ-είδη* ex **ἠ-ϝειδ-ε-ε* att. *ᾔδει(ν)*: quod demonstrat eo tem-

[1]) De Apollonio cf. Ahrens II 41 n. 2, Savelsberg dig. 9. Prætereo autem Marium Victorinum, qui (I 2461 Putsch) tantum commemorat notam consonantis u Græcos habere *ϝ*.

pore, quo hæ figuræ exsisterent, consonam quandam initialem etiamtum viguisse; ac quin in his verbis illa consona fuerit digamma, non est quod dubitemus: immo hic illic in *υ* immutatum restitit ut *ε-ὕαδ-ε-ν* (*Ξ* 340, cf. Hesych.), *ε-ὐάλω-κ-ε-ν* (Ahr. I 36, 37 n. 12). Atque ex illis figuris nonnullas intra græcæ linguæ ætates esse formatas tum veri simillimum est (ut *ἑάλωκα*) tum negari non potest (ut *ἠείδη*). Aliter autem se habent *ἤλκησε λ* 580, *ἤλπετο ι* 419, *ἤνασσε Κ* 33, *ἥνδανε Α* 24, quæ figuræ posteriori græcæ ætati debentur. Tum est notissimum præfixi *α* privativi, quod appellatur, duas præcipue esse figuras *ἀν-* et *ἀ-*, quarum illa cum vocibus a vocalibus literis incipientibus, hæc cum vocabulis, quorum prima litera consona est, maxime coniungatur. Quum vero in attica dialecto nobis occurrunt *ἀργός* ex *ἀ-εργός* *ἄκων* ex *ἀ-έκων* *ἄ-ιστος* *ἀ-όρατος* *ἄ-οικος* *ἄ-οινος* al. permulta, hoc ex eo intellegitur, quod illæ voces olim non a vocali sed a digammo incipiebant. Posterioribus autem temporibus, quum spirantis consonæ memoria prorsus dilapsa esset, debentur *ἄν-οικος* *ἀν-οινία* *ἀν-όρατος*; quamquam in hac formatione lingua nonnumquam aberravit, ut ostendunt *ἄ-οδμος* *ἄ-ορνος*. Denique huc numeranda sunt duplicata vocabula, in quibus vocalis finalis prioris membri ante vocalem insequentem elisione non est remota, quum alterum vocabulum olim a digammo inciperet: primo autem ambæ vocales residebant, postea vulgo in unam vocalem diphthongumve confluxerunt. Exempla sunt *κακοῦργος* pro *κακο-εργός σ* 54, coll. *κακ-άγγελος* *κακ-ήγορος* al., *δημιουργός* pro *δημιο-εργός ρ* 383, *χειρῶναξ* pro **χειρ-ο-αναξ*, *χειρουργός*, resedit autem vocalis integra in *χειρ-ο-ήθης*, cfr *χειρ-ο-τέχνης*, *χειρ-αγωγός* (Plutarch.), porro *ἀμφι-έννυμι* et fortasse *ἐπί-ορκος*, *ἀμφι-ορκία*.. — Præterea in hanc sententiam ierunt Hermannus, qui (Hymni hom. p. 91) digamma pelasgicum nominat, et Boeckhius CIG. I p. 719.

Iam vero si constat digamma antiquissimæ græcæ linguæ universæ fuisse proprium, iam eo ipso veri simillimum est hanc consonam homericæ linguæ non defuisse, præsertim quum concedendum sit, hanc linguam permulta ex antiquissima græca lingua integra servavisse. Quum igitur homerica carmina plurima vetustissimæ græcæ linguæ monumenta nobis tradiderint, non miremur, si etiam hac ex parte memoriam antiquissimæ rei ceteroquin prope deletæ retinuerunt. Sed hac via id tantum assequimur, fieri potuisse ut digamma in carminibus homericis componendis viguerit. Re vera autem viguisse nisi ex ipsis carminibus demonstrari non potest. Hic id solum nobis concessum volumus, ut de digammo homerico quæ-

rentes nequaquam quicquam ab universa lingua græca antiquiore vel ab homerica lingua alienum proferre existimemur[1]).

Quod vero hæc spirans labialis adeo e carminibus homericis est deleta, ut memoria eius per totam antiquitatem oblivione esset obruta, id ex eo intellegitur, quod hæc carmina primo non scripta memoriæ solius ope per longius tempus tradebantur, postea demum, quum lingua græca in aliam figuram speciemque multis ex partibus transiisset et hæc consona pæne prorsus evanuisset, literis mandata sunt. Quum iam consona illa pronuntiari desiisset, etiam ex his carminibus, quæ tota memoria sola continerentur, evanuit. Atque sine digammo accepta eodem modo ab iis, qui ea literis mandarunt, describebantur. Etiam alexandrinis grammaticis hæc res prorsus ignota erat. De digammo æolico acceperant, neque iis erat causa cur æolicam hanc consonam ionico poetæ, qui Homerus putabatur, tribuerent. Deerat enim iis ea linguæ græcæ universæ elegantior subtiliorque scientia cognatis linguis comparatis stabilita, qua hæc ætas gaudet.

Hic rem similem non prætercam, quam nusquam a doctis viris huic de digammo homerico quæstioni comparatam vidi. Constat quidem, in Plauti fabulis antiquiores latinæ linguæ figuras, quæ scriptæ non sint, nonnusquam a doctis viris esse revocatas, quod arte metrica requirerentur, ut figuram abl. sing. in literam *d* exeuntem, atque fuerunt qui hanc rem cum amisso in carminibus homericis digammo contulerint. Sed alia hic est ratio, quum Plautus fabulas ipse scripserit, et, quæ leges metricas plautinas cognoscendi est difficultas et quanta est lectionum varietas, tota hæc res nondum perquisita atque ad liquidum perducta existimanda est (cf. Corssen Ausspr. II 1008). At nemo, quod sciam, simile quid vel etiam similius in carminibus antiquis scandinavorum inveniri commemoravit. Similius dixi, nam hic evanuit consona initialis et quidem labialis spirans *v* ante consonam *r* olim posita. Atqui olim hanc consonam *v*, si non scriptam, attamen pronuntiatam fuisse, ex arte metrica, dico ex alliterationis quæ vocatur lege, ex qua in

[1]) Nihil ad homericum usum efficit titulus Corcyr. (Jahn's Jahrb. LXIX p. 544), qui præbet tres versus hexametros, quorum ultimus in verba *κατα στονοϝεσαν αϝυταν* cadit, quibuscum Savelsberg dig. 18 confert λ 383 *οἳ Τρώων μὲν ὑπεξέφυγον στονόεσσαν ἀυτήν*. Etiam si duo hæc vocabula ex Odyssea sunt repetita, digamma bis in iis scriptum nulli alii rei quam ei pronuntiandi mori, qui illius insulæ erat, tribuendum est. — Neque multo maioris est momenti, quod Strabo terram Troadem Æoles olim incoluisse narrat vel quod Homerus in vita Homeri pseudo-herodotea æolius appellatur (Maehly, Richard Bentley. Leipzig 1868 p. 149).

binis versibus duo vel tria vocabula ab eadem consona incipi oportet, certissime efficitur. Afferamus hos locos

Hávamál 32: en at virði (v)rekask

Vafþrúðnismál 53: þess mun Viðarr (v)reka

Þrymskviða 1: (V)reiðr var þá Vingþórr

Lokasenna 15: vega þú gakk | ef þú (v)reiðr sèr

Ubi alliteratio continetur vocibus *virði vrekask*, *Viðarr vreka*, *Vreiðr Vingþórr*, *vega vreiðr*, unde apparet *vreka* non *reka*, *vreiðr* non *reiðr* pronuntiatum esse, quum hæc carmina componerentur. Interim quum non scripta exstarent, sed memoria hominum conservata posteritati traderentur, factum est ut, postquam consona *v* in vocum initio ante *r* posita in dialecto norvego-islandica evanuerat, etiam in illis carminibus memoria huius consonæ in iis, quæ attuli, vocabulis vetustate abiret et, quum demum literis traderentur hæc carmina, sine illa consona scriberentur. Hæc est ratio carminum antiquiorum, non item recentiorum, quæ nullum huius rei servarunt vestigium:

Eyvind skáldaspillir: nú er þat er rekr á rakna

Eilif Gudrunssön: Reiðr stóð Rösku bróðir

ubi eadem vocabula *reka* et *reiðr* occurrunt, cum vocibus a litera *r* incipientibus alliterationem facientes [1]).

Cognovimus digamma universæ græcæ linguæ antiquissimæ fuisse, eamque ob causam veri simillimum esse illam consonam homericæ linguæ non defuisse. At ne digamma carminibus homericis attribueretur, multi repugnarunt, quod etiam ea vocabula, quæ ad hiatus explendos neglectasve productiones excusandas vel maxime digammo egent, non omnibus locis id possint accipere, quum alii loci digammo vehementer obstent. Concedendum est digamma nequaquam in omnibus vocabulis, quæ hanc consonam olim habuisse e certis testimoniis constat, neque in iis vocibus, quæ manifesta amissi digammi vestigia apud Homerum præbent, omnibus, ubi leguntur, locis nisi gravioribus, quam par est, factis mutationibus posse restitui. Verum inde non efficitur digamma ab homericis carminibus esse alienum, sed id tantum demonstratum est, usum digammi inconstantem fuisse. Neque hæc res nos offendat. Quo enim diligentius exquisitiusque in homerica carmina inquirimus, eo magis apparet, linguam homericam, quæ vocatur, non fuisse dia-

[1]) Decem vel duodecim locos antiquiores figuras requirentes attulit Grundtvig in libellis, qui inscribuntur 'Om nordens gamle literatur' (Köbenh. 1867) p. 71 et 'Er nordens gamle literatur norsk, eller er den dels islandsk og dels nordisk'? (Köbenh. 1869) pag. 69.

lectum unius ætatis regionisque propriam, sed confusionem quandam esse dialectorum, quæ variis ætatibus ac fortasse regionibus debentur, neque antiquissima quæque carmine epico stabilita abiicientem neque recentiores vocum figuras respuentem. Ita vetustissimæ vocum figuræ recentioresque inter se mixtæ nobis occurrunt, neque est quod aliqua ex parte angustioribus finibus linguam horum carminum circumscribamus. Quum enim admittimus in vocum initio consonas hic positas illic neglectas vel mutatas ut[1]) *συός Θ* 338, *σύες* Ι 467, *κ* 243 et *ὑός ϑ* 476, *ὕες ο* 556, *συφορβόν π* 154 et *ὑφορβόν ξ* 3, *δάκρυα λείβων π* 214 et *δάκρυον εἶβον π* 219 (cf. Curtius, Etym. 341), *κνέφας* et *ἰο-δνεφής δνοφερός* (Curtius 657), *ἐγδούπησαν Λ* 45 et *δούπησεν Ε* 42, *ἐρί-γδουπος ο* 112 et *ἐρι-δούπου ο* 146, *σκίδναται Λ* 308 et *ἐκίδνατο Θ* 1, *σκέδασε ν* 352 et *ἐκέδασσεν ν* 317, *σμικρῇσι Ρ* 757 et *μικρός Ε* 801, *πτόλις* et *πόλις*, *προτί* et *ποτί* al., deinde in mediis vocibus et geminatas consonas et simplices *ὁπποῖος* et *ὁποῖος*, *ὁππόσα ξ* 47 et *ὁπόσα Ω* 7 et *ὁπόσσον Ψ* 238, *ὅσσοι Ο* 673, *ν* 241 et *ὅσοι Ο* 672, *ν* 240, *ὅττι* et *ὅτι*, *μέσσος* et *μέσος* et in ipsis nominibus *Ἀχιλλεύς* et *Ἀχιλεύς*, *Ὀδυσσεύς* et *Ὀδυσεύς*[2]), tum incertam vocalium quantitatem *Ἀπόλλωνα Λ* 21 et *Ἀπόλλωνα Ο* 220, *ἱερά η* 191, *ἱερός ϑ* 2, *Δ* 103, *ἱρή Λ* 46, *φάεα π* 15, *φάος π* 23, *φόως τ* 64, *νήεσσι γ* 131, *νέεσσιν ξ* 230, *λείουσι* (l. p. **λήουσι*) *Ε* 782, *λέουσι Χ* 262, *τεϑνηῶτα Μ* 10, *τεϑνηότα Τ* 300, *τεϑνεῶτι τ* 331 al., postea varias vocum figuras *πολύς πουλύς πολλός*, gen. nominis *πόλις πόλιος πόληος* (*πόλεος*), *ἑταῖρος* et *ἕταρος*, *παραί παρά*, *αὐτάρ ἀτάρ*, *ἔριον εἴριον*, *ξένιος ξείνιος*, *ὑπέρ ὑπείρ*, *ἴκελος εἴκελος*, *εἴκοσι ἐείκοσι*, *ἔλπομαι ἐέλπομαι*, al. permulta, denique terminationes et nominum et verborum valde fluctuantes ut *αο εω ω*, *οιο* et *ου*, *ῃσι οισι* et *ῃς οις*, *εσσι σσι σι* (*ἐπέ-εσσι ἔπε-σσι ἔπε-σι*), terminationes *μι σϑα σι* in coni. (opt.) modo nonnumquam servatas, *μεσϑον μεσϑα* et *μεϑον μεϑα*, inf. *μεναι μεν ειν*, figuras fut. et aor. I modo geminantes consonam *σ* modo simplicem habentes, vocales interpositas coni. modi tum breves tum longas, augmentum hic positum illic neglectum, alia permulta, quæ longum est enumerare, quum inquam has varias figuras admittimus, non sane est cur non etiam admittamus *Ϝάναξ* et *ἄναξ*, *Ϝέπος* et *ἔπος*, *Ϝέγρον* et *ἔγρον*, *οἱ δὲ Ϝιδόντες Θ* 76 et *εἶδος ἰδόντες Γ* 224, *μελιηδέα Ϝοῖνον Κ* 579 et

---

[1]) Mitto hic *γαῖα* et *αἶα*, *μία* et *ἴα* et alia quædam incertiora.

[2]) Hanc rem uberius exposuerunt Thiersch Gr. Gram. § 174 et Kühner Ausf. Gram. p. 214.

μελιηδέος οἴνου Σ 545, *ἀπὸ ϝρινούς ε* 426 et *ὡς ὅτε ῥινόν ε* 281, *ἔτι δϝηρόν α* 203 et *οὐκέτι δηρόν β* 285 al. [1]).

Minoris est momenti neque tamen hic prætereundum, quod etiam apud Lesbios auctore Ahrensio (dial. I 32 sq.) inconstans digammi usus erat. Fortasse hæc consona, quæ leviore sono videtur fuisse, quum iam in eo esset ut evanesceret, ab iis solis pronuntiabatur, qui diligentiorem dicendi morem sequebantur. Simile quid in pindarica lingua agnoscit Boeckhius, de metr. Pind. p. 309 [2]).

Si vero non dubitamus, quin digamma in carminibus homericis componendis viguerit, alia est quæstio, quam maxime in dubitationem revocarunt docti viri, num nobis nunc liceat hanc consonam in carminibus illis restituere. Hac de re iam pauca dicamus. In unoquoque veteris auctoris libro pertractando id nobis est propositum, ut arte critica ducti ad verba ab auctore ipso scripta quam possumus proxime lectiones traditas revocemus. Quod si ita est, in homericis carminibus perscrutandis id erit quo contendamus, ut segregatis omnibus locis postea additis mutatisque ad primum integrumque statum redactis ad ea, quæ ex ore poetæ poetarumve fluxerunt, quam proxime fieri possit accedere conemur. Ardua sane molimur: hunc finem consequi non solum difficillimum est, sed etiam conatus nostros plane frustratur. Non enim præsto nobis sunt neque excogitari possunt, quibus rebus hunc finem aliqua ex parte assequamur. Sed ex eo non efficitur hunc finem, quem proposuimus, verum iustumque non esse. Ac fortasse non nihil possumus elaborare. Sunt enim in carminibus homericis figuræ verborum, quas in græca lingua numquam fuisse ex elegantiore huius linguæ cognitione certo contendamus: huc referimus *ὅου B* 325, *α* 70 (cf. Ahrens, Rhein. Mus. II 161), *θείειν K* 437, *οἰέτεας B* 765, *ὄϊες* Aristarch. *ι* 425, al. (cf. Curtius Etym. 526 sq., Brugman, Curtii Stud. IV 160): addimus aliqua ex parte *ἕην ἤην*, de quibus disputavit Curtius, Curtii Stud. I 2. 290 sqq. Ac si liceat has similesque figuras ut spurias e textu eiicere, quod quidem non audacius videtur, si quidem vere demonstratum est, eas exstincto iam antiquioris sermonis sensu antiqua scriptura non recte intellecta vel per falsam analogiam quam vocant esse factas, tum si nobis concedatur, ut arte metrica ducti figuras vocum vetustate memoria elapsas ut *ἧος* pro *ἕως A* 193 (*εἷος* Bk. Df. Kock: sed conferantur Curtius Etym. 369, Autenrieth

[1]) Conferendi sunt Bekker hom. Bl. 136, Curtius Etym. 510, Leskien, Curtii Stud. II 68.

[2]) Hic mihi liceat fateri me in "Prolegomenis" p. 12 sententiam Boeckhii non recte intellectam exposuisse.

ad h. l.) reducamus, nonne etiam licebit digamma in carminibus homericis non solum fuisse ostendere sed etiam, ubi firmissimis nititur testimoniis, in textum restituere? Si enim concedunt, has vel illas voces in antiquissima lingua græcorum digammo fuisse instructas, tum easdem voces certissimis ex rationibus metricis in carminibus homericis digammo indigere, haud temere statuimus has voces a poeta ipso cum digammo pronuntiatas esse vel, quod nihil aliud est, has voces digammatas homericorum carminum esse proprias. At profecto hac in re cautissime agendum est. Hic valet græcum illud *οὐδὲν ἄγαν*, quod vertamus parum potius quam nimis.

At hac via ingressi mirum quantum a fine proposito subsistemus. Est quidem ita. Hoc iam concessimus. Sed si aliqua ex parte ad sinceram atque integram carminum homericorum formam speciemque aliquantulo possumus accedere propius, non video cur non figuras monstruosas abiiciamus atque eas, quas e metricis rationibus elegantioreque linguæ græcæ cognitione vere homericas esse perspeximus, in locum substitutarum inducamus. Quod autem absolutum perfectumque est, nulla in re homini datum est adipisci.

At, ait Leskien dig. 53, si digamma in carminibus homericis scribimus, exemplar habemus quale numquam apud græcos fuit. Veri simillimum est quidem digamma ne in antiquissimis quidem homericorum carminum exemplis scriptum fuisse. Constat enim Alexandrinos digamma homericum prorsus ignorasse. Quod non ita fuisset, si ulla huius consonæ memoria in iis, quæ illis præsto erant, exemplis restitisset. Recensionem Pisistrateam, quæ vocatur, prætereo: universam huius rei historiam suo iure in dubitationem revocavit Nutzhorn, De homeriske Digtes Tilblivelsemaade (Kjøbenhavn 1863) p. 14 sqq. Sed non exemplum Aristotelis vel Antimachi vel huius urbis vel illius quærimus. Quærimus enim, ut iam dixi, si quid possumus evincere, qualia hæc carmina ex ore poetæ prodierint. Quæ post amissum digamma ad hiatus explendos aliasve asperitates metricas sublevandas in carminibus homericis mutaverint sive recitatores, quos ῥαψῳδοὺς appellant græci, sive docti viri, hæc summovere nequaquam nobis sit religio, si quid ex ea, quæ huius ætatis est, linguæ homericæ cognitione in veriorem quandam formam speciemque possumus redigere. Sed apparet ad hanc rem necesse esse, ut hæc mutatio quum levior sit tum et aliis locis haud paucis et natura specieque eius ipsius, de quo agitur, loci commendetur. Neque, ubicumque est hiatus, digamma vel aliam consonam obsoletam inculcandam esse censeo. Si repugnant loci longe plurimi

vel omnes uno alterove excepto, præstat sine dubio hiatum non expletum relinquere, ut *X* 206 *ἐπὶ Ἕκτορι,* quum hic locus unus dentalem spirantem, quam in initio nominis *Ἕκτωρ* olim fuisse putant, requirat, sexcenti autem loci eam non ferant.

Atque hoc in altera editione paranda sibi proposuit Immanuel Bekker, ut nova ratione critica, quæ ex quadam analogia carminum repetatur, ductus ultra Aristarchi recensionem regrediens ad 'textum sibi constantem ac convenientem, legibus temperatum certis et definitis, omni denique genere æquabilem' perveniret. In quo id maxime animadvertendum videtur, in carminibus homericis, quæ homericæ linguæ sit inconstantia atque volubilitas, illam constantiam ac convenientiam omnibus ex partibus absolutam vix esse expetendam. Quod vero ultra Aristarchi recensionem regressus est, minime me quidem iudice reprehendendus est: sed quum digamma restituerit atque alia quædam novarit, etiam cetera, quæ aut per leges linguæ græcæ aut per metricas rationes ferri non possint, ei erant mutanda.

Demonstravimus nos in digammo carminibus homericis attribuendo nihil iniusti vel temerarii committere. Iam nobis quærendum est, primum *quibus ex testimoniis iure statuamus*, *obsoletam quandam consonam in carminibus componendis etiamtum viguisse*, tum *quam late usus digammi patuerit.* In his rebus perscrutandis universæ hæ quæstiones versabuntur, qua re placet eas in duas partes distribuere. Ac quum testimonia illa ex nulla alia re nisi metricis rationibus sint repetenda, usus autem in aliis vocibus sit alius, una parte in versum homericum inquiremus, in altera autem agetur de singulis vocibus.

Diximus testimonia vel indicia obsoletæ cuiusdam consonæ nondum exstinctæ in metricis rationibus tota contineri. Apparet enim de servato digammo in vocibus *ἄϝειδε Ἀτρεϝίδης Διϝός νῆϝα* al. permultis, quas van Gent [1]) digammo instruxit, nihil fere ad homericum usum posse constitui. Fuit sane in his aliquando digamma, sed homericis temporibus etiamtum servatum id esse vix ullis rationibus potest probari. Neque ex augmento syllabico ante vocales posito vel ex eo hiatu, qui in commissura duplicatorum verborum nonnumquam invenitur, vel e præfixa vocali litera aliud quicquam statui potest quam in his figuris consonam quandam olim adhæsisse. Figura *ἐ-άφθη* *N* 543 (cfr *προτι-άπτω, ἄ-απτος*) prodit sine dubio

[1]) Homeri Iliadis Rhapsodia I. Rec. ed. I. M. van Gent. Leidæ 1851.

consonam quandam initialem: amissam autem homericis temporibus eam esse carmina ipsa (ι 28, 344 al. et figuræ frequentes ἥπ-τετο, ἥψατο) certissime demonstrant. Atque in voce ἀπο-αίνυμαι fuit haud dubie aliquando consona quædam, quæ elisionem præpositionis impedivit: quum vero omnes sex loci, ubi est simplex αἴνυμαι, consonam prorsus respuant et ἀπ-αίνυμαι tribus locis inveniatur, veri simillimum est consonam illam in duplicato ἀπο-αίνυμαι iam homericis temporibus evanuisse. Eodem modo se habent ἐπί-ορκος, ἐπι-ορκεῖν: hic digamma olim videtur fuisse, sed iam homericis ætatibus abiectum ostendunt loci homerici, ubi est ὅρκος vel ὅρκιον. Etiam in attica dialecto vestigia consonarum obsoletarum præbent voces ἀμφι-έννυμι ἀμφί-αλος ἐπι-εικής ἐπί-ορκος al. Quin etiam retenta prosthetica vocali, quam sibi ascivit digamma initiale, ipsum digamma nonnumquam amissum videtur, ut in vocibus (ϝ)έλδομαι ἐ-έλδομαι, (ϝ)έρση (ϝ)ερσήεις ἐ-έρση ἐ-ερσήεις (vide infra s. h. v.). Tum constat quidem verbum ἔχω olim a dentali spirante incepisse (coll. aor. ἔσχον pro *ἔ-σεχ-ο-ν al.). Sed in hoc verbo eam apud Homerum viguisse vix crediderim. Incertiora sunt testimonia *K* 264, *T* 49, *X* 412, atque aliæ brevium syllabarum finalium productiones, quæ ante hoc verbum fiunt, optime metricis rationibus excusantur: obstant vero consonæ initiali loci plurimi. Quæ quum ita sint, productiones eæ, quæ sunt in mediis vocibus σύνεχες (— ◡ ◡) *M* 26, ι 74 et παρέχῃ (— ◡ ◡) τ 113, veteri memoriæ antiquioris ætatis tribuendæ videntur: aut antecedenti consonæ assimulata dentalis spirans remansit (*σύννεχες et *παρρέχῃ ut lesb. ἄμυννα, δέρρα), aut, quod consuetudini homericæ magis accommodatur, evanescens syllabam priorem produxit (σῦνεχες, πᾱρέχῃ ut ἤμῡνα, δειρή). Ex his intellegi potest, apparere quidem nonnumquam in mediis vocibus vestigia consonæ cuiusdam obsoletæ, vivam autem et vere pronuntiatam illam consonam esse, non posse nisi ex metricis rationibus demonstrari. Atque has rationes metricas ex iis productionibus brevium syllabarum finalium vel longarum vocalium diphthongorumve et iis hiatibus, qui nulla alia ratione iuste excusentur, esse repetendas, vix est quod moneam. De his rebus in priore harum quæstionum parte uberius disseremus. Præterea certissima digammi restare vestigia in verbis οὗ (ϝ)έθεν *A* 114, οἷ (ϝ)οἱ *B* 392, οὗ (ϝ)ἑ *Ω* 214, δαΐέ (ϝ)οἱ *E* 4, ὥς κέ (ϝ)οἱ *Z* 281, ἀλλὰ τί κε (ϝ)ρέξαιμι *T* 90 (Aristarch.), sim., neminem fugit.

Nobis proposuimus, ut in digamma inquireremus. Tamen fieri non potest, quin etiam ceterarum spirantium, quarum maximam iacturam græcam linguam fecisse constat, mentionem faciamus. Si-

cubi dubium est, quænam consona in voce quadam fuerit, vera, si quid poterimus, ostendenda nobis est. De dentali spirante tantum quasi prætereuntes dicemus: uberius autem de palatali spirante, quippe quæ nonnullis in vocibus a multis doctis viris in digammi locum substituta sit. Quam ob causam proprio capite posterioris partis de hac spirante disputabimus.

Iam restat, ut, qua via ad has quæstiones aggressus sim, breviter commemorem. Primum editionem Bekkerianam secundam [1]) perlegi, in quo annotabam quum omnes eas voces, quarum in initio consonam quandam olim fuisse iure aliquo poteram suspicari, ubicumque inveniebantur, tum omnes, quas viderem, asperitates metricas aliasque res, quæ ad has quæstiones pertinere viderentur. Deinde editionem Dindorfianam quartam [2]) adii et, quum de re ageretur, quæ Bekkerianæ editionis esset propria, omnes locos illic revisi atque secundum hanc editionem transscripsi mutatosque addidi [3]). Denique singula pertractabam atque annotata mea cum aliorum disputationibus conferebam. Satis apparet in tanta locorum multitudine, qui in hac vel illa re congerendi erant, fieri vix potuisse, ut nulli loci me fugerint. Sperare tamen videor hos locos et paucos esse neque ad res diiudicandas quicquam novi allaturos esse. Quod satis erit hic semel professum esse.

Minora illa, quæ Homeri nomine feruntur, carmina, hymnos epigrammata batrachomyomachiam, in his quæstionibus prorsus omittendas esse non putabam. Patebat tamen ea et multo minoris esse momenti neque cum Iliade atque Odyssea in unum esse conjungenda. Qua re placuit minora hæc carmina ita tractare, ut quæ ex iis ad has quæstiones aliquatenus viderentur pertinere, singulis partibus huius disputationis subiungerentur. Horum carminum editionibus Baumeisterianis [4]) usus sum.

---

[1]) Carmina homerica Immanuel Bekker emendabat et annotabat. I. II. Bonnæ 1858.

[2]) Homeri carmina curante Guilielmo Dindorfio. I. II. Editio quarta correctior. Lipsiæ 1870, 62.

[3]) Præter illas editiones in hoc opusculo conscribendo præcipue has adhibui: Iliadis Heynianam (Londini 1802), Spitznerianam (Gothæ et Erfordiæ 1832—36), Kochianan (Hannover 1863—70), Odysseæ LaRochianam (Lipsiæ 1867, 68), Ameisii (vierte Aufl. Leipzig 1868—71).

[4]) Hymni Homerici. Recensuit Aug. Baumeister. Lipsiæ 1860. — Hymi Homerici accedentibus epigrammatis et batrachomyomachia Homero vulgo attributis. Ex recensione Aug. Baumeister. Lipsiæ 1865.

Pars prior.

Cap. I.

De brevibus syllabis finalibus, quæ contra vulgares producendi leges videntur produci.

Quæ in initio vocum nonnumquam inveniuntur brevium syllabarum productiones metricæ quæ vocantur, ut sunt in vocabulis *ἀθάνατος ἀπονέεσθαι ἐπίτονος θυγατέρες,* eæ non ex eadem ratione iudicandæ sunt atque eæ, de quibus hic agimus. Illas syllabas, a quibus initium capiunt huiusmodi voces, in versu heroico produci profecto necesse erat, ut in hunc versum includerentur[1]. Earum vero, quæ in fine vocum sunt, syllabarum non eadem est ratio. Hæ poterant produci, atque ut producerentur, lege quadam erat sanctum. Producebantur autem vi consonæ consonarumve, a quibus vox insequens incipiebat.

Illæ igitur brevium syllabarum finalium productiones, quæ non duarum consonarum vi sustinentur, tribus omnino rationibus contineri videntur, cæsura, interpunctione, excipientis consonæ natura. Constat cæsuris maioribus ordines versus finiri[2]: quum vero ordo quidam versus ad versiculi similitudinem accedat, neque ultima versus syllaba utrum longa sit an brevis in versu intersit, eadem ordinis illius videtur esse ratio. Atque adiuvatur hæc productio intermissione spiritus vel minima. Tum apparet syllabas, quæ sunt in cæsuris masculis non maioribus solum sed etiam minoribus, acutiore vel firmiore vocis sono esse proferendas, in quo ipsa firmitas soni syllabæ levitatem compensat. Interpunctione autem intermissio spiritus, quamvis brevis sit, indicatur, itaque quod spatii correptæ syllabæ deest, silentio recitantis additur. Tertiam rationem in natura consonæ insequentis dixi inesse. Notissimum est enim in

[1] Hanc brevis syllabæ producendæ licentiam iam ab Eustathio perspectam esse commemorat Westphal, Metrik d. Griech. II 94.

[2] De hac re disputavit Hoffmann, Quæst. hom. I p. 16 sq.

carminibus homericis consonas quasdam, maxime liquidam consonam λ et nasalem labialem μ, in initio vocum positas eam vim tenere, ut voces in breves vocales exeuntes ante voces a singulis illis consonis incipientes producantur. Quæ vis in nulla alia re consistere potest nisi in singulari earum natura, qua mirum in modum possunt produci, ut pro duabus consonis valere videantur. Quam ob causam etiam inter continuas, quæ appellantur, consonas a doctis viris numerantur.

Facile intellegitur non in omnibus cæsuris eandem inesse producendi vim. Hanc de cæsuris doctrinam accuratissime subtilissimeque perquisitam exposuit Hoffmannus. Cæsuræ vim prorsus omisit La Roche (hom. Unters. 46—67), non accuratius examinavit Duentzer, qui (Jahn's Jahrb. XCV p. 353 sqq.) omnia thesis nomine concludit. Quod Hermannus (Epit. doctr. metr. § 96) dicit accentum plurimum valere ad producendas syllabas, in quibus positus sit, id paulo audacius dictum videtur: certe aliæ rationes eæque meliores, quibus productæ syllabæ, quæ sunt in *Αἰόλου ὄιες ὄφιν* al., explicantur, a doctis viris prolatæ sunt. — Iam ad singula genera huius productionis exponenda transeamus.

A. *De vocalibus brevibus in fine vocum productis ante voces a vocalibus literis incipientes.*

Hæ productiones, quas durissimas esse apparet, non inveniuntur nisi in cæsuris firmissimis plerumque interpunctione firmatis. Manifestum est eas in cæsurarum vi esse positas. Loci sunt hi:

a. in *cæsura semiquinaria*

ι 366 *Οὖτις ἐμοί γ' ὄνομα· Οὖτιν δέ με κικλήσκουσιν*

Θ 556 *φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθήρ·*

κ 322 *Κίρκη ἐπήιξα ὥς τε κτάμεναι μενεαίνων.*

Ε 576 *ἔνθα Πυλαιμένεα ἑλέτην ἀτάλαντον Ἄρηι,*

ν 213 *Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅς τε καὶ ἄλλους*

Ω 285 *χρυσέῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα λείψαντε κιοίτην.*

Recurrit idem versus ο 149, ubi aliam lectionem *ἐν δέπαϊ χρυσέῳ* sequuntur Dindorf, La Roche.

ζ 248 *πὰρ δ' ἄρ' Ὀδυσσῆι ἔθεσαν βρῶσίν τε πόσιν τε.*

ϑ 224 *οὐθ' Ἡρακλῆι οὔτ' Εὐρύτῳ Οἰχαλιῆι,*

κ 520 *τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν.*

Huic simillimus est versus λ 28.

ν 213 ita Dindorf, La Roche. Bekker legit *σφεῖας τίσαιθ' ἱκετήσιος κτλ.*

b. in *cæsura semiseptenaria*

π 206 ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν.

Hic versus recurrit *τ* 484, *φ* 208, *ω* 322: paululum mutatus *ψ* 102, 170. — Huc accedit, si lectionem Aristarchi probamus,

Υ 259 Ἦ ῥα, καὶ ἐν δεινῷ σάκεϊ ἔλασ' ὄβριμον ἔγχος,

Contra σάκει ἤλασεν scribunt Spitzner, Bekker, Dindorf.

De loco *E* 576 potest ambigi. Sumendum est quidem verbum ἕλον ἑλόμην a consona quadam olim incepisse, quum vero loci longe plurimi consonam non ferant, hunc versum huc potius retulimus quam ad proximum genus. Cfr infra part. II cap. III.

Vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. firmiorem esse constat, quum et producatur frequentius liberiusque et perraro elisione removeatur. Nullo quidem loco in arsi producitur, sed in omnibus thesibus, prima scilicet excepta, et multo sæpius quam aliæ vocales finales ante voces a vocalibus aut a singulis consonis incipientes pro longa usurpatur. Placet hic accuratius in hanc rem inquirere. Producitur igitur vocalis *ι*, in quam dat. sing. tert. decl. exit, his locis: in secunda thesi ante δέ *Ξ* 459, ante σε *ζ* 151, ante (ϳ)ἰκέλῃ *Δ* 86, *ρ* 37; — in tertia thesi ante δέ *E* 156, *P* 123, ante τε *O* 108 (id. vers. *P* 329), *ι* 194 (id. *κ* 444), ante τόδε *ω* 309, ante πίπτων *Φ* 241, ante consonam *μ* *Λ* 283, *T* 58, *E* 146, *I* 9 al., in cæsura maiore *γ* 41; — in quarta thesi ante δ' *X* 314, Διὶ (ϳ)ὡς τερπικεραύνῳ *B* 781, σάκεϊ Τελαμωνιάδαο *Θ* 267, tum in clausula versus Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον (l. τε) *B* 169, 407, 636, *H* 47, *K* 137, *Λ* 200, adde Διὶ φίλος (al. διίφιλος) *Λ* 86, *B* 628 al.; — in quinta thesi ante δέ *I* 180, ante τε *P* 152, ante φίλον *B* 116, *I* 23, *Ξ* 69, ante ποτί (non προτί omnes fere codd.) *ε* 415, Ἄϊδι κεύθωμαι *Ψ* 244, ante consonam liquidam *λ* *Ω* 707; — in sexta thesi οὔ τι κράτεϊ γε *H* 142. Ex his conspici licet, quam late usus huius vocalis producendæ pateat. Ac quum non solum in infirmioribus thesibus producatur sed duodecim locis ante ipsas encliticas voces, quæ non possunt a proximo vocabulo cæsura seiungi (Hoffmann § 2), non dubito in eorum sententiam transire, qui putant eam, de qua agimus, vocalem pro longa a poeta esse usurpatam, qua re eam ancipitem esse censeamus. Cf. Spitzner vers. her. p. 42, Hoffmann § 93. Quod Duentzer (Jahn's Jarhrb. XCV p. 359) negat hanc vocalem longam esse, quia e cognatis linguis de brevitate eius constat, huic rationi non tantum tribuendum videtur, ut rem decernat. In hac enim quæstione diiudicanda usus ipse summus est index. Præterea non fugiat nos etiam latinam linguam terminationem dat. sing. tert. decl. productam habere: patrī, militī. — De elisione huius vocalis conf. Hoffmann I p. 84, La Roche hom. Unters. 116 et 126.

B. *De vocalibus brevibus in fine vocum productis ante voces a singulis literis consonis incipientes.*

1. Primum eas terminationes hic prætereo, quæ videntur esse *ancipites*. Huc referimus

αὐτονυχί ἀσπουδί alia adverbia oxytona, quæ in vocalem *ι* exeunt: de quibus conf. Buttmann Gr. Sprachl. II § 119, 85, Hoffmann § 78, Duentzer l. l. p. 361.

ἀντικρύ: cf. Hoffmann ib.

ι dat. sing. tert. decl. De hac terminatione iam supra disputavimus.

Hic non silentio prætereamus lectionem cod. Ven. *βοῶπι πότνια Ἥρη* Θ 471, Ο 49, Σ 357, quam si Aristophaneæ ab editoribus receptæ lectioni *βοῶπις* præferimus, minus e vi vocativi casus (Hoffmann § 71) quam e sede versus hæc productio explicanda videtur. Nam ad brevem vocativi casus vocalem producendam sententiæ ratio accedat oportet. Confer infra p. 26, ubi de re simili nobis disserendum est.

2. Deinde hic mitto omnes productiones, quæ ante eas fiunt voces, quarum in initio *alteram consonam* olim fuisse iure quodam possumus suspicari, ex qua forsitan hæc productio idoneam accipiat excusationem. In earum vocum numero has habemus:

δείδω δέος δειλός δεινός, δήν δηρόν (cfr infra part. II cap. V),

κενεός, λίς (cfr infra ib.),

μάστιξ (cf. Curtius, Etym. 366), *μέρος μοῖρα* (Curtius 309),

νέφος νεφέλη (Buttmann lexil. II 266, dubitat Curtius 276), *νευρή νητός* 'structus' (Curtius 295), *νῆσος νηῦς* (Ν 742), *νότος νότιος* (Curtius 298), *νιφάς νιφόεις* (Curt. 296), *νυός* (Curt. 298),

ῥήγνυμι ῥάκος ῥηγμίν ῥῆγος ῥηξήνωρ ῥώξ ῥωγαλέος, ῥέα, ῥέζω, ῥηθείς ῥητήρ ῥητός, ῥίζα ῥοδανός, ῥινός, ῥιπή, ῥοδοδάκτυλος ῥοδόπηχυς, ῥόπαλον ῥάβδος, ῥύομαι ῥυσός ῥυστάζω ῥυτήρ (cfr infra part. II cap. VI),

ῥέω ῥόος (Curtius 328).

Locos plurimos certe attulit La Roche, hom. Unters. p. 47 sqq.; cf. Ahrens, Rhein. Mus. II 167. Mitto ω 299 (*ποῦ δὲ νηῦς* in versus initio), ubi Aristarcheam lectionem *ποῦ δαὶ νηῦς* duobus insuper codicibus defensam recepit La Roche, cfr eiusd. ann. ad h. l. et hom. Textkr. p. 220.

Exemplum evanescentis a vocis initio spirantis consonæ idque certissimum præbet vocabulum illud *σμικρός μικρός*. Plenior vocabuli figura, ut intra homericos fines nos teneamus, et tradita est et

rationi metricæ debetur *P* 757, h. IV 115, abest autem *E* 801, *γ* 296, ubi nullius est momenti, denique ferri non potest batr. 238. Constat etiam apud atticos utramque figuram in usu fuisse. Quod quum ita sit, non dubitandum est de aliis vocibus, quas alteram quandam consonam olim in initio habuisse ex aliarum linguarum comparatione demonstratur, quamquam in plurimis harum vocum hæc consona in græca lingua scripta non exstat. Diximus de consonis, quæ sunt in initio vocum. Eas autem productiones vel consonarum geminationes, quæ sunt in commissura verborum, cum iis, quæ in fine vocum sunt, necessitudinis quodam vinculo contineri satis apparet. Atque notissimum est et verba augmento syllabico instructa et duplicata vocabula frequentius sæpeque tenacissime consonam vulgo obsoletam retinuisse alii assimulatam. Cum *πάντα κατὰ (σ)μοῖραν* *γ* 457 alibi conferenda sunt *ἔ-μμορε* (pro **ἔ-σμορε*) *ε* 335 al., *πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων* (pro **διεμμ. *διεσμ.*) *ξ* 434, *ἄ-μμορος* (pro **ἄ-σμορος,* att. *ἄ-μορος*) *ε* 275, *ἀμμορίη* *υ* 76. Etiam *ἐΰ-ννητος* pro **ἐΰ-σνη-το-ς* secundum *ὀιστὸν ἀπὸ* (σ)*νευρῆφιν ἴαλλεν* *Θ* 300 al. explicare malumus quam cum Curtio (Erläut. 41) ad falsam analogiam, quæ dicitur, confugere, quum verba *νέω νευρή* ad eandem radicem reducendæ videantur (conferendus est ipse Curtius, Etym. 295).

Hoc tamen non ita intellectum volumus, ut in omnibus iis, quas supra attulimus, vocibus ex obsoleta quadam consona iusta causa huius productionis sit repetenda. Immo vero in nonnullis vocibus, ut *κενεός νῆσος νότος νυός,* vestigia alterius consonæ in carminibus homericis profecto sunt dubia. Quum vero de altera consona satis constet et aliis vocibus locisque moneamur eiusmodi consonam ad breves syllabas ultimas vocum antecedentium producendas valuisse, etiam dubias illas huc duximus, ut e certis tantum de incertis indicetur.

3. Etiam eas productiones hic missas facio, quæ ante singulas *liquidas* vel *nasales cononas*, quæ sunt *λ ϱ μ ν,* frequentissime fiunt. Hic producendi vis, id quod iam adumbravi, in ipsa continua harum consonarum natura videtur inesse. Quum enim in iis ea sit vis, ut spiritu pronuntiantis ad tempus extendi possint, eo fit ut una consona extento vel ducto sono spatium duarum consonarum expleat. Itaque intellegi potest, qua ratione hæ singulæ consonæ ad similitudinem duarum transgressæ et vim seu pretium duarum consonarum assequantur et nonnumquam in mediis vocibus dupliciter scriptæ cernantur.

Quæ ex homericis carminibus huc pertinent vocabula, hæc sunt præcipua:

λαπάρη, λείβω, λέκτρον, λιαρός, λιγύς, λιγυρός, λιπαρός, λήγω, Λητώ, λίθος, λίσσομαι, λωτός,

ῥα, ῥαίνω, Ῥέα Ῥείη, ῥίς ῥῖνες, ῥίον, Ῥόδιος, ῥοῖζος, ῥοχθέω, ῥυπάω, ῥύπος, Ῥύτιον, ῥωπήιον,

μάλα, μαλακός, μέγας, μέγεθος, μεγάρον, μελίη, μελιηδής, μόθος, μορόεις,

νύμφη, νῦν, νύσσα.

Locos enarravit La Roche, hom. Unters. 49 sqq. Notandum est bina ista vocabula arctiore significationis vinculo sæpissime inter se coniungi, ut ἐνὶ μεγάροισιν, ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν al.

Plurimas harum vocum, λείβω λέκτρον λιπαρός μαλακός μέγας μέγεθος μελιηδής μόθος νῦν ῥα, ab una illa consona inde ab antiquissimis temporibus incepisse ex etymologia satis constat. Abest enim consona altera etiam in iis linguis, quarum ex legibus coniunctæ consonæ in vocum initio servantur. Sunt autem, de quibus idem comprobari non possit, ut λιαρός Λητώ λωτός μελίη νύμφη νύσσα omnes fere voces, quæ a consona ῥ incipientes supra allatæ sunt. Quamquam igitur fieri potest, ut demonstrata altera quadam consona ad superiorem classem transferendæ sint, donec ea sit demonstrata, melius sine dubio inter has numerantur. Annotandum est omnes eas productiones, quæ ante part. νῦν inveniuntur, optime metricis rationibus excusari: eodem autem modo non se habere voces νύμφη et νύσσα.

Quam late hic continuas consonas producendi usus in græca lingua homericis temporibus patuerit, duabus rebus cernitur, primum quod etiam in medias voces ille usus penetravit, tum quod non in thesibus solum sed etiam in arsi breves vocales ante singulas consonas liquidas productæ nonnumquam inveniuntur. Non potest enim alia ratio duplicis consonæ explicandæ afferri, quæ est in his vocibus: ἔλλαβε σ 88, 394 al. (cfr att. εἴληφα pro *ἔλληφα fort. *λέλληφα, cf. Brugman, Curtii Stud. IV 123), νεόλλουτος h. III 241, ἔμμαθεν ρ 226, σ 362, ἴμμεναι Υ 365. Mitto ἐλλίσσετο κ 264, ἔλλαχεν h. V 86, 87, ἐυμμελίης γ 400, quum radix harum vocum non constet. Audacissime consona duplicatur in ipsa media voce ἴμμεναι. Quæ post augmentum vel in commissura vocum sunt geminationes consonarum vel productiones, eæ magis ad duarum vocum inter se excipientium similitudinem accedunt. In arsi autem brevis vocalis ante unam consonam liquidam producitur in dicendi formula πολλὰ λισσόμενος (l. -νη l. -νω), quæ est in initio versuum Ε 358,

Φ 368, X 91. Ad eam producendi vim, quæ in litera liquida inest, hic accedit ea cæsura, quæ est in fine pedis primi. Cf. Hoffmann § 81.

4. Iam quæ restant huius generis productiones *rationibus metricis* tribuendæ sunt. Has ad theses diversas distributas enarrabimus.

a. Quæ in *cæsura semiquinaria* sunt, etiam si non interpunctione firmantur, tamen cæsuræ vi eas factas esse satis apparet. Interpunctio accedit his locis *Δ* 155, *E* 359 (v. l.), *Ξ* 320, *T* 400, *X* 303, *ζ* 269, *κ* 141. Alii loci sunt hi:

E 745 *ἐς δ' ὄχεα φλόγεα ποσὶ βήσετο, λάζετο δ' ἔγχος* id. *Θ* 389.
E 827 *μήτε σύ γ' Ἄρηα τό γε δείδιϑι μήτε τιν' ἄλλον*
α 40 *ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο,*
ι 109 *ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,*
ο 249 *Μάντιος αὖ τέκετο Πολυφείδεά τε Κλεῖτόν τε·*
φ 219 *οὐλὴν τήν ποτέ με σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι*
ω 494 *αἶψα δ' Ὀδυσσῆα (ϝ)έπεα πτερόεντα προσηύδα.*

Deest autem cæsura hæc semiquinaria in hoc versu

Δ 506 *Ἀργεῖοι δὲ μέγα (ϝ)ί(ϝ)αχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς,*

sed mirum est quod ante solam spirantem labialem brevis vocalis haud raro producitur: cfr *E* 302, 343, *Θ* 321, *O* 275, *δ* 454, *ξ* 411, *Δ* 456, *Π* 373, *κ* 246. Etiam in medio vocabulo *ἀπο-ϝειπών* est productio *T* 35: eodem redit *αὐίαχος* pro **ἀϝιϝαχος*. Haud dubie causa harum productionum in natura spirantis consonæ consistit, quippe quæ persæpe ad vocales antecedentes producendas valeat, ut *ᾰ(ϝ)είδει ρ* 519, *ŏ(ϝ)ιες ι* 425, *βασιλῆ(ϝ)ος* al. permulta. Cf. Brugman, Curtii Stud. IV 130 sqq. — Omisi tres locos *Δ* 321, *X* 303, *δ* 685, ubi productio fortasse debetur vocabulo *νῦν*.

b. Quæ in *secunda thesi* inveniuntur productiones, ad complures varios casus referendæ videntur.

α. Ubi est cæsura semiternaria, quam sequitur semiseptenaria, hæc iusta est excusatio (Hoffmann §§ 15, 18: cfr p. 28). Huc pertinent duo tantum versus: mitto hic enim *Ψ* 602, ubi productio fit ante part. *νῦν*. Utrobique cæsura firmatur vi vocativi casus.

Φ 474 *νηπύτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως;*
γ 230 *Τηλέμαχε, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.*

In semiseptenariæ locum succedit seminovenaria cæsura (nomen Hoffmanno debeo) *Π* 556, quod præteriens tantum commemoro, quum brevem vocalem productam excipiat vocabulum *νῦν*.

β. Cæsura est semiternaria, interpunctione maiore stabilita, duobus his locis

σ 77 δειδιότα· σάρκες δὲ περιτρομέοντο μέλεσσιν.

Ω 88 Ὄρσο, Θέτι· καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.

γ. Productam syllabam excipit consona spirans labialis, quæ productioni succurrere videtur,

O 275 τῶν δέ θ' ὑπὸ (ϝ)ἰ(ϝ)αχῆς ἐφάνη λὶς ἠυγένειος

E 343 ἡ δὲ μέγα (ϝ)ἰ(ϝ)άχουσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν.

δ 454 ἡμεῖς δὲ (ϝ)ἰ(ϝ)άχοντες ἐπεσσύμεθ', ἀμφὶ δὲ χεῖρας

ξ 411 τὰς μὲν ἄρα (ϝ)έρξαν κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι,

Restant duo loci *E* 302, *Θ* 321.

δ. Longius vocabulum in versus initio favere videtur productioni, quum eo difficultas quædam metrica syllabæ ultimæ producendæ exsistat. Difficilius est enim longius vocabulum versui aptare quam brevius. Huc referimus

κ 353 πορφύρεα καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλεν·

μ 396 ὀπταλέα τε καὶ ὠμά· βοῶν δ' ὡς γίγνετο φωνή.

Alii sunt loci *Υ* 255, *Ω* 7, ξ 343.

ε. Duriores videntur hæ productiones:

Δ 338 Ὦ υἱὲ Πετεῶο, διοτρεφέος βασιλῆος,

Σ 385 Τίπτε, Θέτι τανύπεπλε, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ

Υ 434 οἶδα δ' ὅτι σὺ μὲν ἐσθλός, ἐγὼ δὲ σέθεν πολὺ χείρων.

ι 293 ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.

λ 219 οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν,

Fortasse *Δ* 338 et *Σ* 385 in eo excusationis aliquid inveniunt, quod vocalis vocativi casus vi quadam vehementiore effertur. Levissima est cæsura semiternaria *Δ* 338, paulo maior *Σ* 385. Vix veri similis est sententia O. Meyeri (quæst. hom. p. 130). Vocem Θέτι autem brevi uti vocali ultima demonstrant *Ω* 104 (Θέτῐ), *Σ* 127 (Θέτῐς), *Ω* 83 (Θέτῐν). Ceteris locis levior cæsura semiternaria productioni succurrere videtur.

C. In *quarta thesi* perpaucæ sunt huius generis productiones.

α. In semiquinariæ locum succedit semiseptenaria ac versui quasi surripitur primus pes cæsura illa, quæ est in fine pedis primi. Accedit vis vocativi casus.

ω 192 ὄλβιε Λαέρταο πάϊ, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,

β. Semiternariam insequitur semiseptenaria

E 887 ἤ κε ζὼς ἀμενηνὸς ἔα χαλκοῖο τυπῇσιν.

Mitto *O* 99, ubi productam vocalem excipit part. νῦν.

γ. Tres sunt ante digamma productiones; audacior est κ 246, quum sequatur bucolica cæsura.

Δ 456 ὣς τῶν μισγομένων γένετο (ϝ)ἰ(ϝ)αχή τε πόνος τε.

Π 373 *Τρωσὶ κακὰ φρονέων· οἱ δὲ (ϝ)ἰ(ϝ)αχῇ τε φόβῳ τε*
κ 246 *οὐδέ τι ἐκφάσθαι δύνατο (ϝ)ἔπος, ἱέμενός περ,*

δ. Restat durior productio
κ 238 *ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ.*

d. In *quinta thesi* non occurrit hæc productio nisi ubi aliquanto longius vocabulum versui inseritur. Uno loco productioni succurrit digamma.

Λ 45 *τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.*
Ψ 240 *εὖ διαγιγνώσκοντες· ἀριφραδέα δὲ τέτυκται·*
ψ 225 *νῦν δ', ἐπεὶ ἤδη σήματ' ἀριφραδέα κατέλεξας*
ι 392 *εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτῃ μεγάλα (ϝ)ἰ(ϝ)άχοντα*

e. *Prima thesis* unam solam huius generis productionem præbet:
Φ 352 *τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα ἅλις ποταμοῖο πεφύκει.*

Editionem Dindorfianam quartam, ut supra indicavi, secutus sum. De variis lectionibus iam pauca dicam. Nihil curo *Γ* 240 et *Ψ* 693, ubi Spitzner Dindorf Bekker consentiunt. *ξ* 89 contra Duentzerum (*οἴδε δέ τι (ϝ)ἴσασι*) conferendus est La Roche. De loco *Ο* 478 (*ὣς φάθ'· ὁ δὲ τόξον* Bk) adeundus est Spitzner.

E minoribus, quæ Homeri nomine feruntur, carminibus tres huius generis productiones addimus: h. V 283 *ἀπὸ δαπέδου* (in quarta thesi), batr. 117 *ἣν παγίδα καλέουσι* (est secunda thesis), ib. 197 *ἐπεπείθοντο θεοί* (quinta thesis).

C. *De brevibus syllabis finalibus, quæ in consonas literas exeuntes producuntur ante voces a vocalibus literis incipientes.*

1. Primum seiungendæ sunt eæ syllabæ, quæ *longa* vocali utuntur. Huc eas referimus, quæ etiam in arsi producuntur neque usquam inveniuntur correptæ. Inter eas diserte nominamus has:

a. substantiva oxytona, quæ in *ύς* gen. *ύος* desinunt, terminationes nomin. et accus. casuum singul. num. in *ύς ύν* longas præbent. In prima arsi producuntur *βρωτύν* (_ —) *σ* 407, *ἰχθύς* *Φ* 127, *πληθύν* *Λ* 305; in secunda autem *ἰθύν* *Ζ* 79. Rem iam ante demonstrarunt Spitzner vers. her. 67 sq., Pros. p. 37, Hoffmann § 70.

b. N. pr. *Φόρκῠς:* ultima syllaba producitur in prima arsi *Β* 862. Eam vocem attuli, quod præter *Φόρκυνα* *Ρ* 312 figura acc. *Φόρκυν* (*ιε*) *Ρ* 218 legitur.

Vocem *κληΐς* longa uti syllaba finali (prod. in V thesi *Θ* 325, *Μ* 456) vix apparet e *κληῗδ' α* 442: cfr p. 26. Quod ultima syllaba vocis

νέκυς νέκυν (nom. et acc. sing.) in secunda thesi producitur *H* 84, *Ψ* 110, in quarta *Δ* 492, *P* 394 al., hoc totum cæsuræ dandum est. Brevem enim vocalem indicat gen. *νέκῠος* *P* 240 al. Contra Seilerum, Wörterb. s. h. v., adeundi sunt Spitzner vers. her. 69, Kühner Ausf. Gram. § 125, 2 (finis).

2. Iam vero *ancipites* videntur esse hæ syllabæ finales:

a. part. *πρίν*, quæ haud raro in tertia arsi post semiquinariam cæsuram producitur: *Z* 81, *I* 403, *N* 172, *Π* 322, 840, *X* 156, 266 (Bekker), *δ* 668; in prima thesi producitur *B* 348, *Θ* 474, *Ω* 245, *ο* 210, 394, *ρ* 105, *σ* 402, *τ* 475. In secunda arsi (Hoffmann § 71, 1) productum hoc vocabulum non inveni. Corripitur autem sæpissime, ut *B* 344, 354, 413 ceteri loci, quos enumeravit La Roche hom. Unters. 256, satis ostendunt. Addo *Π* 573. Memorabiles sunt versus *I* 403, *X* 156.

b. *ὄρνις* productam ultimam syllabam ostendunt *M* 218, ubi in secunda arsi producitur, h. XIX 17, ubi in prima, correptam vero in primo pede præbet *Ω* 219 *ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι*, quod Bekker sine iusta causa in *ὄρνις ἐν μεγάροισι* mutavit. Quum enim figura *ὄρνῐς* acc. *ὄρνῐν* apud atticos sit firmissima, non sine gravioribus allatis rationibus ex Homero eiicienda est. Conf. Spitzner Pros. § 36, 1 b Anm., Kühner Ausf. Gram. § 139. Quæ quum ita sint, recte se habet *I* 323 (II th.).

Inter ancipites syllabas alias quoque Hoffmannus recipit, de quibus nunc nobis est dicendum. *Ἔρις* producitur *Δ* 440 (IV th.), corripitur autem *E* 740, *Σ* 107, acc. *ἔρῐν* est *γ* 136, 161. *Κισσηΐς* producitur *Z* 299 (II th.): *Λ* 111 autem est *Κρυσηΐδος*. Et in his vocibus et in vocabulis *μῆτιν θοῦριν ἵππουριν πόλις* audacius Hoffmannus ad ancipites syllabas sumendas confugit. Quum accentus tum usus aliorum locorum vel vocum similium aliud monent. *πόλις* corripitur sæpissime *B* 367, *Δ* 4, *Z* 327, *Θ* 55, *M* 11 cet. Vocabulum *μῆτιν* (acc. sing.) his locis brevi utitur syllaba finali: *K* 19, 497, *Ξ* 107, *P* 634, 712. Atque has syllabas e consuetudine linguæ græcæ corripiendas esse satis constat, cf. Spitzner Pros. § 33, 2, § 36, 2 a. Quo quum accedat, quod illæ productiones, quæ Hoffmannum in hanc sententiam impulerunt, ex alia ratione eaque et vulgata et certissima possunt explicari, non est quod et novam et incertam interpretandi rationem eligamus. — Difficilius est, quid de iis vocibus iudicandum sit, statuere, quarum ultimæ syllabæ in arsi productæ inveniuntur. Primum de his dicimus:

K 292 *σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον*, id. *γ* 382.

Α 36 τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
coll. *Θ* 471 ὄψεαι, αἴ κ' ἐθέλῃσθα, βοῶπι πότνια Ἥρη, (cod. Ven.)
Ο 49 Εἰ μὲν δὴ σύ γ' ἔπειτα, βοῶπι πότνια Ἥρη, (cod. Ven.)
Σ 357 Ἔπρηξας καὶ ἔπειτα, βοῶπι πότνια Ἥρη, (cod. Ven.).

Quam Curtius Etym. 584 e formatione vocum βλοσυρῶπις et βοῶπι (cfr p. 19) investigavit interpretandi viam, sagacissime illa quidem est indagata, sed et ardua et recondita videtur. Num veri simile est antiquissimam illam vocalis suffixæ ι productionem, quum hæc vocalis antiquissimis ætatibus incertissima utatur quantitate, in his solis vocibus græcis his solis locis esse servatam? Corripitur vero γλαυκῶπἴς *Α* 206, *Β* 446, *Θ* 406, 420, *α* 44, γλαυκῶπἴν *α* 156. Postea autem acquisitam eam esse (-ώπ-ι-ς ex -ωπ-ιȷ-ς) nemo contenderit. Patet aliam esse rationem figurarum litera δ amplificatarum: in his, si quidem recte de formatione earum coniecit Curtius, -ιδ- ex -ιδȷ- ortum accipere possumus. Alia igitur via nobis ingrediendа videtur. Ac quum hæ voces omnes, ἦνιν βλοσυρῶπις βοῶπι, ubique in quarta arsi producantur i. e. in fine pedis quarti, in qua versus sede maiorem cæsuram suo iure constituerunt Hoffmann (Quæst. hom. I p. 16, 55) et Westphal (Metrik d. Griech. II 335), haud scio an inde iusta causa huius productionis sit repetenda. Si enim hic finitur ordo quidam versus, cui clausula illa adonio versui simillima subiungitur, haud multum abest, quin ad ordinis finem inter recitandum provecti ad versus cuiusdam finem pervenisse nobis videamur. Atque ut extrema versus syllaba utrum longa sit necne nihil prorsus interest, ita hic longa syllaba non anxie requiritur [1]). E simillima ratione etiam hiatus in bucolica cæsura frequentissimi explicantur: utraque res eodem videtur redire, cfr p. 16 et infra de hiatu. — Alius est locus *Ψ* 493 Αἶαν Ἰδομενεῦ τε, ubi productio fit in prima arsi. Fortasse syllaba illa ultima vi vocativi casus nonnihil gravitatis assumit. Hic valet ea cæsura, quæ est in fine pedis primi (Hoffmann I p. 55). Hoffman I p. 101 in Αἶα Ἰδομενεῦ τε emendatum vult.

3. Tum omnes eas productiones in hac oratione prætereo, quæ ante eas voces fiunt, quas homericis temporibus a *consona quadam* aliis ex causis videntur incepisse. Has voces, quas longum est hic enumerare, in altera harum quæstionum parte uberius enarrabimus.

---

1) Hanc legem ad eam solam syllabam, quæ in ictu est, pertinere nullis allatis rationibus dicit Westphal Metrik d. Griech. II 89. Leutsch autem, Philol. XII 25, hanc licentiam breves syllabas pro longis in hac versus sede usurpandi ad vetustissimam memoriam revocans ex ipsa versus hexametri origine eam interpretari studet.

4. Restat productionum huius generis prope infinitus numerus. Has iam in medio proponamus ad diversas theses ita descriptas, ut intellegatur, quæ legitimæ sint productiones quæque sint rariores. Quin hæ omnes *cæsurarum vi*, accedente nonnumquam interpunctione, contineantur, non est quod dubitemus.

a. Quæcumque in *tertia thesi* sunt productiones, eæ iustam a cæsuræ semiquinariæ vi excusationem accipiunt. Monendum est aut leviorem esse semiseptenariam (ut *E* 385) aut, quod sæpissime fit, in eius locum succedere eam, quæ quartum pedem claudit (ut *Λ* 226, *Λ* 582), vel seminovenariam (*Υ* 145, *Φ* 363). Huic legi unus locus videtur repugnare, neque tamen hic semiquinaria cæsura prorsus deest: *Σ* 580 *ταῦρον ἐρύγμηλον ἐχέτην· ὁ δὲ μακρὰ μεμυκώς*. Apparet eam, quam dixi, excusationem in omnibus iis versibus inesse, in quibus semiquinaria aut interpunctione aut sententiæ quadam intermissione gravior exsistit. Et cæsuram et interpunctionem hi versus ostendunt:

Α 153 *δεῦρο μαχησόμενος, ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν*

Α 491, 527, 535, *Β* 71, 228, 449, 734, 789, *Γ* 35, 381, *Ε* 13, 287, 485, *Ζ* 76, *Η* 31, *Θ* 144, 158, 536, *Ι* 132, 274, *Λ* 40, 151 (Dindorf), 168, 547, 630, 674, *Μ* 52, 270, 288, *Ν* 309, 587, *Ξ* 11, 349, 466, *Π* 709, 736, *Ρ* 42, 104, 135, 147, 196, *Σ* 224, 347, *Τ* 367, *Υ* 239, 368, 472, 481, *Φ* 118, 361, *Χ* 352, 481, 513, *Ψ* 511, 731, 779, *Ω* 192, 240, 269, 467, *α* 226, 326, *γ* 6, 490, *ζ* 330, *η* 131, 180, *ϑ* 436, *ι* 302, 339, 429, *κ* 47, 170, *λ* 148, 257, 530, *μ* 185, 294, 336, 352, *ν* 157, *ξ* 113, 474, *π* 89, 471, *ρ* 206, *τ* 99, 447, *υ* 246, 275.

Intermissionem quandam sententiæ in his versibus agnoscere possumus:

Β 500 *οἵ τ' Ἐλεῶν' εἶχον ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα*
624 *υἱὸς Ἀγασθένεος Αὐγηιάδαο ἄνακτος*
Δ 76 *ἢ ναύτῃσι τέρας ἠὲ στρατῷ εὐρέι λαῶν,*

Β 504, 539, 574, 585, 634, 635, 736, *Γ* 248, *Δ* 407, *Η* 167, *Θ* 265, *Ξ* 405, 716, *Ρ* 109, *Ω* 47, 758, *γ* 72, *ζ* 294, *ϑ* 277, *λ* 322, 402, *ν* 108, *χ* 238.

Sed etiam in iis versibus, per quos sententia nulla quasi quiete in hac versus regione assumpta longius percurrit, cæsuram semiquinariam inesse non possumus negare. Patet discrimine haud raro parvulo hos a proximis differre. Huc referimus hos versus:

Α 226 *οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι*
342 *τοῖς ἄλλοις· ἦ γὰρ ὅ γ' ὀλοιῇσι φρεσὶ θύει*
Β 24 *οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,*

Β 61, 165, 181, 841, *Ε* 385, *Ζ* 299, *Λ* 68, 219, 371, 376, 427, 582,

776, *N* 368, *Ξ* 473, *Π* 560, *Σ* 580, *Τ* 345, *Υ* 145, *Φ* 363, 542, *Ψ* 89, *Ω* 84, *δ* 163, *ε* 330, *ζ* 219, 262, *ϑ* 127, 359, 582, *ι* 369, *μ* 329, *ο* 529, *π* 171, 454, *ω* 354, 528; tum

δ 773 *τοῖσιν δ' Ἀντίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν*

η 298 *τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε*

quique versus his sunt simillimi, *η* 185, 308, *ϑ* 25, 140, 158, 400, *λ* 347, 362, *ν* 3, 171, *π* 394, *ϱ* 405, 445, *σ* 412, *τ* 405, *υ* 244.

b. Si *secundæ thesis* seu *semiternariæ cæsuræ* locum productio obtinet, interest, utrum gravior cæsura semiseptenaria sequatur, an tertii pedis cæsura vel mascula vel trochaica ordo versus maior finiatur. Illic vehementior exsistit semiternaria maioremque accipit vim, quum primum versus ordinem concludat et semiseptenariæ respondeat. Hic submissior est, præsertim si sequitur semiquinaria. Manifestum est nullam prorsus esse semiternariam cæsuram, ubi antecedat ea, quæ est in fine pedis primi; quum vero encliticis vocibus cæsura impediatur (Hoffmann § 2), recte se habent *H* 77, 389, *K* 347, *Υ* 243.

α. Sequitur cæsura semiseptenaria: ubi interiicitur tertii pedis cæsura, minoris est momenti.

Γ 40 *αἴϑ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι | ἄγαμός τ' ἀπολέσϑαι.*

Ζ 366 *οἰκῆας ἄλοχόν τε φίλην | καὶ νήπιον υἱόν*

Η 389 *κτήματα μὲν ὅσ' Ἀλέξανδρος | κοίλῃς ἐνὶ νηυσίν*

Alii sunt versus *B* 780, *E* 462, 499, *H* 77, *Λ* 39, *Σ* 168, *Ω* 295, 313, *ϑ* 238, *ϱ* 35, *φ* 224, *χ* 499. Ad cæsuram semiternariam accedit interpunctio in his: *B* 822, *Z* 240, 495, *H* 232, *K* 7, *Ψ* 756, *Ω* 573, *γ* 422, *μ* 22. Restant duo loci Dindorfiani *P* 403, *X* 482, quos mutavit Bekkerus.

β. Sequitur cæsura trochaica pedis tertii

a) una cum illa, quæ est in fine pedis quarti,

Λ 244 *χωόμενος ὅ τ' ἄριστον || Ἀχαιῶν | οὐδὲν ἔτισας*

B 233 *ἥν τ' αὐτὸς ἀπονόσφι || κατίσχεαι. | οὐ μὲν ἔοικεν*

β 41 *ὃς λαὸν ἤγειρα· || μάλιστα δέ | μ' ἄλγος ἱκάνει*

Ceteri sunt *Z* 176, *P* 730, *Υ* 45, *δ* 845, *σ* 122, *υ* 199. Accedit interpunctio *B* 745, *Z* 501, *H* 206, *Σ* 238, *Ψ* 137, 603, *Ω* 736, *δ* 531. Durior videtur productio *β* 41.

b) una cum seminovenaria

B 39 *ϑήσειν γὰρ ἔτ' ἔμελλεν || ἐπ' ἄλγεά τε | στοναχάς τε*

K 281 *δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας || ἐϋκλείας | ἀφικέσϑαι*

η 341 *ὤτρυνον Ὀδυσῆα || παριστάμεναι | ἐπέεσσιν*

Alii loci sunt *E* 622, *H* 84, *K* 347, *N* 511, 558, *X* 22, *ϑ* 283, *υ* 374. Interpunctio accedit *H* 416, *X* 198, *ε* 108, *κ* 269, *π* 64, *χ* 49.

c) una cum semiseptenaria

Υ 243 ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ‖ ὃ γὰρ | κάρτιστος ἁπάντων
Ψ 110 ἀμφὶ νέκυν ἐλεεινόν. ‖ ἀτὰρ | κρείων Ἀγαμέμνων
ι 413 ὣς ὄρ' ἔφαν ἀπιόντες· ‖ ἐμὸν | δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ

Ceteri sunt *γ* 322, *ϑ* 408, *λ* 580.

d) una cum cæsura trochaica pedis quinti

ψ 211 οἳ νῶιν ἀγάσαντο ‖ παρ' ἀλλήλοισι | μένοντε
Ω 569 μή σε, γέρον, οὐδ' αὐτὸν ‖ ἐνὶ κλισίῃσιν | ἐάσω

Item *λ* 602, *τ* 507. Mitto variam lectionem *Α* 442.

γ. Sequitur cæsura semiquinaria

a) una cum illa, quæ est in fine pedis quarti,

Ζ 152 ἔστι πόλις Ἐφύρη ‖ μυχῷ Ἄργεος | ἱπποβότοιο
τ 99 ὁ ξεῖνος ἐμέθεν· ‖ ἐθέλω δέ μιν | ἐξερέεσθαι
Ζ 299 Κισσηίς, ἄλοχος ‖ Ἀντήνορος | ἱπποδάμοιο·

Huc pertinent *κ* 64, 493, *λ* 103, *μ* 267, *ν* 343. Interpunctione cæsura firmatur *ε* 266, *ο* 100. Productioni favet intermissio quædam sententiæ, quæ est post semiternariam.

b) una cum seminovenaria

Π 269 Μυρμιδόνες, ἕταροι ‖ Πηληιάδεω | Ἀχιλῆος
Σ 591 τῷ ἴκελον οἷον ‖ ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ | εὐρείῃ

Succurrunt productioni et sententiæ ratio et cæsura seminovenaria, quæ in semiseptenariæ locum successit.

C. Iam ad *quartam thesin* seu *semiseptenariam cæsuram* venimus. Hanc cæsuram sæpissime antecedit aut illa cæsura, quæ est in fine pedis primi, qua re ad speciem semiquinariæ accedit semiseptenaria, aut cæsura semiternaria, cui hæc respondet cuiusque vim auget, præsertim si tertii pedis cæsura vel nulla interiicitur vel minoris est momenti. Recte monet Hoffmannus § 74 duriorem esse hanc productionem, si prævalet ea quarti pedis cæsura, quæ est in fine pedis, ut *Ω* 544 ὅσσον Λέσβος ἄνω, Μάκαρος ἕδος, ἐντὸς ἐέργει: huiusmodi sunt loci *K* 264, *T* 49, *X* 412, *Φ* 344. Quam ipsam ob causam non silentio prætereundum est, his locis omnibus excepto *Φ* 344, quem versum digammi gratia mutavit Bekkerus, productiones esse ante voces ἕδος et ἔχον, quas a dentali spirante olim incepisse satis constat. Quum vero hæ voces nulla alia servatæ consonæ vestigia præbeant, non dubitamus etiam has productiones metricæ rationi tribuere.

α. Præmittitur semiquinaria

a) una cum illa, quæ est in fine pedis primi,

Γ 24 εὑρὼν | ἢ ἔλαφον | κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα

Δ 440 Δειμός τ' | ἠδὲ Φόβος || καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα

Η 164 τοῖσι δ' ἐπ' | Αἴαντες || θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν

Item hi versus: *Θ* 262, 359, *Ο* 271, *Ρ* 54, 520, *Σ* 157, *Υ* 72, *Ψ* 313, *Ω* 544, *ι* 209. Levior videtur semiquinaria *Γ* 24.

b) una cum semiternaria

ι 62 ἔνθεν δὲ | προτέρω || πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ

Idem versus recurrit *ι* 105, 565, *κ* 77, 133.

c) addita cæsura trochaica pedis primi

Γ 49 ἔγχει | ἐρειδομένω· || ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρά·

Χ 282 ὄφρα | σ' ὑποδδείσας || μένεος ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Item *χ* 449.

d) addita cæsura trochaica pedis secundi

Η 420 ὠτρύνοντο | νέκυς | τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην.

Κ 264 ἀργιόδοντος | ὑὸς || θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα

β. Præmittitur cæsura tertii pedis trochaica

a) una cum illa, quæ est in fine pedis primi,

Ρ 394 ὥς οἵ γ' | ἔνθα καὶ ἔνθα || νέκυν ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ

κ 471 καὶ τότε | μ' ἐκκαλέσαντες || ἔφαν ἐρίηρες ἑταῖροι

π 358 Ὣς ἔφαθ', | οἱ δ' ἀνστάντες || ἔβαν ἐπὶ θῖνα θαλάσσης,

Alii loci sunt *Δ* 129, *Ρ* 692, 724, *Χ* 386, *Φ* 344, *δ* 62, *η* 295, *ψ* 342, *ω* 311. Dubito de prima cæsura versus *Ξ* 503. Mitto var. lect. *Ρ* 65.

b) una cum semiternaria

Π 57 δουρὶ δ' ἐμῷ | κτεάτισσα, || πόλιν εὐτείχεα πέρσας

Ν 705 πρυμνοῖσιν | κεράεσσι || πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς·

Item *Α* 51, *Δ* 492, *Θ* 248, *κ* 524, *τ* 273. Mitto var. lect. *Ε* 874.

c) addita secundi pedis trochaica

Ω 470 Ἰδαῖον δὲ | καταῦθι || λίπεν· ὁ δὲ μίμνεν ἐρύκων

Χ 412 λαοὶ μέν ῥα | γέροντα || μόγις ἔχον ἀσχαλόωντα,

Item *Χ* 492, 499.

γ. Præmittitur cæsura semiternaria, quæ primum versus ordinem finit,

a) interiecta minoris momenti cæsura semiquinaria

Γ 103 οἴσετε δ' ἄρν', || ἕτερον | λευκόν ἑτέρην δὲ μέλαιναν,

Η 418 ἀμφότερον, || νέκυάς τ' | ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην·

b) interiecta cæsura tertii pedis trochaica

Λ 19 ἐκπέρσαι ‖ Πριάμοιο | πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι·

Κ 540 οὔπω πᾶν ‖ εἴρητο | ἔπος ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί.

ι 257 δεισάντων ‖ φθόγγον τε | βαρὺν αὐτόν τε πέλωρον.

Item *Σ* 180, *Π* 69, *π* 11. Accedit interpunctio *Λ* 711, *δ* 126, *κ* 172.

c) nulla interiecta pedis tertii cæsura

υ 303 Κτήσιππον δ' ‖ ἄρα Τηλέμαχος ἠνίπαπε μύθῳ.

χ 267 Εὐρυάδην δ' ‖ ἄρα Τηλέμαχος, Ἔλατον δὲ συβώτης,

δ. Præmittitur sola illa, quæ est in fine pedis primi,

Ρ 582 Ἕκτορα δ' | ἐγγύθεν ἱστάμενος ὤτρυνεν Ἀπόλλων,

d. *Seminovenaria cæsura* plerumque eo, quod aliquanto longior vox versui inseritur, semiseptenariæ vices sustinet. Præmittitur sæpissime aut semiternaria cæsura aut ea, quæ primum pedem claudit. Omisi locos *Θ* 325, *Μ* 456, ubi est vox κληΐς.

α. Antecedit semiquinaria

Ε 752 τῇ ῥα δι' αὐτάων ‖ κεντρηνεκέας ἔχον ἵππους.

Θ 475 νώτου ἀποπροταμών ‖ — ἐπὶ δὲ πλεῖον ἐλέλειπτο —

τ 449 οὐτάμεναι μεμαώς· ‖ ὃ δέ μιν φθάμενος ἔλασεν σῦς

Ε 752 recurrit *Θ* 396. Mirus est impetus versus *τ* 449, quippe qui quinque habeat cæsuras masculas.

β. Antecedit cæsura trochaica pedis tertii

a) sine semiseptenaria

α) præmissa semiternaria

Κ 281 δὸς δὲ πάλιν | ἐπὶ νῆας ‖ ἐυκλεῖας ἀφικέσθαι

Ξ 139 Ἀτρείδη, | νῦν δή που ‖ Ἀχιλλῆος ὀλοὸν κῆρ

Alii sunt versus *Λ* 85, *Τ* 396, *Ψ* 74, *ζ* 163. Accedit interpunctio *Ξ* 357.

β) præmissa ea, quæ primum pedem claudit,

λ 571 ἥμενοι | ἑσταότες τε ‖ κατ' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ.

β 65 ἄλλους τ' | αἰδέσθητε ‖ περικτίονας ἀνθρώπους,

Item *λ* 365, *ω* 285.

b) una cum semiseptenaria

α) præmissa semiternaria

Β 169 εὗρεν ἔπειτ' | Ὀδυσῆα ‖ Διὶ | μῆτιν ἀτάλαντον

Σ 288 πρὶν μὲν γὰρ | Πριάμοιο | πόλιν | μέροπες ἄνθρωποι

Φ 23 φεύγοντες | πιμπλᾶσι | μυχοὺς | λιμένος εὐόρμου,

Versui *Β* 169 simillimi sunt *Β* 407, *Η* 47, *Κ* 137, *Λ* 200. Hoff-

manno (quæst. § 75, 2) concedo duriores has esse productiones, præsertim Σ 288 et Φ 23, quibus in versibus, sententiæ rationem si respicimus, semiquinaria cæsura semiseptenariæ succumbere videtur. Neque tamen ex iis satis argumenti petitur, quo nobis persuadeatur, vocabulum μῆτιν longa uti syllaba finali. Conferendi sunt qui sequuntur versus.

β) præmissa ea, quæ est in fine pedis primi,

ϑ 355 Ἥφαιστ', | εἴπερ γάρ κεν | Ἄρης | χρεῖος ὑπαλύξας

λ 190 ἀλλ' ὅ γε | χεῖμα μὲν εὕδει || ὅϑι | δμῶες ἐνὶ οἴκῳ

Durissima est productio ϑ 355: λ 190 vero succurrit sententiæ ratio.

γ) præmissa cæsura trochaica pedis primi

B 636 τῶν μὲν | Ὀδυσσεὺς ἦρχε || Διὶ | μῆτιν ἀτάλαντος,

qui versus ad similitudinem versus B 169 sim., quamquam caret semiternaria, est factus.

6. In *prima thesi* duæ tantum huius generis productiones inveniuntur.

X 236 ὃς ἔτλης ἐμεῦ εἵνεκ', ἐπεὶ ἴδες ὀφθαλμοῖσιν,

Ω 154 ὃς ἄξει εἷως κεν ἄγων Ἀχιλῆι πελάσσῃ.

Iam eas huius generis productiones, quæ in minoribus carminibus homericis sunt, quam brevissime in medio proponamus. Ordinem ipsorum carminum sequimur: additus numerus thesin, in qua est producta syllaba, indicat. Sunt h. II 31 (3 et 4), 271 (3), 275 (3), 299 (2), 313 (3), 331 (3), h. III 12 (3), 23 (5), 196 (2), 310 (3), 345 (4), 371 (4), 379 (4), h. IV 25 (3), 157 (3), 199 (2), h. V 57 (2), h. XXIX 3 (3), h. XXXIV 8 (4), 19 (3), ep. IV 17 (3), batr. 88 (2, v. l.). Nihil fere hæ productiones a maiorum carminum usu differunt. Durior est productio h. XXXIV 8, sed conferendus est Ω 544.

Cap. II.

De longis vocalibus et diphthongis, quæ in fine vocum producuntur ante voces a vocalibus literis incipientes.

In hac quæstione ad ea, quæ disputavit Hoffmannus, nihil fere nobis est ultra dicendum. Sed necesse est, ut oculis subiiciamus

quum eas huius generis productiones, quæ in arsibus etiam infirmis inveniuntur, tum eas, quæ vel in firmioribus tantum arsibus leguntur vel non sunt nisi in thesibus vel in nulla omnino versus sede reperiuntur. Satis enim apparet illas productiones ad consonam insequentis vocis initialem approbandam nihil valere, ex his vero argumenta posse repeti, quibus consonam quandam obsoletam etiamtum viguisse demonstremus. Firmæ autem arses sunt prima et quarta, si quidem cæsuris pedes finiuntur, infirmæ altera et tertia, infirmissimæ sunt et hæ et quarta arsis, si cæsuras maiores eorundem pedum subsequuntur (Hoffmann § 47). — Hic quoque omittendos esse omnes eos locos, in quibus consonam quandam antiquiorem, a qua inceperit vox insequens, suspicari possimus, non est quod moneam.

1. De *nominum* terminationibus agimus.

a. Has prætereo, quæ etiam in infirmis arsibus producuntur, dico *ῃ ῳ ου*: cf. Hoffmann § 48.

b. *οι* producitur in fine pedis primi ante interpunctionem *Α* 35, *Ψ* 578, in quarta arsi ante interpunctionem *Ε* 484, sine interpunctione *υ* 166 (*Ἀχαιοὶ εἰσορόωσιν*). E pronominibus accentu instructis *σοί* producitur in quarta arsi *κ* 337, *οἷ* in prima thesi *Ι* 306, *Π* 47. Encliticas autem figuras si respicimus, *μοι* producitur in secunda thesi *Κ* 291, *Ω* 716, in quarta *Φ* 360 atque in secunda arsi *Α* 505; *τοι* vero et *οἱ* omnino ne in thesi quidem producuntur tribus tantum exceptis locis: *τοι* *μ* 57 in cæsura semiquinaria (non in secunda thesi, ut Hoffmannus ait) *ὁπποτέρῃ δή τοι ὁδὸς ἔσσεται κτλ.*, *οἱ* in eadem versus sede *ν* 342 *χωόμενος ὅτι οἱ υἱὸν φίλον ἐξαλάωσας* et in secunda thesi *ξ* 460 *εἴ πώς οἱ ἐκδὺς χλαῖναν κτλ.* Hos locos aut eiectos aut emendatos vult Hoffmannus § 60, 1, 2.

c. *αι* semel in secunda arsi productum vidimus *υ* 109 (*αἱ μὲν ἄρ' ἄλλαι εὗδον*). Ceterum etiam in thesi perraro producitur et est levissimum (Hoffmann § 51, 1).

d. Terminationes *η* et *ω* in prima et quarta arsibus produci docet Hoffmannus. Addo *η* 122 (*ἀλωῇ ἐρρίζωται*): est quarta arsis.

e. Terminationes *ευ* et *ει* in prima thesi est ubi producantur. Sunt autem levissimæ.

f. *ᾱ*, excepta voce *θεά*, nusquam producitur.

2. Ad *particulas* venimus.

a. *ἤ ᾗ εὖ εἰ* etiam in infirmis arsibus produci constat. Addo

ex Odyssea *ἤ* in tertia arsi post semiquinariam cæsuram productum *δ* 283, *λ* 459, *ξ* 384, *ο* 306, *τ* 192, 299, *υ* 130, 340, *ψ* 136, *ω* 300, 405, *ἤ* productum in prima arsi post interpunctionem *σ* 357 (*ξεῖν', ἦ ἄρ κ' ἐθέλοις*), *εὖ* vero in quarta arsi post semiseptenariam cæsuram *ι* 194 et *ω* 271 (*ἄγων εὖ ἐξείνισσα*), tum *εἰ* in eadem versus sede eademque ratione *ξ* 67 (*ἄναξ, εἰ αὐτόθ' ἐγήρα*).

b. *μή* in prima arsi *Σ* 193 et in altera *Φ* 536 produci, *πρόσσω* autem in prima *P* 734 narrat Hoffmannus. In prima thesi *μή* producitur *ω* 462, in altera *χ* 251.

c. Aliæ particulæ non producuntur nisi in thesibus, quarum e numero has præcipue nominemus: *πῇ* interrog., *δή* (II th. *σ* 257), *ἤδη* (IV th. *ϱ* 157), *τίη, ὦ, ἀνέω, εἴσω, προτέρω, ὀπίσω, πω, ἤτοι* (II th. *ϱ* 157), *δήτοι* (II th. *X* 12), *αἰεί, ἀνεύ*. Corripiuntur autem *δή* sæpissime, *ἤδη, πω* al., et quæ in diphthongos desinunt multo sæpius, *που, ὑψοῦ* al. (Hoffmann § 55).

d. Hæ vero particulæ *πῃ, λάθρῃ, πάντῃ, τοι* ne in thesibus quidem productæ inveniuntur.

e. Restat ut pauca dicamus de particulis *ἐπεί* et *καί*, quæ quum sexcentis locis corripiantur, productæ dubitationem quandam movent. Producitur autem *ἐπεί* duobus tantum locis, utrobique in secunda thesi, *ε* 364 (*νήξομ', ἐπεὶ οὐ μέν τι κτλ.*) et *ϑ* 585 (*ἐσθλός; ἐπεὶ οὐ μέν τι κτλ.*), quos suo modo emendavit Hoffmannus (§ 60, 3). Aliud e schol. et varietate lectionum coniici potest, cfr editionem La Rochianam. Altera particula *καί* septiens in arsibus producitur totiensque in thesibus. Est igitur in quinta thesi *καὶ ἐσάωσεν* *O* 290, *χ* 372, in prima *καὶ ἱκέτην* *Ω* 570, in secunda *θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα* *Ω* 60, *νηί τε καὶ ἑτάροις* *λ* 113, 161, *μ* 140, in tertia arsi *καὶ εἰ μάλα* *N* 316, *καὶ ἐννήκοντα πόληες* *τ* 174, in quarta *καὶ αἴθοπα οἶνον* *Ω* 641, *καὶ ἤπιος ἔστω* *β* 230, *ε* 8, *καὶ αἴσυλα ῥέζοι* *β* 232, *ε* 10. Hos omnes locos, excepto *Ω* 60, ubi sine dubio aliam sequitur lectionem, aut emendatos aut prorsus eiectos vult Hoffmannus § 60, 4. De locis *β* 232, *ε* 10 probabilis est sententia Clemmii, Curtii Stud. III 305, ex qua legendum est *καὶ ἀΐσυλα ῥέζοι*. Diphthongum autem poscunt *E* 403, *Y* 202, 433, h. III 164. In aliis autem locis interpretandis hic vir doctus nihil proficit, tum hiatum et productionem longæ vocalis vel diphthongi confundens tum putans vocabulum *καί* "omnium *προκλιτώτατον*" (Hoffmann § 6) in fine pedis quarti cæsuræ vi productum ordinem versus concludere. Certe ipsa harum productionum paucitate, quum innumerabilibus

locis ante voces a vocalibus literis incipientes corripiantur hæ particulæ *ἐπεί καί,* non impedimur, quin ex iis ante vocales initiales productis de consona quadam antiquiore coniiciamus.

3. Ad *verborum* terminationes transeamus.

a. In infirmis arsibus producitur *εῖ* (ex *έει* ortum), in firmioribus autem *ει*, *ᾳ̃* (I a. *φ* 400), *ῡ* (ex *αε,* I a. *τ* 201), *ῶ* (verbi *ἠρῶ* in prima arsi *σ* 176), *αι* infinitivorum, quæ desinunt in *σθαι*. Sunt vero satis leves terminationes illæ *ει* et *αι,* levissima est *ει,* nisi ex *εε* exstitit.

b. Ceteræ terminationes non producuntur nisi in thesibus. Sæpissime corripiuntur *αι* et illud, quod est infinitivi activi, et id, quod est tertiæ personæ sing. l. plur. pass., atque *οι* optativi.

Cap. III.

De hiatu.

Iam venimus ad quæstionem gravissimam, quæ est de hiatu. Namque ex hiatibus et longe plurima argumenta et gravissima, quibus digamma in carminibus homericis componendis etiamtum viguisse probamus, ducenda sunt. *Hiatum* dicimus eum vocum concursum, in quo vocem, quæ exit in brevem vocalem, quam elisione summoveri aut consuetudo quædam aut lex homerica iubet, excipiat altera vox a vocali litera incipiens. Primum igitur omnium segregandæ sunt eæ voces, quæ aut in longas aut in ancipites vocales desinunt. Inter vocales ancipites referendam esse vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. iam supra demonstravimus. Vocabula *κρέα κέρα σφέλα* sim. (nom. et acc. plur.) proprie longas habuisse vocales finales ex ipsa harum formarum origine (*κρέαα* cet.) intellegitur. Quum vero in locis quibusdam homericis hæc vocalis pro brevi habenda sit, recte eam inter ancipites retulit Hoffmannus I p. 86: cf. Spitzner Pros. § 20, l. d. Propter longam vocalem non inest hiatus in his verbis *κλέα ἀνδρῶν* *I* 189, 524, *θ* 73, *δυσκλέα Ἄργος* *B* 115, *I* 22 (Spitzner Pros. § 20, l. c).

Deinde videndum est, quæ vocales breves finales aut semper aut tantum non ubique in homericis carminibus elisione summoveantur, tum de legitimi hiatus homerici generibus disseremus,

deniqne eos versus enarrabimus, qui hiatus[1]) præbent neque natura vocalis antecedentis firmiore neque versus sede excusatos, quos illicitos docti viri appellant. — Apparet hic omnes eos hiatus prætereundos esse, qui sunt ante eas voces, quas a consona quadam olim incepisse aliquo iure possumus suspicari.

A. *De elisione.*

Quum hiatus legitimi aut in firmiore vocalium finalium natura aut in iis versus sedibus, quas occupant, contineri putandi sint, in hac orationis parte, qua de elisione agimus, ne permisceantur hæc excusationis genera, ii hiatus, qui ex altera ratione possunt intellegi, omittendi sunt.

Constat hæc vocabula elisionem non pati: *τί* (*E* 465, *ο* 326, *τ* 482), *τι* indef. (*ι* 339), *νῶι, περί, ὅ* demonstr. et relat., *τό* demonstr., relat. (*H* 452), *τά, πρό*. Accedunt vocalis finalis *υ* et terminationes gen. sing. *αο οιο* (*Ω* 349): huc ducenda videntur *ἐμεῖο σεῖο ἑο* (*T* 384; quamquam est *ἐμεῖ' ὀλίγον Ψ* 789, *ἐμεῖ', ὅτι ϑ* 462 codd. IV, *σεῖ', ὅτε Z* 454 'vulgo' Spitzner; facile enim nobis persuademus, legendum esse *ἐμεῦ, σεῦ*). Addimus *ἀντί* (cf. La Roche Unters. 120), *ὅτι* (*Ω* 593, La Roche Unters. 123, cf. *α* 382, *ε* 357). — Hoffmann § 62, Kühner Ausf. Gram. I p. 152.

De his autem vocabulis minus constat: *ἄνα* antecedit vocalem *I* 247, est tamen in fine primi pedis: elisione minui negat Kühner Ausf. Gram. I p. 189; *πάρα* elisionem non patitur *E* 603, *Y* 98, ubi est in fine secundi pedis: contra *χ* 106 *πάρ' ὀιστοί; ἔπι* vero leviore utitur vocali, ut docent loci *Γ* 45 (*εἶδος ἔπ' ἀλλ'*), *ρ* 537 (*οὐ γὰρ ἔπ' ἀνήρ*).

Iam de iis vocibus terminationibusque, quæ aut semper aut sæpissime elisionem patiuntur, disseremus. Has secundum varias vocales distribuere placet.

1. *α* elisione summovetur

a. in nominibus, ubi est exitus aut nom. sing. fem. primæ decl. *εἰποῦσ' α* 96, 319. *μί' Ω* 66, aut nom. vel acc. plur. neutr. secund. vel tert. decl. ut *ἔργ' α* 338, *μῆλ' α* 92, *πόλλ' α* 229, *κεῖμεν'*

---

[1]) Eam veniam ab iis qui legunt petimus, ut liceat nobis hic et in sequente oratione nonnumquam nomen hiatus alio ac modo indicavimus sensu usurpare, ut omnino sit is duarum vocum concursus, in quo prior vox in brevem vocalem exeat, altera a vocali incipiat. Difficile visum est aliud nomen huic rei excogitare. Ne confundantur hæc genera, illum hiatum, quem prius diximus, *verum hiatum* ubi opus erit appellaturi sumus.

α 162, σ' α 356, ἔγχε' α 129, κτήματ' α 375, 404, aut nom. vel acc. sing. neutr. tert. decl. ut πῆμ' μ 231, ξ 275, μέγ' Α 158, aut acc. sing. masc. fem. tert. decl. ut πατέρ' α 115, 195, μητέρ' α 248, Ὀδυσῆ' τ 65, 267.

b. in particulis ἀνά κατά παρά ἄρα, quæ etiam ante consonas literas sæpissime vocales ultimas abiiciunt, tum in his ἄντα (Ο 415, Υ 89 al.), διά (Β 458, Δ 481 cet.), μετά (Β 674 al.), ἀλλά (α 76, 224, 309, 394), ἅμα (Α 158, Β 249), θάμα (α 143), μάλα (α 179, 278, 292, 304), ὄφρα (Ε 360), ἵνα (Β 604, Ε 360, α 373), aliis. Supervacaneum videtur rem notam uberius demonstrare. Liceat modo addere duplicata illa ἀνα-οίγεσκον Ω 455 et κατα-ίσχεται ι 122 a consona quadam amissa, quæ augmenti natura imperf. ἀν-έῳγεν et reduplicatione præs. verbi *σι-σεχ-ω (Curtius Etym. 183) proditur, iustam excusationem accipere.

c. In verbis usus minus constans est. Terminatio μεθα ubique ni fallor ultimam vocalem abiicit ut εὐχόμεθ' α 187, ἐμισγόμεθ' α 209. Terminatio σα autem perraro elisionem patitur teste Thierschio Gram. § 164, 3, ut ἄλειψ', ἐμέ μ 200, διήρεσσ' ἀμφοτέρῃσιν ξ 351 (v. 1): similia sunt ἔχῃ' οὐδ' τ 366, τοῖος ἔ' ἐν πολέμῳ ξ 222. οἶδα vero his locis elisione minuitur Ε 183, Ζ 367, Η 238, Κ 342, Ν 275, Ο 16, α 216, δ 712, θ 28, ν 314, σ 265, τ 237, ψ 175. In hiatu hoc verbum non vidi nisi θ 215, ubi in versus sede idoneam invenit excusationem.

2. ε ut levissima est vocalis, ita haud usquam ferre videtur hiatum: documento sunt ἐμέ σέ γέ δέ τότε alia permulta. Excipit Thiersch Gram. § 164. 4 conjunct. ἰδέ et suffixam syllabam ζε. Est tamen ἴδ' γ 10.

3. ο, exceptis iis terminationibus vocibusque de quibus supra diximus, sæpissime elisione abiicitur.

a. præp. ἀπό ὑπό. Religiosius in hac quæstione versatus est Hoffmannus (§ 63), quippe qui hiatu eo solo permotus, qui in duplicato verbo ἀπο-αιρεῖσθαι inest, has præpositiones firmioribus vocalibus uti censeat. De illo duplicato vocabulo infra (lib. II cap. III) disseremus. Hic afferamus eos locos homericos, qui has particulas elisione minutas præbent. Nusquam eas in hiatu animadvertimus. Quo quum accedit, quod etiam apocopen patiuntur (ὑββάλλειν Τ 80, ἀππέμψει ο 83), de infirmitate vocalis dubitandum esse non videtur. Sunt autem illi loci præcipue hi: ἀπό Α 530, 532, Β 287, 849, Δ 91, Ε 214, 258, 416, 835, Ζ 28, 470, Η 25, 35, 122,

Θ 108, 170, 194, 365, *Λ* 44, 143, 320, 536, 537, 580, 715, 829, 845, *M* 19, 70, 195, 253, 264, 386, 448, 459, *N* 63, 227, 243, 527, 550, 702, *Ξ* 70, 258, *O* 244, 343, 386, 524, 537, 544, 610, 668, 714, *Π* 93, 117, 226, 288, 296, 364, 663, 731, 743, 755, 782, 802, 810, 846, *P* 126, 222, 318, 498, *Σ* 167, 214, 272, 410, *T* 1, 130, 329, 379, 412, *Y* 5, 341, 501, 502, *Φ* 199, 490, *X* 324, 328, 368, 454, *Ψ* 53, 385, 880, *Ω* 378, 605, 725, *γ* 307, *δ* 522, *ε* 350, *ζ* 90, *η* 169, *ι* 49, 60, 192, *κ* 104, *λ* 18, 278, *μ* 120, 414, *ο* 96, 552, *υ* 103, 113, *φ* 118, 300, 364, *ψ* 110, 347, porro h. I 4, 7, 60, h. II 38, 45, h. III 20, 45, 185, 193, h. IV 76, 79, 152, 201, 271, h. V 213, 285, 457, h. VIII 12, h. XXVIII 8, 15, h. XXXI 10, h. XXXII 4, 7, h. XXXIV 7, 15, ep. XVI 1, batr. 35, 133, 292; — *ὑπό* *Α* 242, 501, *B* 334, 374, 714, 728, 820, *Γ* 61, 128, 372, 436, *Δ* 44, 291, 479, *E* 67, 92, 231, 267, 313, 559, 564, 646, 693, 699, *Z* 73, 134, 171, 453, *H* 129, 469, *Θ* 41, 136, 149, 267, 359, 363, 402, 416, *I* 472, *K* 310, 397, *Λ* 119, 121, 158, 259, 262, 309, 391, 424, 821, *M* 74, *N* 19, 23, 27, 88, 140, 153, 177, 388, 405, 432, 611, 652, 667, 676, 763, 816, *Ξ* 236, 493, *O* 289, 513, 608, 637, *Π* 277, 303, 339, 347, 519, 709, 794, *P* 224, 235, 303, 319, 336, 371, 428, 616, 645, 658, 677, *Σ* 149, 244, 519, *T* 73, 133, *Y* 277, 498, *Φ* 15, 318, 527, *Ψ* 7, 108, 130, 153, 513, *Ω* 14, 168, 507, 644, 782, *β* 110, 181, *γ* 235, 304, 476, *η* 68, 130, 193, *ϑ* 86, *κ* 78, *λ* 498, 619, *μ* 406, *ξ* 304, *ο* 349, *π* 219, *σ* 96, *τ* 114, 156, 249, 488, *υ* 176, 189, *φ* 213, 390, *χ* 449, *ω* 146, h. I 60, h. II 13, 365, h. V 39, 88, 270, h. XV 5, batr. 101. Magnam multitudinem compositarum vocum præterii. Patet vero recte se habere *ἀπό-(ϝ)εικε* *Γ* 406, *ὑπο-(ϝ)είξομεν* *Δ* 62, *ἀπο-(ϝ)ειπεῖν* *I* 309, *ἀπο-(ϝ)έργω* *Θ* 325 sim.

b. adv. *δεῦρο* his locis elisionem patitur: *B* 138, *Γ* 390, *E* 640, *Z* 426, *H* 75, *K* 97, *Ξ* 43, *P* 637, *Σ* 135, *Ψ* 21, 94, *γ* 61, *δ* 34, 312, 810, *ε* 99, 111, 134, *ϑ* 145, 205, *ι* 517, *κ* 284, *μ* 184, *ν* 303, *ο* 213, 428, *π* 233, 467, *ω* 307. Hoc vocabulum hiatum efficiens non vidi.

c. pron. *ἄλλο* elisionem patitur *ο* 449, *π* 409, *τοῦτο* item *O* 217, *α* 390, *ο* 435, *ϱ* 576.

d. num. *δύο* ubique elisionem pati videtur: *E* 272, *K* 224, *Θ* 79, *M* 127, 171, 421, 447, *N* 198, 236, *Π* 218, *Σ* 157, 579, *Ω* 233, 473, *γ* 424, *ζ* 18, *κ* 187, *μ* 154, 228, *ξ* 74, 94, *ο* 85.

e. terminationes verborum tert. pers. sing. et plur. pass. *-ετο* *-ατο* *-οντο* *-οιατο* sim. sæpissime ante vocalem vocis insequentis ultimam vocalem abiiciunt, ut *ἠμείβετ'* *α* 80, 314, *ἀρησαίατ'* *α* 164,

ἔφαντ' α 194. In hiatu retentas septem tantum locis annotavi: quos in tanto abiicientium locorum numero inter illicitos hiatus retuli. Minus certum est quid de terminationibus secund. pers. pass. -εο -αο iudicandum sit. Elisionem in his factam abnuit Thiersch Gram. § 164, 11. Codicum tamen auctoritate satis firmati videntur loci haud pauci: ἀποπαύε' α 340, ἦρα' ω 33, al.: eiusdem generis est ἔσσ' α 302. Cf. Kühner Ausf. Gram. I 187.

4. Venio nunc ad vocalem difficillimam diiudicatu, quæ est ι. Quæ huius vocalis in diversis vocabulis sit natura, longiore oratione perscrutari necesse erat, nisi hanc quæstionem satis accurate maximam partem absolvisset La Roche Unters. pp. 110—128. Universam autem absolvisset, si locos elisionem abnuentes insuper attulisset. Hac ex parte mea quoque oratio, qua de verborum terminationibus quæritur, claudicat.

a. ἀμφί ante vocalem vocis insequentis nusquam in carminibus homericis non elisione minuitur. Locos enarravit La Roche, unum modo per errorem afferens *O* 314 pro *O* 414. Etiam in duplicatis, ubi resedit vocalis, excusationem ex amissa consona alterius vocis habet: ἀμφί-αλος (cf. lat. *sal*, Curtius Etym. 500), ἀμφι-ἑλισσα (ab ἑλίσσω vide infra), ἀμφι-έννυμι (r. Ϝεσ), ἀμφι-έποντες *B* 525 iuxta ἄμφ-επον (cf. sscr. *sak'*, lat. *sequor*, Curtius 420). Contra alia composita vocalem præpositionis summotam ostendunt: ἀμφ-αγαπάζειν *Π* 192, ἀμφ-αφάασθαι τ 475 et figuræ augmento amplificatæ ἀμφ-έχυτ' *B* 41, ἀμφ-εποτᾶτο *B* 315, ἀμφ-ενέμοντο *B* 574. Hæc sine dubio mobilitatem vocalis illius ultimæ apud Homerum satis demonstrant.

b. ἐπί. Locos, ubi hæc præpositio ante voces a vocalibus literis incipientes ultimam vocalem elisione amisit, maximam partem enumeravit La Roche. Mitto *Γ* 45 (οὕνεκα καλόν ‖ εἶδος ἔπ', ἀλλ'): hic est enim pro ἔπεστι. Errans scripsit *E* 597 pro 598 et *Ω* 446 pro 447. Ad locos ab eo allatos ex Iliade et posterioribus Odysseæ carminibus hos addo: *A* 219, 382, 461, *B* 270, 395, *Γ* 5, 15, 384, *Δ* 352, 470, 484, 504, *E* 14, 137, 141, 249, 540, 590, 729, 734, *Z* 79, 424, *H* 60, 64, 195, 440, *Θ* 385, 455, *I* 349, 403, 506, 619, *K* 91, *Λ* 343, 629, *M* 375, *N* 359, 604, 799, *P* 50, 311, *Σ* 240, *Φ* 585, *Ψ* 125, *Ω* 190, σ 358, υ 128, φ 124, 177, 431, ψ 244, ω 493, 502. Contra hos locos, quorum numerus prope est quadringentorum quinquaginta, duo tantum loci sunt, qui dubitationem quandam movent, *X* 206 οὐδ' ἔα ἱέμεναι ἐπὶ Ἕκτορι κτλ. et *Ψ* 274 εἰ μὲν νῦν ἐπὶ ἄλλῳ κτλ., sed immensum illorum numerum considerantes hos

locos, qui in extrema Iliadis carmina irrepserunt, non magni faciamus, qua re non dubito eos inter illicitos, quos appellant, hiatus numerare. Fortasse idem indicandum est de ἐπι-οσσομένω *P* 381, ἐπι-όψομαι *I* 167, *β* 294, ἐπί-οπτα ep. XI, 1, nisi hæ figuræ per significationum similitudinem, qua cum ὁράω coniunguntur, exortæ videantur. Animadvertenda est ea significationum diversitas, quæ inter ἐπι-όψομαι et ἐπ-όψομαι intercedit (Buttmann Sprachl. II 259, Ameis ad *β* 294). Cetera duplicata ἐπι-άλμενος, ἐπι-ανδάνω, ἐπι-είκελος, ἐπι-έλπομαι, ἐπί-ουρος al. amissa alterius vocis consona hiatum excusare satis constat. Atque haud scio an eadem sit ratio horum quoque compositorum ἐπί-ορκος, ἐπι-ορκέω, ἐπι-είσομαι: de his autem infra dicemus.

c. ἄγχι, νόσφι, ἔτι, αὐτόθι, ἄλλοθι, ὅθι, τηλόθι al. Locos, qui ultimam vocalem horum vocabulorum elisione summotam præbent, La Roche attulit. Addo hos: ἔτι *I* 675, *O* 556, αὐτόθι *Γ* 428, ὅθι *ϑ* 80. Cetera vocabula in hiatu non annotavimus, ἔτι vero his locis: *H* 217 et *P* 354 ἀλλ' οὔ πως ἔτι εἶχεν κτλ., *Ξ* 358 in fine versus ὄφρ' ἔτι εὕδει. Mitto hiatum *π* 471 (Bekker), cfr editionem La Rochianam. Quid de firmitate vocalis ultimæ, quæ est in vocabulo ἔτι, indicandum sit, dubitari potest: fortasse tamen contra centum septem et viginti locos, qui elisionem vocalis indicant, hi tres non multum valent. — Ea adverbia loci, in quibus inest stirps substantivi ut ἠῶθι Ἰλιόθι, elisionem non ferre confirmat Spitzner vers. her. 173. — Particula ἦχι neque in vero hiatu apud Homerum est neque elisionem patitur. Etsi aliis vocabulis facile adducimur, ut infirmam in ea esse vocalem censeamus, tamen hanc quæstionem hic mittimus. Neque multum interest. Est enim illa particula ante vocem ἕκαστος.

d. E verborum figuris sunt quidem, quæ haud raro elisionem patiantur, ut εἶμι (*Λ* 652), εἰμί (*Θ* 27), ἐστί (*E* 248, *Θ* 16, *χ* 136), et figuræ imperativi in θι exeuntes ut στῆθι (*ϱ* 447): alios locos attulit La Roche. Num vero semper vel tantum non ubique ita affectæ sint hæ figuræ, compertum non habeo: qua re cautius omittendæ sunt. Aliorum verborum formas prim. et tert. pers. sing., quæ in μι et σι desinunt, rarissime elisione tolli satis constat. De forma tert. pers. plur. in σι(ν) exeunte non quærimus, quum ad rem, quam nobis proposuimus, diiudicandam nihil attineat. Eandem ob causam prorsus prætereo casum dat. plur. nominum et numerale εἴκοσι, quæ affixa consona ν ἐφελκ. hiatus tollunt.

Hic pauca loquamur de præpositionibus προτί (ποτί) et ἐνί. Ac primum quidem præp. προτί (ποτί) satis constat apud Homerum elisionem non ferre. Quum vero, quod viderim, nusquam ante voces a vocalibus literis incipientes, duplicato προτι-όσσομαι uno excepto, inveniatur, et non solum alias ante consonas literas sed in hac, quam dixi, verborum compositione pro προτί semper scriptum sit πρός, haud scio an abiecta per apocopen ultima vocali hæc figura ex illa evaserit, in quo consonam τ in sibilantem σ abiisse putamus, ut habemus κέρας pro *κέρατ, δός pro δόθι *δοθ al. Atqui figuram προτί antiquiorem esse e collatis sscr. *prati*, bulg. vet. *proti* (Curtius, Etym. 267) effici videtur. Dubitat Pott I² 271. De duplicato illo προτι-όσσομαι *X* 356 (προτι-όσσεο η 31, ψ 365, προτι-όσσετο ξ 219) conferas velim ea quæ de ἐπι-οσσομένω sim. supra diximus. Προτι-άπτω *Ω* 110 vero minime nos offendat, quum amissam consonam e figuris ἑ-άφθη *N* 543, *Ξ* 419, ἄ-απ-το-ς *Λ* 567 al. suspicari nobis liceat. Fortasse gr. ἅπ-τ-ω pro *σαβ-τ-ω conferendum est cum sscr. *sag' san'g'* figere, adhærere (Westergaard Rad. 122, Bopp Gl.): cf. Bugge, Kuhn's Zschr. XX 31. Mitto Benfey II 355. De usu homerico figurarum προτί (ποτί) et πρός disseruerunt Bekker hom. Bl. 197, La Roche Unters. 252 sqq. — Aliter iudicandum esse de præp. ἐν (εἰν) ἐνί (εἰνί *Θ* 199 al.) e cognatarum linguarum figuris, quæ finali vocali carent, intellegitur. Qua re in illis ἐνί (εἰνί) vocalem ex aliqua ratione additam censet Pott I² 315. Nobis satis erit cognovisse auctas illas figuras nusquam ante voces a vocalibus incipientes esse usurpatas. — Quæ quum ita sint, non dubito quin ex his præp. προτί (ποτί) et ἐνί ante voces a vocalibus incipientes positis de consona quadam obsoleta coniiciendum sit.

B. *De legitimi hiatus homerici generibus.*

Quæ hæc sint genera, ex iis, quæ de cæsuris atque ordinibus versus homerici metricis docti viri disputarunt, facile intellegitur. Quum enim cæsuris maioribus ordines versus circumscribantur, ordo autem ipse pro versiculo quodammodo accipiendus sit, apparet finem illius versiculi aliqua ex parte iisdem legibus uti, quibus totius versus finis obtemperet. Atqui nihil offendit, nullus prorsus hiatus esse existimatur, si qui versus in brevem vocalem infirmiorem desinit, quem excipit versus a vocali litera incipiens. Intermissione enim spiritus vel silentio recitantis vel minimo hic hiatus expletur. Eadem igitur ratio est eorum hiatuum, qui inter ordines versus incidunt. Necesse est vero cæsuram illam maiorem aut trochai-

cam esse aut in fine pedis positam: aliter enim in brevem vocalem non cadit. Atqui maior cæsura trochaica ea sola est, quæ tertium pedem secat, neque aliæ sunt post finem pedum maiores cæsuræ nisi eæ, quæ quartum pedem vel primum concludunt. Patet igitur his cæsuris hiatus legitimos contineri. Sed necesse est has vere esse maiores cæsuras neque aliis quibusdam obscurari. Hæc legitimi hiatus homerici genera et uberrimis testimoniis ex ipsis carminibus confirmantur et doctis viris iam diu probantur. Homericos locos postea enumerabimus. De doctorum virorum sententiis pauca verba præponemus. Tria hæc genera iam Heynius (Homeri carm. VII 135) auctore Hermanno agnoscit. Liberiorem vel fortasse incertiorem de hiatu homerico opinionem amplexus est Spitzner. Hoffmannus autem ex sua consuetudine accuratissime hanc doctrinam absolvit. Atque fuerunt qui hos hiatus adeo adamaverint, ut vel alia verborum figura prolata vel mutatione facta aut syllabas in consonas exeuntes aut elisiones ipsas eo consilio remotas vellent, ut hiatus ab ignaris librariis expletos in his versus regionibus rite restituerent (La Roche, Hiatus und Elision, Wien 1860). Hunc merum esse ingenii lusum nemo negaverit. Si usquam a coniiciendo mutandoque abstinendum est, hic maxime abstineamus. Aliud est enim hos hiatus agnoscere, aliud eos ut lege sanctos vel præceptos ubique exquirere mutandoque inducere [1]). — Iam ad singula hiatus homerici genera examinanda transeamus.

1. Ad *cæsuram trochaicam pedis tertii* longe maximus hiatuum numerus pertinet. Quæ in ea sit vis, ex eo intellegimus, quod raro tantum interpunctione firmatur. Deest vero hæc, quæ iusto hiatui opus est, cæsura maior, si aut antecedit cæsura semiquinaria aut semiseptenaria graviore vi impetuque est proferenda. Durior igitur hiatus est

B 216 *ἔμμεναι. αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν·*

Facilius autem hic fertur, quum levior sit semiseptenaria,

E 388 *καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἄτος πολέμοιο,*

Iam locos inspiciamus. Sunt hi:

Α 565 *κάθησο, ἐμῷ*
569 *καθῆστο, ἐπιγνάμψασα*
B 211 *ἕζοντο, ἐρήτυθεν*
216 *αἴσχιστος δὲ ἀνήρ*
315 *ἀμφεποτᾶτο .ὀδυρομένη*
528 *τόσος γε ὅσος*
571 *ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην*
Γ 376 *τρυφάλεια ἅμ'*

[1]) Ahrensii libellum, qui 'de hiatus Homerici legitimis quibusdam generibus', Hannov. 1851 inscribitur, frustra quæsivi.

Δ 91 ἕποντο ἀπ'

96 μάλιστα Ἀλεξάνδρῳ

295 Πελάγοντα Ἀλάστορα

412 ἧσο, ἐμῷ

Ε 12 ἀποκρινθέντε ἐναντίω

270 ἐγένοντο ἐνί

343 ἰάχουσα ἀπό

388 ἀπόλοιτο Ἄρης

424 καρρέζουσα Ἀχαιιάδων

637 ἐξεγένοντο ἐπί

857 κενεῶνα, ὅθι

898 ἦσθα ἐνέρτερος

Ζ 501 ἔφαντο ὑπότροπον

Η 306 διακρινθέντε ὁ μέν

Θ 285 ἐόντα ἐυκλείης

503 ἐφοπλισόμεσθα· ἀτάρ

Ι 127 ἠνείκαντο ἀέθλια

426 ἐφράσσαντο, ἐμεῦ

Λ 88 μακρὰ, ἅδος

373 θώρηκα Ἀγαστρόφου

378 κατέπηκτο. ὁ δέ

Ν 38 ἄνακτα· ὁ δ' ἐς

Ξ 6 λοετρὰ ἐυπλόκαμος

Ο 402 Ἀχιλῆα, ἵν'

447 ἔχοντα, ὁ μέν

Π 848 ὄλοντο ἐμῷ

Σ 48 Ὠρείθυια ἐυπλόκαμος

287 κεκόρησθε ἐελμένοι

385 et 424 τανύπεπλε, ἱκάνεις

434 ἐθέλουσα. ὁ μέν

Τ 133 ἔχοντα ὑπ'

Υ 20 εἰνοσίγαιε, ἐμήν

148 σεύαιτο ἀπ'

Φ 142 Περίβοια, Ἀκεσσαμενοῖο

421 κυνάμυια ἄγει

426 κεῖντο ἐπί

Χ 125 γυναῖκα, ἐπεί

Ψ 233 Ἀτρείωνα ἀολλέες

332 ἐτέτυκτο ἐπί

360 Φοίνικα, ὀπάονα

533 καλά, ἐλαύνων

820 ἔπειτα ὑπέρ

Ω 264 ἐπιθεῖτε, ἵνα

297 ἔπειτα ἐποτρύνοντα

637 ὄσσε ὑπό

733 ἔργα ἀεικέα

784 τοί γε ἀγίνεον

α 212 Ὀδυσῆα ἐγώ

β 120 Ἀλκμήνη τε ἐυστέφανος

426 λευκὰ ἐυστρέπτοισι

γ 64 ἠρᾶτο Ὀδυσσῆος

175 τάχιστα ὑπέκ

388 ἵκοντο ἀγακλυτά

δ 407 ἀγαγοῦσα ἅμ'

η 191 καλὰ, ἔπειτα

θ 215 οἶδα ἐύξοον

361 ἀναΐξαντε ὁ μέν

459 Ὀδυσῆα ἐν

ι 210 ἡδεῖα ἀπό

286 τοῖσδε ὑπέκφυγον

κ 41 αὖτε ὁμήν

178 et 428 ὦκα ἐμοῖς

314 et 366 εἰσαγαγοῦσα ἐπί

323 ἰάχουσα ὑπέδραμε

λ 52 ἐτέθαπτο ὑπό

144 κέν με ἀναγνοίη

249 τέκνα, ἐπεί

μ 78 χεῖρές τε ἐείκοσι

199 ἔλοντο ἐμοί

222 ὦκα ἐμοῖς

258 κεῖνο ἐμοῖς

397 ἔπειτα ἐμοί

ν 14 αὖτε ἀγειρόμενοι

ξ 249 ἔπειτα ἐμοί

ο 291 λευκὰ ἐυστρέπτοισι

378 πιέμεν τε, ἔπειτα

π 48 ἔπειτα Ὀδησσῆος

ρ 67 ἔπειτα ἀλεύατο

327 Ὀδυσῆα ἐεικοστῷ

497 τούτων γε ἐύθρονον

σ 127	Δουλιχιῆα ἑύν	χ 362	ἔκειτο ὑπό
τ 407	ἔγω γε ὀδυσσάμενος	382	ὑποκλοπέοιτο, ἀλύσκων
542	ἠγερέθοντο ἐυπλοκαμῖδες	ψ 73	σῆμα ἀριφραδές
υ 356	Ἐρεβόσδε ὑπό	345	Ὀδυσῆα ἐέλπετο
φ 160	ἔπειτα Ἀχαιιάδων	ω 63	μέν σε ὁμῶς
217	σῆμα ἀριφραδές	328	Ὀδυσεύς γε ἐμός
244	δμῶε ἴτην	329	εἰπὲ ἀριφραδές
393	Ὀδυσῆα, ὁ δ' ἤδη	374	μέγεθός τε ἀμείνονα

E variis lectionibus tantum has afferimus: *Γ* 442 *ὧδε ἔρως* Heyne, *γ'* e Ven. receperunt Spitzn. Bk. Ddf., *Θ* 378 *προφανέντε ἀνά* Bk., *Τ* 189 *τέως γε, ἐπειγόμενος* Bk., *Ψ* 694 *ἀνέπαλτο. ἀτάρ* Bk., de quibus locis inspiciendus est Spitzn. Ex Odyssea addimus *κ* 425 *ὀτρύνεσθε ἐμοί* Bk.: conferendus est La Roche.

Omisimus omnes eos locos, ubi firmiore vocalis finalis natura forsitan iuste excusetur hic hiatus; huc etiam eos duximus, in quibus hiatus excipit has voces: *ἐσσι* *E* 896, *I* 57, *φημί* *ε* 290, *ἀνέσαιμι* *Ξ* 209, *ἔολπα* *ε* 379, *ἄνωγα* *υ* 364, *ὑπέμεινα* *κ* 258, *ἀνέμεινα* *τ* 342, *εὕρεο* *τ* 403, *θύραζε* *υ* 367. Præterea sæpissime in hac versus sede est term. gen. sing. *-αο -οιο* ut *Ψ* 76, 224, 252. Item alios quosdam locos hic præterii, in quibus altera vocabula sunt ea, quæ a digammo vel ab alia consona obsoleta olim incepisse eoque nullos prorsus hiatus effecisse docti viri contenderint. Hæc vocabula hosque locos in sequente oratione examinabimus. Neque tamen dubitavi supra afferre locos *Λ* 88, *Σ* 385, 424, in quibus sunt verba *ἄδος* et *ἱκάνεις,* quum hæc verba nulla servatæ consonæ initialis vestigia præbeant.

E minoribus carminibus homericis huc pertinent hi loci:

h. I 156	*θαῦμα, ὅου*	h. XIX 18	*ἐπιπροχέουσα ἵει* (coni. Bmst.)
h. II 21	*ἰοχέαιρα ὁμότροφος*	batr. 192	*ἀλγοῦσα, ἕως*
h. III 447	*μοῦσα ἀμηχανέων*	302	*ἐτράποντο· ἐδύσετο*

2. Aliquanto pauciores in *cæsura bucolica* hiatus inveniuntur. Inter omnes constat hanc cæsuram frequentissimam esse et sæpissime secundum versus ordinem ea concludi. Quod ubi fit, intermissio spiritus in recitando incidit, qua impeditur, ne etiam levissimæ vocales finales ante excipientes vocales vocum insequentium elisione summoveantur. Ex eadem hac spiritus intermissione etiam longæ vocales vel diphthongi, ubi in hac versus sede est cæsura, ante vo-

ces a vocalibus incipientes frequentius non corripiuntur. (Hoffmann I p. 55 sqq.). Silentio enim interposito nihil detrimenti a sequentibus vocalibus accipiunt. Ac dubito an simillima ratione etiam breves syllabæ in hac versus regione pro longis sexiens (cf. p. 25 sq.) adhibitæ possint excusari, id quod iam supra adumbravi. Namque si solito modo illi loci, ubi sunt aut hiatus aut longæ vocales vel diphthongi ante vocales non correptæ, recitarentur, pro dactylis vel spondeis haberemus trochæos; addita autem ea, de qua diximus, spiritus intermissione iustum numerum vel gravitatem recipiunt. His vero locis, qui trochæos præbent, silentio recitantis adiuvante vel interposito, ut ita dicam, spatio quodam temporis illi trochæi ad similitudinem spondeorum abeunt. Quamquam quid differat, nequaquam me fugit, quum illic ea quæ est syllaba naturam retineat, hic autem quasi nova syllaba addatur. Apparet, si adsit semiseptenaria, necessario eam leviorem esse quam hanc bucolicam cæsuram. Aliter bucolica ad irritum redacta ordo versus, quem diximus, semiseptenaria finitur. Quam ob causum non hac ratione excusatur hiatus, qui est

χ 249 *καὶ δή οἱ Μέντωρ μὲν ἔβη || κενὰ εὔγματα εἰπών.*

Iam restat, ut locos enumeremus.

B 3 *ἀλλ' ὅ γε μερμήριζε κατὰ φρένα ὡς Ἀχιλῆα*

B 218 *συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθεν*
E 542 *Κρήθωνά τε Ὀρσίλοχόν τε,*
568 *ἔγχεα ὀξυόεντα*
Θ 66 *ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,*
I 690 *κατελέξατο· ὥς γὰρ ἀνώγει,*
K 70 *πονεώμεθα· ὧδέ που ἄμμιν*
351 *ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται*
472 *κέκλιτο, εὖ κατὰ κόσμον*
Λ 76 *καθείατο, ἧχι ἑκάστῳ*
84 = *Θ* 66
461 *ἀνεχάζετο, αὖε δ' ἑταίρους.*
M 320 *μελιδηέα· ἀλλ' ἄρα καὶ ἴς*
O 172 *διέπτατο ὠκέα Ἶρις*
232 *μένος μέγα, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοί (τόφρ' Ar.)*
P 368 *μάχης ἔπι ὅσσοι ἄριστοι*
Y 170 *ἰσχία ἀμφοτέρωθεν*
Φ 234 *ὃ δ' ἐπέσσυτο οἴδματι θύων,*
Ψ 195 *ὑπέσχετο ἱερὰ καλά·*
224 *ὀδύρετο ὀστέα καίων,*
465 *φύγον ἡνία, οὐδὲ δυνάσθη*
Ω 72 *θρασὺν Ἕκτορα· ἦ γάρ οἱ αἰεί*
207 *ἀνὴρ ὅδε, οὔ σ' ἐλεήσει*
α 60 *Ὀλύμπιε. οὔ νύ τ' Ὀδυσσεύς*
61 *χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων*
263 *νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας*
β 57 *πίνουσί τε αἴθοπα οἶνον*

417 *κατ' ἄρ' ἕζετο· ἄγχι δ' ἄρ' αὐτῆς*
γ 8 *ἑκάστοθι ἐννέα ταύρους*
293 *αἰπειά τε εἰς ἅλα πέτρη*
435 *εἰργάζετο· ἦλθε δ' Ἀθήνη*
δ 141 *ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι*
831 *θεοῖό τε ἔκλυες αὐδῆς,*
ε 81 *μεγαλήτορα ἔνδον ἔτετμεν,*
255 *ποιήσατο, ὄφρ' ἰθύνοι*
391 *ἐπαύσατο ἠδὲ γαλήνη*
η 6 *ἐσθῆτά τε ἔσφερον εἴσω.*
θ 133 *ἐρώμεθα εἴ τιν' ἄεθλον*
ι 56 = Θ 66
159 *δυώδεκα, ἐς δὲ ἑκάστην*
215 *εἰδότα οὔτε θέμιστας*
κ 44 *ἰδώμεθα ὅττι τάδ' ἐστίν*
403 *ἐρύσσατε ἤπειρόνδε,*
404 *πελάσσατε ὅπλα τε πάντα·*
458 *ἄλγεα ἰχθυόεντι*
μ 168 = ε 391
252 *δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων*
329 *ἐξέφθιτο ἤια πάντα,*
ν 114 *ὅσον τ' ἐπὶ ἥμισυ πάσης*
ξ 432 *ἀολλέα· ἂν δὲ συβώτης*
ο 500 *κερῶντό τε αἴθοπα οἶνον*
ρ 301 *Ὀδυσσέα ἐγγὺς ἐόντα,*
536 = β 57.
τ 233 *λοπὸν κάτα ἰσχαλέοιο.*
280 = δ 141
υ 24 *ἑλίσσετο ἔνθα καὶ ἔνθα.*
χ 408 *ἐπεὶ μέγα εἴσιδεν ἔργον·*
426 *ἀέξετο, οὐδέ ἑ μήτηρ*
ω 215 *ἱερεύσατε ὅστις ἄριστος*
273 *ξεινήια, οἷα ἐῴκει.*
466 *ἐπὶ τεύχεα ἐσσεύοντο.*

In hac enumeratione omisimus eos hiatus, qui sunt post hæc verba: *ἐπιβήσεο* *Ε* 221, *Θ* 105, *περιδείδια* *Κ* 93, *ἀπώλεσα* *β* 46, *ἔα* *ξ* 352, *χρυσόρραπι* *ε* 87, itemque alios, quos excipiunt vocabula nonnulla, quæ a consona quadam olim incepisse suspicari possumus. De his infra dicendum est nobis.

Addimus e minoribus carminibus hos locos:

h. II 12 *ἄμβροτα ἠδ' ἀνθρώπων*
278 *τετιηότε, οὐδ' ἐπὶ γαῖαν* (coni. Bmst.)
V 241 *θεοῖσι δὲ ἄντα ἐῴκει.*
XXIV 4 *ἐπέρχεο* (?) *εὐμενέουσα*
batr. 19 *ἀνεθρέψατο, Ὑδρομεδούσῃ*
141 *Ψιχάρπαγα, ὅνπερ ἔπεφνεν*
202 *Λειχήνορα οὔτασε δουρί*
203 *γαστέρα ἐς μέσον ἧπαρ·*

3. Tertium legitimi hiatus locum post *primi pedis cæsuram dactylicam* ponendum esse diximus. In hac versus sede perpauci sunt hiatus, tamen satis multi videntur esse, ut legem iusti in hac versus regione hiatus statuamus. Aliam huius rei rationem ex eo repetimus, quod Hoffmannus (quæst. I pp. 55, 91) firmiorem huius

pedis arsin ad longas vocales diphthongosque producendas reperit. Ex utraque re intellegi potest, in fine pedis primi cæsuram inesse haud contemnendam. Conferendum est etiam quod de loco *Ψ* 493 supra p. 26 diximus. Levior autem est hæc cæsura, si post primam thesin est interpunctio maior aut sequitur semiternaria.

Iam ad locos veniamus. Sunt hi:

Α 203 *ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο;*

Λ 532 *εἰς ἅλα ἅλτο βαθεῖαν*	*Υ* 152 *ἀμφὶ σέ, ἤιε Φοῖβε,*
Ε 723 *χάλκεα ὀκτάκνημα*	*Χ* 266 *ὅρκια ἔσσονται*
Ν 300 *ἕσπετο, ὅστ' ἐφόβησε*	*Ψ* 71 *θάπτε με ὅττι τάχιστα*
Ξ 182 *ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἧκεν*	*γ* 480 *ὄψα τε, οἷα ἔδουσι*
Ο 227 *ἔπλετο, ὅττι πάροιθε*	*ζ* 296 *ἄστυδε ἔλθωμεν*
Π 404 *ἡνία ἠΐχθησαν*	*ο* 327 *ἔπλετο; ἦ σύ γε πάγχυ*

De loco *Ξ* 182 potest dubitari, quum vocabulum *ἕρμα* olim a dentali spirante inceperit atque usus homericus non constet. *Ε* 723 Bekker sine causa in *χάλκει'* mutavit. Accedit lect. Ven. *Λ* 767 *νῶι δὲ ἔνδον ἐόντες.* Addi potest *Ε* 90 *οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει,* quum vocabulum *ἕρκος* apud Homerum non servaverit digamma. Missum facio autem locum *Β* 8, ubi est hiatus post imper. *ἴθι.*

E minoribus carminibus accedunt quatuor loci:

h. I 120 *Ἔνθα σέ, ἤιε Φοῖβε,*	h. XXXII 3 *ἧς ἄπο αἴγλη γαῖαν*
h. V 492 *πότνια, ἀγλαόδωρ'*	h. XXXIV 17 *Ἵλαθι,(?) εἰραφιῶτα,*

C. *De hiatibus illicitis qui vocantur.*

Iam qui supersunt hiatus omni excusatione orbati, quos illicitorum nomine docti viri appellarunt, eos huc congerere placet, ut paucitatem eorum in tanto versuum numero, quantus homericorum carminum est, oculis subiiciamus. Inter hos etiam eos, qui sunt in trochaica primi pedis cæsura, retulimus, quum illi cæsuræ, nisi maiore interpunctione vel sententiæ ratione firmatur, vix tantum gravitatis tribuendum sit, ut ea hi hiatus paucissimi iustam excusationem habere videantur. Sunt illi hiatus illiciti hi. Numerus insertus pedem significat, in quo est hiatus.

Α 344 *μαχέοιντο Ἀχαιοί* (5)	*Δ* 2 *πότνια Ἥβη* (5)
533 *Ζεὺς δὲ ἑὸν πρὸς δῶμα* (1)	*Ε* 90 *ἕρκεα ἴσχει* (2)
Β 8 *οὖλε Ὄνειρε* (2)	118 *ἄνδρα ἑλεῖν* (2)
87 *ἠύτε ἔθνεα εἶσι* (2)	310 *ἀμφὶ δὲ ὄσσε* (2)
90 *αἱ δέ τε ἔνθα* (5)	*Η* 217 *ἀλλ' οὔ πως ἔτι εἶχεν* (2)
Γ 46 *ἦ τοιόσδε ἐών* (2)	*Ι* 319 *ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ* (1)

420 et 687 χεῖρα ἑήν (1)	γ 290 ἶσα ὄρεσσιν (5)
Λ 24 δέκα οἶμοι (2)	480 ὄψα τε, οἷα ἔδουσι (2)
109 αὖ παρὰ οὖς (2)	ε 135 ἠδὲ ἔφασκον (5)
356 = Ε 310.	257 ἐπεχεύατο ὕλην (5)
678 πώεα οἰῶν (5)	262 τετέλεστο ἅπαντα (5)
Ν 22 ἄφθιτα αἰεί (5)	ζ 151 Ἀρτέμιδί σε ἐγώ (2)
Ξ 285 σείετο ὕλη (5)	η 256 ἠδὲ ἔφασκεν (5)
358 ὄφρ' ἔτι εὕδει (5)	ϑ 524 ὅστε ἑῆς (1)
Ρ 354 ἀλλ' οὔ πως ἔτι εἶχε (2)	ι 553 ἐμπάζετο ἱρῶν (5)
392 ἄφαρ δέ τε ἰκμάς (2)	κ 68 τοῖσί τε ὕπνος (5)
Σ 4 τετελεσμένα ἦεν (5)	ξ 100 = Λ 678.
Τ 93 ἀλλ' ἄρα ἥ γε (2)	450 κτήσατο οἶος (2)
194 δῶρα ἐμῆς (1)	π 142 σύ γε ᾤχεο (3)
288 μέν σε ἔλειπον (2)	τ 185 ἔνϑ' Ὀδυσῆα ἐγών (2)
Φ 569 ἐν δὲ ἴα ψυχή (1)	φ 211 ἐμὲ αὖτις (2)
Χ 206 ἐπὶ Ἕκτορι (3)	216 τε ἐσεσϑον (5)
Ψ 263 γυναῖκα ἄγεσϑαι (2)	χ 186 λέλυντο ἱμάντων (5)
274 νῦν ἐπὶ ἄλλῳ (2)	249 κενὰ εὔγματα (4)
Ω 528 ἕτερος δὲ ἐάων (5)	ψ 335 = η 256
α 225 τίς δὲ ὅμιλος (2)	ω 209 ἠδὲ ἴανον (5)
β 430 ἄρα ὅπλα (2)	

Ex his hiatibus nonnulli sunt, qui levi facta mutatione vel aliis receptis lectionibus possint summoveri, ut Λ 344 μαχεοίατ' Ἀχαιοί Heyne, μαχέονται Thiersch, cf. Hoffmann § 67, Λ 109 αὖτε παρ' οὖς Heyne, Τ 194 δῶρά τ' ἐμῆς id., α 225 τίς δαὶ ὅμιλος Aristarchus, cf. La Roche Textkr. 220. — De aliis quibusdam confitendum est, fieri quidem potuisse, ut a consona quadam obsoleta idoneam excusationem acciperent, eos dico qui sunt ante voces ἑός Λ 533, Ι 420, 687, ϑ 524, ὕλη Ξ 285, ε 257, ὕπνος κ 68, al., sed aliis locis comparatis hæc explicatio haud veri similis nobis videtur. Fortasse tamen illa ratione excusantur hiatus Δ 75 et Ξ 182 ubi est verbum ἧκε, quos hac mente omisi. Ceterum silentio præterii et locos Ω 124, π 2, ubi est vocabulum ἄριστον, de quibus disputat Curtius, Curtii Stud. II 176, et omnes eos locos, in quibus hiatus efficit verbum ἐάω: de his enim infra disseremus.

E minoribus carminibus hos addimus hiatus illicitos:

h. I 54 εὔβιον σε ἔσεσϑαι (2)	h. VII 38 παρὰ ἱστίον (3)
II 359 ὅσσα ἐμοί (1, v. 1.)	batr. 245 ἔκχυντο ἅπαντα (5)
IV 223 et 230 πότνια Ἠώς (5)	250 ἐς πόδα ἄκρον (5,Bmst.)
V 194 ἀκέουσα ἔμιμνε (2)	278 οὔτε Ἄρηος (5,Bmst.)

DE DIGAMMO HOMERICO

QUÆSTIONES.

PARTIS POSTERIORIS

CAPITA QUATUOR.

SCRIPSIT

ET

PERMISSU AMPLISSIMI PHILOSOPH. UPSAL. ORDINIS

IN PUBLICO CONSESSU DEFENDET

VILELMUS KNÖS

PHIL. DR, AD ACADEMIAM UPSALIENSEM

LINGUÆ GRÆCÆ DOCENS

IN AUDITORIO GUSTAVIANO MAIORE

A. D. XV K. MART. MDCCCLXXIII

H. A. M. S.

UPSALIÆ

FORMIS DESCRIPSERUNT EDQUIST ET BERGLUND

MDCCCLXXIII.

Pars posterior.

Præmittenda.

In hac disputationis parte, ubi de singulis vocibus quæritur, primum id nobis est propositum, ut inquiramus, *utrum in hac vel illa voce olim adhæserit digamma an alia quædam fuerit consona postea obsoleta.* Atque ubi digamma videtur fuisse, hanc consonam quum e cognatis linguis tum e variis dialectorum græcarum figuris comprobare studebimus. Hæ autem dialectorum figuræ et ex ipsis titulis afferendæ sunt, ubicumque inde aliquod argumentum potest repeti, et ex antiquis auctoribus, quorum in numero Hesychius primus nobis adeundus est. De iis vero vocibus, quas a digammo incepisse aut effici non potest aut prorsus negandum est, separatim disseremus. Deinde videbimus, *quam late usus digammi* vel alius consonæ, quæcumque fuit, *in carminibus homericis patuisse videatur.* Seiungemus eos locos, qui obsoletam consonam requirunt, ab iis, qui tantum admittunt. Obstantes locos examinabimus vel enumerabimus, ubi leviore facta mutatione obsoleta consona videatur restitui posse, annotantes. Quod tamen non ita accipiendum est, ut has mutationes ubique sumendas esse censeamus. Hoc enim non potest nisi ex universa uniuscuiusque loci natura diligentissime perpensa aliquo iure diiudicari. Haud alienum tamen nobis videbatur cognoscere, qui loci consonam obsoletam obstinate respuant quique facilius possint sanari. — Ad eas, quas supra p. 15 attuli, carminum homericorum editiones hic addo: L'Iliade d'Homère par Alexis Pierron Paris 1869. — Postremo hic commemorem, me in carminibus Pindari afferendis recensionem Mommsenii (Berolini 1864) secutum esse, in ceteris autem poetis lyricis græcis tertiam editionem Bergkianam (Lipsiæ 1866, 67).

Cap. I.

De vocibus a digammo ante vocales olim incipientibus.

ϝάγ-νυ-μι ἄγ-νυ-μι frango; *ἰ-ωγ-ή* tegimentum, propugnaculum; ? *ἀκ-τή* litus.

Sscr. rad. *bhan'g'* *bha-na-g'-mi* frango. — Curtius Etym. 493, Bopp Gl. — Ad digamma vocis *ἄγνυμι* comprobandum ex ipsa græca lingua hæc afferimus: primum *ϜΑΞΙΩΝ* et *ΣΑΞΙΩΝ*, quorum utrumque in nummis est (Boeckh CIG. II p. 401 b, Savelsberg dig. nn. 49, 51): de nomine urbis, quæ et *Ἄξος* et *Ὄαξος* est appellata, disputarunt Boeckh l. l., Ahrens dial. II 43, Curtius Etym. 522; deinde *κανάξαις* Hesiod. op. 666, 693 (cf. Hesych. s. h. v.), quod ortum esse e **κατα-ϝάξαις*, **κατ-ϝάξαις* ut *αὐέρυσαν* ex **ἀνα-ϝέρυσαν*, **ἀν-ϝέρυσαν* satis constat (Curtius 515); tum glossas Hesych. *βάγος· κλάσμα ἄρτου, βᾶξον· κατᾶξον. Λάκωνες* (de falsa codicis scriptura cf. Ahrens II 45 et annotationes Schmidtii), *γακτός· κλάσμα*[1]). Præterea vestigia digammi apparent non solum in figuris huius verbi augmento syllabico, quod vocatur, ornatis, *ἔ-αξε* (*Η* 270, *γ* 298 cet.) atque *ἐ-άγη* (*Ν* 162, *α* 560 cet.), et in duplicato vocabulo *ἀ-αγές* (*λ* 575), sed etiam in hiatibus, qui sunt

---

[1]) In glossis illis Hesychianis haud paucis interpretandis, quæ præbent consonam *γ* in locum consonæ *ϝ* substitutam, Ahrens dial. II 52 pro digammo similem consonam *γ* per errorem vel potius negligentiam alius cuiusdam lexicographi vetustioris, quem exscripserit Hesychius, positam esse censet. Repugnat Curtius, qui Etym. 547 contendit digamma in gutturalem mediam re vera esse immutatum. Quæ immutatio, si quidem usquam in usu fuit, in aliis linguis certe perrara, in græca autem, quum levissimo quasi corpore digammi sonus fuerit, prorsus neganda nobis videtur. Neque enim ex uno alterove vocabulo obscuriore huius immutationis legem in græca lingua fuisse iure statuimus. Ac si novum gutturalem sonum sibi assumpserit digamma initiale, has consonas *γϝ* potius in consonam *β* transisse putamus, quam deleto digammi sono in simplicem consonam *γ*. Illius immutationis plurima extant exempla, quæ nequaquam possunt in dubitationem revocari, ut sscr. *ga-m*, gr. *βα-ί-ν-ω*, lat. *ve-n-i-o*, sscr. *g'iv*, gr. *βί-ο-ς*, lat. *viv-u-s*. Res est notissima; cf. Curtius Etym. 431 sqq., Richert Ljudlag. 257 sqq., Ascoli Corsi I 119. Num vero hoc modo interpretanda sint *γουάναξ* (Bekker, Anecd. 1168) et cret. *βάναξ*, lac. *βᾶξον*, *βείκατι* al., in medio relinquo. Ceterum præteriens hic commemorem Curtium Etym. 546 non recte intellexisse, quid dictum voluerit Richert Ljudlag. 377, qui in vocibus suet. *lager* et suet. dial. *Olagus*, coll. lat. *laurus* et *Olaus*, *g* non ex *v* ortum esse, sed inter duas vocales inculcatum censet.

apud Sapph. fragm. 2. 9, ubi γλῶσσα ϝέαγε scribit Ahrens I 32, rectius fortasse ϝέϝαγε, et apud Hesiod. op. 534 νῶτα ϝέϝαγε, ubi hiatus durior post primam secundi pedis arsin consonam requirit. — Cum voce ἰωγή conferenda sunt quum κυματ-ωγή Herod. δ' 196 al. tum ἐπιωγαί ε 404 et gl. Hesych. ὑπιωγαί· ὑπαγωγαί, ὑποδρομαὶ τῆς πέτρας διὰ σκέπην, σκεπηνὰ μέρη. Radici ϝαγ hanc vocem adiungendam esse iam scholiasta ad ε 404 testatur. Ceterum reduplicatam syllabam ϝι potius in hoc vocabulo putamus inesse, quam cum Lobeckio Path. I 73 ι pro prosthetico habemus, quod illud magis ad aliarum vocum similitudinem videtur spectare. Cf. Curtius Etym. 524. — Vocem ἀκτή dubitans ascripsi: fortasse eam rectius alii ad radicem ἀκ retulerunt. Nullum consonæ initialis vestigium inveni.

Iam ad locos homericos examinandos transeamus.

ϝάγνυμι ἄγνυμι. Digamma 1) hiatus tollit in fine pedis quinti *Ε* 161 ἐξ αὐχένα ϝάξῃ, *Θ* 403 κατά θ' ἅρματα ϝάξω, *Θ* 417 κατά θ' ἅρματα ϝάξειν, *Ψ* 341 κατά θ' ἅρματα ϝάξῃς, *Ψ* 467 σύν θ' ἅρματα ϝᾶξαι, — 2) producit brevem syllabam in consonam desinentem *Δ* 214 πάλιν ϝάγεν (est quidem quarta thesis, sed cæsuræ huic semiseptenariæ officere videtur cæsura bucolica). — Mitto duos hiatus, qui in cæsura bucolica sunt *Π* 769 et κ 123. — Digamma iam evanuisse *Ψ* 392 et τ 539, ex ipsa verbi figura ἦξε est perspicuum, quæ figura et testimonio scholiastæ ad priorem locum et utrobique auctoritate codicum videtur satis esse firmata. Vulgatum ἵππειον δέ οἱ ἦξε *Ψ* 392 Hoffmannus (quæst. hom. II 93) ita emendatum vult ἱππειόν οἱ ἔαξε (male Bekkerus), et ad locum τ 539 pro vulgato πᾶσι κατ' αὐχένας ἦξε coniicit Bekkerus αὐχέν' ἔϝαξε. — Iam pauca de duobus locis *Γ* 367 et *Π* 801 ἐν χείρεσσιν ἄγη, ubi facillime digamma reducitur deleto ν ἐφελκ. Minime nobis probatur Heynius, qui ἐν χερσὶν ϝάγη scribit, quum α in ἐάγη uno tantum homerico loco *Λ* 559 (ἀμφὶς ἐᾱγη) producatur, ubi Ahrens Formenl. p. 247 ἐάγῃ coni. perf. commendat. Fortasse tamen non opus est novam huius verbi figuram Homero tribuere, si putamus digamma evanescens ad vocalem producendam valuisse, ut habemus att. ἐ-ᾱγ-η-ν, ἑ-ᾱλω-ν, al. (cf. Brugman, Curtii Stud. IV 166). Præter illos locos post ν ἐφελκ. est hæc vox *Μ* 148 et in initio versuum *Ζ* 40, 306, *Π* 371, *Φ* 178. Duplicatum non occurrit hoc verbum apud Homerum nisi περι-(ϝ)άγνυται *Π* 78. Mitto enim ea duplicata, in quibus inest augmentum ut συν-έϝαξε *Λ* 114, κατ-εϝάξαμεν *Ν* 257 al.

ἰωγή (fortasse pro **ϝι-ϝωγ-ή*). Unicus, qui hanc vocem præbet, locus ξ 533 *ὑπ' ἰωγῇ* digamma respuit. Item consonam aspernatur compositum illud *ἐπ-ιωγαί* ε 404 collato Hesychiano *ὑπ-ιωγαί*, nisi cum Herodoteo *κυματ-ωγή* potius conferentes **ἐπι-ϝωγαί, ἐπι--ωγαί* scribere malumus.

ἀκτή. Digammo repugnant hi loci: *M* 284, *Y* 50, *Ψ* 125, ε 82, 151, 405, 425, κ 140, 509, μ 11, ν 234. Nihil probant κ 89, ν 98, ο 36, (ad quos locos accedunt h. I 24, h. VII 3). Nullus, quem viderim, locus consonam initialem requirit.

ϝάναξ ἄναξ (gen. *ἄνακ-τ-ος*) dominus, herus, rex, *(ϝ)ἄνασσα* regina, *(ϝ)ἀνακ-τόρ-ιο-ς* herilis, *(ϝ)ἀνάσσω* dominus, rex sum.

De origine harum vocum non satis constat. Angermann (Curtii Stud. III 117) ad rad. zend. *van* 'tueri, amare', sscr. *van* 'colere, venerari, amare' eas refert. Primam huius radicis significationem in tuendo collocat, unde deductas putat et vim illam colendi, venerandi, amandi et tutoris, domini, heri significationem. Curtius addit zend. *vâ-thw-ya* m. 'pastor' et ad significationes illustrandas revocat homericum illud *ποιμὴν λαῶν*. Incerta tamen tota hæc comparatio videtur, quum nullis firmioribus vinculis contineatur. Aliam interpretandi viam demonstrat Legerlotz (Kuhn's Zschr. X 375). Conferimus igitur sscr. *g'an-aka-s* 'genitor, pater; rex' (M. Müller Essays II Leipz. 1869 p. 229), scand. vet. *kon-úng-r kóng-r*, germ. vet. *cun-ing* 'rex'. Has voces ex amplificata rad. *kvan* prodiisse, e figuris femininis optime apparet, quæ hæc præbent: sscr. *g'an-î* mulier, *g'ân-i-s* uxor, gr. *γυν-ή* (pro **γϝαν-η*, cf. boeot. *βαν-ά* Hesych., Ahr. I 172), got. *qin-ô qên-s γυνή*, scand. vet. *kvinna, kona* mulier, *kvæn* uxor, angl. *queen* regina. Tum, si cum his vocibus cognatum ducimus gr. verbum *ϝάναξ*, hoc e **γϝαν-αξ* exstitisse putandum est, ut Curtius Etym. 325, 429 vocem *ὄρ-ος* 'mons' e forma quadam **γϝορ-ος, *ϝορ-ος* coll. sscr. *gir-i-s* profectam esse censet. Sed hanc ipsam vocis *ὄρος* explicationem alii suo iure in dubitationem vocarunt, quum nihil simile sit probatum, atque si boeot. *βανά*, cret. *βάναξ*, att. *Βορ-έα-ς* eundem immutati soni gradum obtinere putamus, dialectos græcas confundimus. In communi enim græca lingua litera *g* in literas *γϝ* amplificata per consonam *β* redditur ut sscr. *ga-m* gr. *βα-ί-ν-ω*, lat. *ven-i-o, gâu-s, βοῦ-ς, bô-s* (cf. Schleicher Comp. 205, Richert Ljudlag. 259). Verbum *γυνή* autem, quod pro **γϝανη* esse

iam diximus, ita exstitisse constat, ut coniunctæ literæ *ϝα* in vocalem *υ* confluxerint, quemadmodum est in gr. *ϑύρα*, dor. *τύ* att. *σύ*, r. *ὑφ ὑφ-ή*, *ὑφ-αίνω* coll. sscr. *dvâra-m*, *tva-m*, *vabh*. Significationes vero si respicimus, optime hæ voces inter se comparantur. Pater est familiæ domusque rex, rex est pater patriæ. At legibus consonarum immutandarum est obediendum. — Etsi interpretatione harum vocum probabili destituti sumus, digamma tamen est certissimum. Non multum quidem auctoritatis Dionysio Halic. Antiqu. Rom. I 20 tribuendum videtur, quippe qui non solum *ἄναξ* sed etiam vocem *ἀνήρ* digammo ornatam fuisse contendat, plus fortasse Tryphoni, qui *πάϑη λέξ*. § 11 *ϝάναξ* pro *ἄναξ* ab Ionibus Æolibus aliis pronuntiatum tradit. Maioris vero est momenti, quod CIG. n. 1574 (tit. boeot.) legitur ex emendatione Boeckhii *Ϝαναξίωνος* pro eo quod titulus habet *ΓΑΝΑΞΙΑΝΟΣ*, atque in duobus recentioribus titulis cretensibus CIG. nn. 2572 et 2577 scriptum est *Βαναξιβούλου* — pro litera *Ξ* literam *Ζ* alter titulus exhibet — et in titulo laconico CIG. n. 1372 *Εὐρυβανάσσης*. Alius autem titulus laconicus, Rangabé Antiqu. Hellén. n. 317, qui totus ad sinistram est insculptus, præbet v. 2 *ΕΑΝΑΧ* et v. 6 *ϜΑΝΑΧ*, de quibus vide annot. editoris. Huc fortasse pertinet *ϝανακτορισς*, quod est in columna Delph. (Savelsberg dig. n. 32). Ad hæc accedit glossa Hesych. *βάννας· βασιλεύς παρὰ Ἰταλιώταις. οἱ δὲ μέγιστος ἄρχων:* de consona *σ* pro *ξ* usurpata cf. Ahr. dial. I 228, II 99. — Ceterum et Boeckhius Pindaro ex hiatibus Pyth. IV 89, XI 62 vocem *ἄναξ* digammatam vindicavit (de metris Pind. 309), et apud Alcmana fr. 51 Bergkius ad hiatum explendum scribit *ἐγώνγα ϝάνασσα:* tum fr. 86 Maittaire *καὶ τοί, ϝάναξ* pro cod. *γ' αναξ* coniecit, et in charta illa ægyptiaca a Mariettio reperta fr. 16 I v. 6 exstat *ϝ[ά]νακτα*. De hiatibus, quos verbum *ἄναξ* apud Archilochum et Theognidem efficit, disserit Renner, Curtii Stud. I 1, 148.

Neque apud Homerum vestigia digammi desunt.

ϝάναξ ἄναξ. Digamma summovet hiatus, qui his locis inveniuntur: *a*) in primo pede post *ἀλλά* *B* 360, post *Ὕπνε* *Ξ* 233, post *εἰπέ* *λ* 144; — *b*) in secundo pede post *τέ* *Α* 7, post *δέ* *B* 104, *Ζ* 166, *Μ* 413, *Ψ* 417, 446, post *τόν γε* l. *τῷ γε* *Ε* 794, *Ψ* 35, 173, post *Πηλῆα* *Ι* 480, post *ῥά* *Ι* 559, post *ἀμφί* *Μ* 139, *κ* 216, post *νοστήσαντα* *Ν* 38, post *ὕπαιϑα* *Σ* 421, post *Ὀδυσῆα* *γ* 163, post *οὔ τε* *δ* 87, post *ἐλέαιρε* *ε* 450, post *ἔπειτα* *λ* 71, post *δεῦρο* *λ* 561, post *ὧδε* *ξ* 139; — *c*) in tertio pede post *σέ* *B* 284: officiunt enim in hoc versu trochaicæ illi cæsuræ pedis

tertii firmiores cæsuræ masculæ semiternaria ac semiseptenaria; — *d*) in quinto pede post *δῶρα* *A* 390, post *ἱλασόμεσθα* *A* 444, post *Κρονίωνα* *A* 502, post *ἐπερρώσαντο* *A* 529, post *Ἰδομενῆα* *B* 405, *K* 112, *O* 301, *τ* 181, post *κεῖτο* *B* 777, *ξ* 326, *τ* 295, *φ* 9, post *ἀμφί* *M* 414, *Y* 404, post *Ποσειδάωνα* *O* 8, post *ῥώοντο* *Σ* 417, post *εἴροντο* *λ* 570, post *ἀέκητι* *μ* 290, post *πάντα* *ν* 194, post *σῆμα* *υ* 111, post *διστεύοντα* *χ* 119. — Alios hiatus, qui in cæsura trochaica pedis tertii occurrunt, missos facio; sunt autem hi: *A* 172, 506, *B* 434, *Γ* 267, *Δ* 148, *E* 38, 311, *Z* 33, *I* 96, 163, 677, 697, *K* 86, 103, *Λ* 99, 254, 701, *Ξ* 103, *Π* 804, *T* 146, 172, 199, *ϑ* 323, 339, *ι* 440, *λ* 397, *ν* 223, *τ* 392, 475, *ω* 121, 251. Præterea hæc vox excipit *ἐσσί* *I* 98, *κλῦθι* *Π* 514, *ε* 445, *πρό* *Ω* 734; post *ι* dat. sing. tert. decl. eam observavimus *A* 36, *B* 102, *H* 194, 200, *I* 164, *N* 582, *P* 443, *Σ* 118, *γ* 43, 54, *ι* 412, 526, *λ* 130, *ν* 185, *ξ* 63, *ρ* 318, *υ* 194, *ψ* 277, post casum nominum secundum in -*αο*, -*οιο* sim. desinentem *A* 75, *B* 77, 373, 566, 624, 679, 693, 725, *Δ* 18, 290, *Z* 451, *H* 8, 137, 296, *Λ* 322, *M* 11, *N* 758, 770, 781, *O* 214, *P* 160, *Ψ* 588 (*σεῖο*), 678, 859, *α* 397, *γ* 107, 388, *ϑ* 270, *λ* 151, *μ* 176, *ξ* 8, 170, 366, 376, 450, *π* 395, *ρ* 296, 303, *σ* 299, 313, 413, *τ* 358, 523, *υ* 216, *φ* 62, *ω* 305, post *ν* *ἐφελκ.* *A* 612, *B* 402, 441, *Γ* 81, 455 al., *ϑ* 77, 334, *ξ* 36, 60, 67, 398 al., (omnino plus quadraginta locis). *Ζεῦ ἄνα* occurrit *Γ* 351, *Π* 233, *ρ* 354. — Viginti loci, ut vulgo leguntur, digamma huius vocis non admittunt. Ex iis leviore facta mutatione Bekkerus Bentleium sæpissime sequens auctorem hos undecim locos emendavit, ut digamma restitueret: *B* 672 (*Χαρόποιό τ' ἄνακτος* — *Χαρόπου τε ϝάνακτος* Heyn. Bk.), *H* 162 et *Ψ* 288 (*πρῶτος μὲν ἄναξ* — *πρώτιστα ϝάναξ* Bentl. Bk.), *O* 453 (*κροτέοντες. ἄναξ* — *κροτέοντε. ϝάναξ* Bentl. Bk.), *Π* 523 (*ἀλλὰ σύ πέρ μοι, ἄναξ* — *με, ϝάναξ* Bentl. Heyn. Bk.), *Ψ* 49 (*ὄτρυνον, ἄναξ* — *ὄτρυνε, ϝάναξ* Bentl. Bk.), *Ψ* 517 (*ὅς ῥά τ' ἄνακτα* — *ὅς ῥα ϝάνακτα* Heyn. Bk.), *ι* 452 (*ἦ σύ γ' ἄνακτος* — del. *γ'* Bk.), *ρ* 189 (*χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων* — Bk. del. *τ'*), *φ* 56 et 83 (*τόξον ἄνακτος* — *τόξα ϝάνακτος* Bk.). Audacius vero *Π* 464 *ἦεν ἄνακτος* in *ἦε ϝάνακτος* mutavit. Namque in hoc verbo *ν* *ἐφ.* inhæsit et id quidem non in homerica solum lingua sed, si figuram doricam *ἦς* exceperis (cf. Kühner, Ausf. Gram. I p. 668), in lingua græca universa. Prætereo emendationes Bentleii *Π* 371, 507. Restant igitur novem loci, qui digamma restitui vix sinunt: *Π* 371 et 507 (*ἅρματ' ἀνάκτων*), 464 (de quo loco diximus), *Y* 67 (*Ποσειδάωνος ἄνακτος*), *Ω* 449 et 452 (*ποίησαν ἄνακτι*), *ξ* 40 (*γὰρ ἄνακτος*), 395

(νοστήσῃ ἄναξ), 438 (θυμὸν ἄνακτος). Accedit *O* 639 Εὐρυσθῆος ἄνακτος, ubi Heyn. et Bk. variam lectionem ἀέθλων assumpserunt.

In minoribus, quæ Homeri nomine feruntur, carminibus hiatus ante verbum ἄναξ digammo restituto his locis tollitur: h. I 140 (ἀργυρότοξε 3[1]), h. II 59 (δέ 5), 79 (Φοῖβε 1), 107 (ἔνθα 2), 194 (δέ 5), h. V 26 (τέ 2), 342 (γέ 2), h. XV 9 (Χαῖρε 1), h. XVI 5 (χαῖρε 3), h. XIX 48 (id. ib.), h. XXIV 1 (ἥτε 2), h. XXXI 17 (Χαῖρε 1), h. XXXIV 14 (ἐπερρώσαντο 5). Repugnant vero undecim hi loci: h. I 15, 59, h. II 207, 218, 259, h. III 500, 574, h. V 430, h. XV 5, h. XXVI 3, batr. 288. In nonnullis digamma levissima facta mutatione potest restitui. Reliqui autem, undeviginti numero, ad hanc quæstionem nullius sunt momenti.

ϝάνασσα hæc vocabula in hiatu excipit *a*) in primo pede ἀλλά γ 380, ζ 175, — *b*) in secundo pede σέ ζ 149. — Præter hos locos Ξ 326 post casum genit. in -οιο desinentem occurrit. — — In minoribus carminibus homericis hiatus digammo submovetur in dicendi formula Χαῖρε, ϝάνασσα, quæ est in initio versuum h. IV 92 et h. XXX 17. Obstant vero h. V 75, 440, 492.

(ϝ)ανακτόριος uno modo loco ο 397 post ν ἐφ. invenitur. — — Eadem est ratio vocabuli (ϝ)ανακτορίη, quod h. II 56 legitur.

ϝανάσσω (?), *ἀνάσσω*. Nullus locus digamma requirere videtur. In hiatu enim hoc verbum non est nisi in cæsura trochaica pedis tertii *B* 643, *Ω* 536; tum excipit casum genit. in -οιο exeuntem δ 602, ι dat. sing. tert. decl. *B* 108, vocabulum ἶφι *Α* 38, 452, *Ζ* 478, λ 284, ρ 443; denique ante hoc verbum traditum est ν ἐφ. aut verb. γ 245 al. aut nominum, maxime dat. plur. tertiæ declinationis, frequentissime ut *Α* 180, 231, 281, α 117, 181, 402, 419 al. — Obstant digammo Α 288 (πάντεσσι δ' ἀνάσσειν) et *Ι* 73 (πολέεσσι δ' ἀνάσσεις), quos locos Bentleius et Bekkerus levi facta mutatione emendarunt, quum pro πάντεσσι et πολέεσσι figuras πᾶσιν et πολέσιν, eas quoque homericas, induxerunt; tum *Τ* 124 οὔ οἱ ἀεικὲς ἀνασσέμεν Ἀργείοισιν, ubi Bentl. et Bk. scribunt ἐν Ἀργείοισι ϝανάσσειν. Quartus est locus ω 30, qui habet ἧς περ ἄνασσες. Restant quinque loci, ubi legitur figura ἤνασσε: *Κ* 33, *Π* 172, 572, γ 305, λ 276. Iam ipsa augmenti natura digamma amissum esse ostendit et γ 305 ἑπτάετες δ' ἤνασσε id confirmat. Ceteri loci ferunt quidem consonam initialem, sed non poscunt. Quamquam his omnibus locis pro ἤνασσε scribere possumus ἐ(ϝ)άνασσε, quæ figura apud Alcæum fr. 64 nobis est servata, attamen ita nos mutare et

[1]) Numerus insertus pedem versus significat, in quo est hiatus.

vetat codicum auctoritas neque ipsorum locorum natura videtur iubere: recentiores enim eos putat Ellendt (Drei hom. Abhandl. Leipz. 1864 p. 38). Bekkeri coniecturam *Ϝήνασσε suo iure repudiavit Leskien dig. 30 sq. — — In hymnis obstat digammo unus locus h. II 3: quinque mittendi sunt.

St. *Ϝαρ-ν Ϝρα-ν*: 1. *Ϝαρν-ός Ϝάρν-ες ἀρν-ός ἄρν-ες* agnus, ovis, *(Ϝ)ἀρν-ειό-ς* aries, *πολύ-(Ϝ)αρν-ι* (dat. sg.) agnorum diviti (*B* 106), **Ϝάρν-η Ἄρν-η* n. pr. urbis Boeotiæ. — 2. **Ϝρήν-η Ῥήν-η* n. pr. matris Medontis, *πολύ-ρρην* (pro *-Ϝρην*) et *πολύ-ρρην-ο-ς* agnorum dives, *ὑπό-ρρην-ο-ς* agnum sub se habens, ad ubera admovens.

Sscr. *ura-ṇa-s* aries, *ûrṇâ-ju-s* idem. — Curtius Etym. 322, Bopp Gl. — Quamquam hæ voces a vocibus **ἔρ-ος ἔρ-ιο-ν*, sscr. *ura-bhra-s* 'lanifer' i. e. 'aries', si radicem respicimus, nequaquam seiungendæ sunt, tamen, quum in illis vocalis alia sit et in iis, de quibus nunc agimus, suffixam consonam *ν* tenacissimam esse appareat, prima stirps in duas stirpes græcas exiisse putanda est, quare has voces separatim potius proposuimus. Inter has stirpes interiectæ quodam modo sunt glossæ hæ Hesych., quippe quæ suff. *ν* omiserint, *βάριον* (*βαρεῖον* cod., sed hæc emendatio ordine literarum commendatur)· *πρόβατον*[1]) et *βάριχοι· ἄρνες* iuxta *ἄριχα· ἄρρεν πρόβατον*. Aliæ sunt gl. Hesych. *βάννεια* (*βανεῖα* cod. ordini literarum repugnat)· *τὰ ἄρνεια. καὶ βάννιμα τὸ αὐτό*; hæ obscuriores videntur: consonas *ρν* in *νν* mutatas esse nullo verbo, quod sciam, demonstratur, cf. ann. Schmidtii. Atqui glossæ illæ etiam consonam initialem produnt, quam ab initio digamma fuisse testatur *Ϝάρνων* n.pr. in tit. boeotico CIG. n. 1569 a II v. 14, de quo Boeckhius ib. I p. 720 annotat, ex ovibus Boeotos permultos esse denominatos. — Ad alteram huius stirpis figuram *Ϝρα-ν* referendæ sunt et verbum illud *ῥήν ῥηνός ἡ* ovis (Ap. Rh. 4, 1497 *ῥήνεσσι* et Nic. Th. 453 *ῥῆνα*, cf. gl. Hesych. *ῥᾶνα, ῥῆνες*) et hæ gl. Hesych. *βρίννια· τὰ ἄρνεια κρέα* (pro **βρήνεια, (Ϝ)ῥήνεια* Schmidt) et *ῥύσινα· ἄρνα. Κύπριοι*. De *ῥύσινα* pro **ὑρεῖνα, *Ϝρεῖνα, *Ϝρῆνα* cf. annot. Schmidtii et *ὑρειγαλέον* (Curtius Etym. 513). — Præterea inspiciendus est Pott Ww. II 1, 566 sq.

Iam ad locos homericos venimus.

---

[1]) Eandem ipsam glossam *βάριον· πρόβατον* e Cyrillo Bremensi attulit M. Schmidt (Philol. XIV 205). Falso Curtius *βαρνίον*.

ϝαρνός ϝάρνες ἀρνός ἄρνες. Digammo restituto hiatus in quinto pede tollitur *Δ* 158 *αἷμά τε ϝαρνῶν*, *Δ* 435 *ὄπα ϝαρνῶν*, *Θ* 131 *ἠΰτε ϝάρνες*. — Ceteri loci aut nihil probant aut obstant digammo. Legitur enim hæc vox post brevem syllabam in consonam exeuntem (*δίφρον*) in cæsura semiquinaria *Γ* 310, post longas syllabas in consonas desinentes *Δ* 66, *Γ* 117, 292, post diphthongum vel longam vocalem *Π* 352, *Χ* 310, in initio versuum *Γ* 246, 273, *Δ* 102, 120, *Ψ* 864, 873, *Ω* 262, *ι* 220, *ρ* 242, *τ* 398 (accedit h. XXXIII 10). — Qui obstant loci sunt quinque, e quibus quatuor emendavit Bekkerus: *Γ* 103 (*οἴσετε δ' ἄρν'* — Bk. del. *δ'*), *Γ* 119 (*ἰέναι, ἠδ' ἄρν' ἐκέλευεν* — *ἰδὲ ϝάρνα κέλευεν* Bk.), *Χ* 263 (*οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες* — *τε* del. Bk.: est initium versus), *δ* 85 (*καὶ Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες* — Bk. del. *τ'*). Qui restat locus *ι* 226 in versus clausula habet *ἐρίφους τε καὶ ἄρνας*.

ἀρνειός reperitur in initio versuum *Γ* 197, *ι* 239, 432, 550, *κ* 572, *λ* 131, *ψ* 278. — Ceteri loci digammo repugnant. Sunt hi: *B* 550, *α* 25, *ι* 444, 463, *κ* 527. Immerito igitur digamma reductum vult Heynius *B* 550, etsi levi mutatione facta restitui potest.

Ϝάρνη l. *Ἄρνη*. De servato in carminibus homericis huius vocis digammo diiudicari non potest. Occurrit enim duobus tantum locis: *B* 507 in cæsura semiquinaria excipit vocem *πολυστάφυλον* et *H* 9 est in versus initio.

ϝάσ-τυ ἄσ-τυ urbs, *(ϝ)ἀστό-ς* incola urbis, civis, *(ϝ)ἀστυ-βοώτη-ς* per urbem clamans, *(Ϝ)Ἀστύ-αλο-ς*, *(Ϝ)Ἀστυ-(ϝ)άναξ* al. n. pr.

Sscr. r. *vas* habitare, commorari, *vâs-tu* domus; — got. *vis-an* *μένειν, εἶναι*. — Curtius Etym. 195, Westergaard Rad. p. 309, Bopp Gl., Meyer goth. Spr. p. 367, Pott Ww. II 2, 475. — De ea, quæ inter sscr. *vâstu* et gr. *ἄστυ* intercedit, significationis dissimilitudine conferenda sunt vocabula illa gr. *οἶκος* et lat. *vicus*. Digammo vocis *ϝάστυ* nihil est certius. Testimonio sunt complures tituli, quorum hos satis erit attulisse: *ϝάστιος* CIG. n. 1569 c v. 3, ex emend. pro *ΕΑΣΤΙΟΣ* (est boeot. pro *ϝάστεος*, cf. Ahr. dial. I 170); *ϝασστύοχο[ς]* CIG. n. 1520 (spart.); *ϝασστός ϝαστόν* Oeconomides tit. locr. prior [1]) *B* vv. 5, 6 (de geminata consona *σ* cf. Ahr. dial. II 100). Accedunt duo nomina patronymica

[1]) Hunc titulum iterum ediderunt L. Ross (Alte lokrische Inschrift Leipz. 1854) et Rangabé (Antiqu. Hellén. II 356 b).

Ϝαστίνιος E. Curtius Anecd. Delph. n. 8 et *Ϝαστυμειδοντίω* Savelsberg dig. n. 66 (cf. Ahr. II 516).

Vestigia digammi sunt apud Homerum manifestissima.

ϝάστυ (ϝάστυδε) ἄστυ. Digamma 1) hiatus summovet, qui sunt post ea quæ sequuntur vocabula (maxime præpositiones) his locis: *a)* in fine pedis primi *προτί* *P* 191, — *b)* in fine pedis secundi *κατά* *B* 803, *H* 296, *Σ* 286, *Φ* 225, *X* 1, 394, 433, *Ω* 327, 662, *β* 77, *η* 40, *ϑ* 551, *προτί* *Γ* 116, *H* 310, *Λ* 683, 803, *M* 74, *N* 538, *Ξ* 146, 432, *Π* 45, 376, 655, *P* 131, 160, *Σ* 266, *Φ* 532, 607, *X* 21, *Ω* 151, 180, *δ* 9, *η* 2, *ν* 181, *ο* 308, *π* 272, *ω* 154, *ἀνά* *Γ* 245, *Z* 505, *Θ* 517, *Σ* 493, *ϑ* 7, 173, *υ* 276, *χ* 77, *τάχα* *Z* 331, *Φ* 309, *ἐπί* *ο* 492, *τ* 170, — *c)* in fine tertii pedis *ξύλα* *Ω* 778, *διά* *κ* 118, *ἐπί* *π* 63, qui loci gravissimi sunt momenti, quum antecedat cæsura semiquinaria, — *d)* in fine pedis quarti post semiseptenariam cæsuram *κατά* *Z* 287, *χ* 223, *ψ* 137, *προτί* *K* 348, *M* 276, *O* 681, *κ* 108, *ἐπί* *ψ* 267: constat infirmam omnino eam esse cæsuram, quæ inter præpositiones et casus ab iis rectos cadit, hic vero maxime, ubi gravior mascula illa eiusdem pedis cæsura antecedat, — *e)* in fine quinti pedis *μέγα* *Z* 392, *I* 589, *τόδε* *H* 32, *τέ* *Λ* 706, *κατά* *X* 409, *Ω* 703, 740, *σ* 1, *ἀνά* *η* 72, *π* 461; — 2) producit *a)* particulam *καί* in arsi quarta *P* 144 (*πόλιν καὶ ϝάστυ σαώσεις*): cæsuram post verbum *καί* non esse ex eo intellegitur, quod hæc particula inter procliticas voces habenda est (Hoffmann I § 6), — *b)* pron. rel. nom. pl. *οἵ* in scunda arsi *ε* 106 (*τῶν ἀνδρῶν οἳ ϝάστυ πέρι Πριάμοιο μάχοντο*). — Prætereo hos hiatus in cæsura bucolica *Ω* 499 et *ϱ* 25 atque has productiones, quarum utraque in quarta arsi est, *Ἴμβρον* *Ξ* 281, *μετάλλα* *τ* 190 (cf. supra p. 33, 35). Porro vocabulum *ἄστυ* invenitur post breves vocales firmores *περί* *B* 801, *Θ* 519, *Π* 448, *X* 251, *Ω* 402, 548, *γ* 107, *ξ* 473, *πρό* *O* 351, *Ω* 783, *κ* 105, *ω* 468, post longas syllabas in consonas exeuntes, ad quas etiam vocabula *εἰς* *ἐξ* retuli, *B* 660, *Δ* 103, 121, *Σ* 207, *Ω* 696, *ϑ* 514, *ο* 216, 503, 505, post *ν* *ἐφελκ.* adv. *κέν* *B* 332, *Φ* 128, post *ν* *ἐφ.* verb. *α* 3, denique in initio versuum *Z* 95, *I* 136, *P* 287, *Σ* 210, 255, *ζ* 178, 194, 296, *ϑ* 525, *ι* 128, *κ* 104, *ο* 82, *π* 331, 466, *ϱ* 5, 205. — In tanta locorum multitudine, quorum tres et septuaginta digamma requirunt, quadraginta quatuor admittunt, quinque loci eam consonam aspernantur. Quos omnes emendavit Bekkerus. Sunt hi: *Γ* 140 *προτέροιο καὶ ἄστεος* (*προτέρου καὶ ϝάστεος* Heyn. Hoffm. Bk.), *Λ* 733 *ἀμφίσταντο δὴ ἄστυ* (*ἀμφέσταν δὴ ϝάστυ* Bk.), *Σ* 274 *σϑένος ἕξομεν, ἄστυ* (*ἕξετε, ϝάστυ* Bk.), *Ω* 320 *ἀΐξας ὑπὲρ ἄστεος* (variam lect. *διὰ ϝάστεος* receperunt Heyn. Bk.), *γ* 260 *ἑκὰς ἄστεος* (v. l.

Ἄργεος — Bk. habet *ϝεκὰ ϝάστεος*). Primum locum recte sine dubio mutavit, audacius vero *Λ* 733 et *Σ* 274. In reliquis locis varia lectio, quæ digammo non repugnat, præferenda videtur. Cf. Spitzner ad *Ω* 320 et La Roche ad *γ* 260. Quæ ad figuram *ἑκά* vindicandam attulit Bekker (hom. Bl. 292), quum prorsus similia non sint, vix id quod demonstratum vult efficiunt.

(ϝ)ἀστός non est nisi in cæsura semiseptenaria post diphthongum *ου* *Λ* 242 et post vocalem *η* *ν* 192; *(ϝ)ἀστυβοώτης* vero tantum in cæsura bucolica occurrit *Ω* 701.

Ex nominibus propriis duplicatis, quorum prius membrum est verbum *ἄστυ*, duo non sunt nisi in initio versuum *Ἀστύαλος* *Z* 29, *Ἀστυάναξ* *Z* 403, *X* 500, 506; in cæsura bucolica invenitur *Ἀστύπυλος* *Φ* 209; hæc vero post *ν ἐφ*. verb. *Ἀστύνοος* *E* 144, *Ἀστυόχεια* *B* 658, *Ἀστυόχη* *B* 513. Unus locus consonam abnuit *O* 455 *τοὺς μὲν ὅ γ' Ἀστυνόῳ*, quod in *ὅ Ϝαστυνόῳ* emendarunt Hoffm. et Bk.

> R. *ϝαχ* **ϝι-ϝάχ-ω* *ἰ-άχ-ω* vociferor, clamo, sono, **ϝι--ϝαχ-ή* *ἰ-αχ-ή* clamor, *α-ὐίαχ-ο-ι* (pro **ἀ-ϝι-ϝαχ-ο-ι*) conclamantes l. non clamantes (*N* 41); **ϝηχ-ή* *ἠχ-ή* sonus, *(ϝ)ἠχή-εις* sonorus.

In radice harum vocum investiganda neque Benfeius, qui I 340 ad rad. sscr. *vak'* 'dicere', *vaksh* 'irasci, vituperare' confugit, neque Doederlinius, qui hom. Gl. 889 verbum *ἠχή* voci *ἀκαχεῖν* subiungit, verum videntur invenisse. Sive sonorum mutationes respicimus sive affinitatem significationum, utraque interpretatio claudicat. Neque e vocibus *Ἴακχος* et *Βάκχος* inter se collatis quicquam certi repetimus: cf. Savelsb. 24. Ad eandem radicem *ἀχ* has voces spectare, quum in vocabulis *ἰ-άχ-ω* *ἰ-αχ-ή* reduplicationem inesse, in voce *ἠχ-ή* (ut in *λῆψις* a rad. *λαβ* *λα-μ-β-άν-ω*) vocalem *α* in *η* productam putandum sit, nemo facile negaverit. Atque hanc radicem *ἀχ* antiquitus a digammo incepisse, ut fuerit *ϝαχ*, e voce homerica *αὐίαχοι* efficitur, quam vocem hoc modo interpretatur Hesychius: *αὐίαχοι· ἄνευ βοῆς. μετὰ [μεγάλης] ἰαχῆς. ἢ ἀίαχοι· σιωπῇ. ἄφοβοι. καὶ αὖοι ἠχοῦντες.* Vocabulum *μεγάλης* excidisse, ex Apoll. lex. 47, 23 coniicit Schmidt. Ambigitur, utrum *α* intensivum, quod vocatur, an privativum in verbo *αὐίαχοι* inesse existimetur. Privativam vim suo iure, ni fallor, assumpsit Curtius Etym. 515. Novo quodam modo Bekker hom. Bl. 136. Quam figuram *ἴαυχε* Pohl dig. 13 attulit, eam hic prætereo, quum locum vel auctorem ignorem. Mitto etiam has glossas Hesychianas: *ἀβίουκτον· ἐφ' οὗ οὐκ ἐγένετο βοὴ*

ἀπολλυμένου et *ἐκβιούζει· θρηνεῖ μετὰ κραυγῆς,* quæ quum a rad. quadam *ϝι-ϝυγ ἰ-υγ-ή* (Herod.) *ἰ-ύζ-ω* ducendæ sint, ab hac radice eas seiungimus. Cognatas has radices esse Ahrens II 47 paulo audacius contendit. Quæ quum ita sint, ex uno *αὔΐαχοι* de digammo huius radicis statuendum est. Amissam in voce *ἠχή* consonam initialem duplicata *ἄ-ηχ-ο-ς* (Schol. Eur.), *κακό-ηχ-ο-ς* (Suid.) indicant. Item hiatus *ἴθι Ἀχοῖ* Boeckh, *ἐλθὲ, ϝαχοῖ* Mommsen Pind. Ol. XIV 21, atque apud Hesiodum Scut. Herc. 438 (*ἡ δέ τε ἠχῇ*), 279 et 348 (*ἄγνυτο ἠχώ*): ubique est in clausula versuum. Cf. etiam op. 582, ubi ante vocem *ἠχέτα* producitur particula *καί.*

ϝιϝάχω ἰάχω. Brevis vocalis *α,* in quam exeunt adi. neutr. gen. sing. *μέγα* plur. *μεγάλα* al., ante hoc verbum producitur his locis *a)* in secunda thesi *ἡ δὲ μέγα ϝιϝάχουσα Ε* 343, *κ* 323, *οἱ δὲ μέγα ϝιϝάχοντες Ξ* 421, *βῆ ῥα μέγα ϝιϝάχων Ρ* 213, *στάσκε μέγα ϝιϝάχων Σ* 160, *σμερδαλέα ϝιϝάχων Ε* 302, *Θ* 321, *Π* 785, *Τ* 41, *Υ* 285, 382, 443, *χ* 81, — *b)* in tertia thesi sequente cæsura semiseptenaria *Ἀργεῖοι δὲ μέγα ϝἴϝαχον Δ* 506, *Ρ* 317, — *c)* in quinta thesi *μεγάλα ϝιϝάχοντα ι* 392. Tum particula *δέ* producitur in secunda thesi *δ* 454 *ἡμεῖς δὲ ϝιϝάχοντες.* — Prætereo *Λ* 463, ubi brevis syllaba in cæsura semiternaria producitur *τρὶς δ' ἄιεν (ϝ)ἰ(ϝ)άχοντος,* deinde *Ζ* 468, ubi est hæc vox post *ἐκλίνθη,* et *Τ* 424, *Φ* 341, *Ψ* 766, quibus locis longas syllabas in consonas exeuntes excipit. — Reliqui consonam abnuunt. Hos iam enarrabo: *μεγάλ' ἴαχε Λ* 482, *Σ* 228, *β* 428, *μεγάλ' ἴαχον Σ* 29, *Φ* 10, *μέγ' ἴαχον Β* 333, 394, *μέγ' ἴαχεν Δ* 125, *ἐπὶ δ' ἴαχε Ν* 822, 834, *Ρ* 723, *ὅτε τ' ἴαχε Σ* 219, *καὶ ἴαχε Υ* 62, *μέγα δ' ἴαχε Ψ* 216, *περὶ δ' ἴαχε ι* 395. Addo compositum *ἐπ-ίαχον Ε* 860, *Η* 403, *Ι* 50, *Ν* 835, *Ξ* 148. Animadvertendum est hos omnes locos vocali *ι* longa uti, illos autem ad unum omnes eandem vocalem brevem semper habere. Quod quum casu accidisse vix crediderim, haud scio an evanescens spirans consona ad vocalem producendam valuerit. Rem prorsus similem eruere non possum, sed cognata videtur ratio verborum *ἔνδῖος* (*Λ* 726) pro **ἐν-διϝ-ο-ς* et *ἠείδη* pro **ἐ-ϝειδ-η.* Patet ita ambo spirantes consonas una conticuisse. Augmenti vi vocalem productam esse ducerem, nisi mira esset inter hanc productionem et amissum digamma consensio. Nusquam invenimus *Ἀργεῖοι δ' ἴαχον* vel tale quid. Ac si ita res se habet, a mutando etiam *Λ* 482, *Σ* 219 est abstinendum. — Restat duplicatum illud *ἅπ. εἰρ. ἀμφιαχυῖα Β* 316, quod in * *ἀμϝεϝαχυῖα* emendatum vult Ahrens Rhein. Mus. II 178. Quam sententiam si acceperimus, ad verbum *ἠχέω* redeundum est. De vi præpositionis *ἀνά* conferas *ἀν-έκραγον ξ* 467.

— — Ex hymnis addo hos locos *μεγάλα ϝιϝάχουσαν* (v th.) h. v 81, *σμερδαλέον (ϝ)ἴ(ϝ)άχησεν* (II th.) h. XXVIII 11. Nihil probant h. v 20, h. XXVII 7.

ϝιϝαχή. Ante hanc vocem brevis vocalis producitur *a)* in secunda thesi *τῶν δέ ϑ' ὑπὸ ϝιϝαχῆς ἐφάνη λὶς ἠυγένειος* *O* 275 (apparet hic nullam esse cæsuram semiternariam) — et *b)* in quarta thesi *γένετο ϝιϝαχή* *Δ* 456, *M* 144, *O* 396, *Π* 366 (antecedit semiquinaria cæsura), *Τρωσὶ κακὰ φρονέων· οἱ δὲ ϝιϝαχῇ τε φόβῳ τε* *Π* 373. — Minoris momenti sunt *Ξ* 1, *P* 266, in quibus locis brevis syllaba in consonam desinens ante hoc verbum producitur in cæsura semiquinaria. Post diphthongum *ῃ* est hæc vox *O* 384, *λ* 43. — — Repugnat unus locus ex hymnis repetitus: h. XIV 3 (*τ' ἰαχή*).

ἠχή non occurrit nisi in initio versuum *B* 209, *Θ* 159, *M* 252, *N* 834, 837, *O* 355, 590, *Π* 769, *Ψ* 213, *γ* 150, *λ* 633. — *ἠχήεις* est in cæsura bucolica *A* 157, *δ* 72. — Digamma abiecerunt composita vocabula *δυσ-ηχής* (pro **δυσ-ϝηχής*), quod est in dicendi formulis *πολέμοιο δυσηχέος* *B* 686, *H* 376, 395, *Λ* 524, 590, *N* 535, *Σ* 307, *ϑανάτοιο δυσηχέος* *Π* 442, *Σ* 464, *X* 180, et *ὑψ-ηχής* (pro **ὑψι-ϝηχής*, **ὑψι-ηχής*, cf. *ὑψι-βρεμέτης* al.) *E* 772, *Ψ* 27. Ex his autem nihil efficitur: *πολυ-(ϝ)ηχής* *Δ* 422, *τ* 521, *περι-(ϝ)ήχησεν* *H* 267. Sine causa igitur Bekkerus digamma mutando restituit *B* 686 (*πολέμου δυσϝηχέος*), *Π* 442 (*ϑανάτου δυσϝηχέος*) al. — — Ex hymnis afferimus *ἠχήεις* esse in cæsura bucolica h. v 104, *ἤχησαν* in introitu versus h. v 38, digammo obstare hos locos h. XIV 5 (*ἠχήεις*), h. XIX 21 (*ἠχώ*), h. I 64 (*δυσηχής*).

ϝέ-αρ *ἔ-αρ* (*εἴαρ-ος* h. v 174, *ἦρ-ος* h. v 455) ver, *εἰαρ-ινό-ς* (att. *ἐαρ-ινό-ς*, *ἠρ-ινό-ς*) vernus.

Lat. *vêr*, *ver-nu-s*; — scand. vet. *vár* ver. — Curtius Etym. 361, Fick 186. — Conferendæ sunt voces sscr. *vâs-ara-s* m. dies, *vas-anta-s* m. ver: quamquam harum vocum altera significationem ostendit aliam, altera alias syllabas suffixas, eodem tamen videntur redire. Græcam autem latinamque voces *ϝέαρ*, *vêr* ex antiquiore quadam vocis figura **ϝεσαρ*, **veser* **veer* exisse recte sine dubio censet Corssen Beitr. 465. A digammo verbum *ἔαρ* olim incepisse ostendunt glossæ Hesych. *γέαρ· ἔαρ*, *γίαρ(ες)· ἔαρ* (boeot. Ahr. I 171, 179), *βηράνϑεμον· νάρκισσος. οἱ δὲ ϝηράνϑεμον λέγουσι* (pro *τηράνϑεμον* Alberti, approb. Ahr. II 47, qui hanc glossam inter doricas voces recepit). Neque prorsus repudiandum est testimonium Varronis, qui De ling. lat. VI 192 (Spengel) in explicando no-

mine temporis secundi, quod est *ver*, ait Iones dicere *βῆρ*. Hesiod. op. 477 digamma vocis *ἔαρ* prodere videtur, quum verba *πολιὸν (ϝ)ἔαρ* inter semiquinariam cæsuram et boucolicam sunt interiecta. Neque silentio prætereamus Alcm. fr. 76 *τὸ ϝῆρ* (Bergk).

Homerici loci et perpauci sunt neque ad nostrum propositum quicquam faciunt.

ϝέαρ l. *ἔαρ*. Locus τ 519 *καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο* nihil efficit, quum in cæsura semiquinaria productio fiat. Quod brevis illa syllaba tantum consona mobiliore *ν ἐφ*. adiuvatur, nihil refert: cf. *Α* 68, *ν* 108, *ω* 354 al. Etiam levius id argumentum est, quod ex altero loco *Ζ* 148 repetitur. Hic enim versus præbet *τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη*. At nihil impedit.

εἰαρινός est in cæsura bucolica *Θ* 307, post *ν ἐφ*. nom. *Β* 89. Qui restant loci, *Β* 471, *Π* 643, σ 367, χ 301, habent *ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ*, quæ verba Bekkerus ad synizesin confugiens scribit *ὥρῃ ἐν ϝειαρινῇ*, cf. hom. Bl. 173; Bentl. tollit *ἐν* coll. *ε* 485. — In hymnis digamma abnuunt h. v 174 (*εἴαρος*), h. XIX 17 (*ἔαρος*): *ἦρος* est in initio versus h. v 455.

ϝείκοσι ἐ-(ϝ)είκοσι εἴκοσι viginti, *(ϝ)εἰκοσ-τό-ς ἐ-(ϝ)εικοσ-τό-ς* vicesimus, *(ϝ)εἰκοσ-άκις* viciens.

Sscr. *viṁ-çati, viṁçati-tama-s*; — lat. *vi-ginti, vicê-simu-s, vigê-simu-s*. — Schleicher Comp. 485, 494, Curtius Etym. 129. — Magni hic momenti sunt dialecti græcæ, quæ has figuras præbent: boeot. *ϝίκατι* CIG. n. 1569 a III v. 39 (mitto ib. n. 1575 v. 2, ubi literæ corruptæ videntur, cf. Rangabé Antiqu. Hellén. n. 1309 b et Leake Travels in north. Greece II p. 132 et titul. n. 30); lacon. *ϝίκατι* CIG. n. 1511 col. II v. 3 pro *ΓΡΚΑΤΙ*: apertum est mendum (hunc titulum Tegeæ repertum inter laconicos referendum esse consent Ahr. II 8 et A. Kirchhoff 'Studien zur Gesch. d. griech. Alphabets' (Berl. 1867) p. 94: de vocali *ι* pro *ει* usurpata cf. Ahr. II 184); etiam *βείκατι* laconicum est auctore Hesychio; heracl. *ϝίκατι ϝείκατι* CIG. nn. 5774, 5775 (*ΓΙΚΑΤΙ* vocesque cum eo iunctæ bis et triciens leguntur tab. I vv. 37—171, tab. II vv. 23—103, *ΓΕΙΚΑΤΙ* autem verbaque cum eo composita quater tab. II vv. 57—75). Præterea conferendus est Ahrens II 279. Accedit hiatus qui est apud Pindarum Nem. VI 58 *ἐπὶ ϝείκοσι* (Mommsen).

ϝείκοσι εἴκοσι, (ϝ)εἰκοστός sim. Digamma 1) hiatum tollit, qui est in fine pedis quarti post cæsuram semiseptenariam maiorem in hoc versu *ἓν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ ϝείκοσι μέτρα (χεῦ') ι* 209:

graviorem esse illam cæsuram brevi syllaba ante vocalem producta demonstratur; — 2) producit particulam *καί* in quarta arsi his locis: *B* 510 (*ἑκατὸν καὶ ϝείκοσι βαῖνον*), *B* 748 (*δύω καὶ ϝείκοσι νῆας*), *N* 260 (*ἕν καὶ ϝείκοσι δήεις*), *β* 212 et *δ* 669 (*ἀλλ' ἄγε μοι δότε νῆα θοὴν καὶ ϝείκοσ' ἑταίρους*: est gravior cæsura semiseptenaria), *ι* 241 (*δύω καὶ ϝείκοσ' ἅμαξαι*), *κ* 208 (*δύω καὶ ϝείκοσ' ἑταῖροι*). Huc referenda sunt duo composita vocabula *δυωκαιϝεικοσίπηχυ* *O* 678 et *δυωκαιϝεικοσίμετρον* *Ψ* 264. — In versus introitu est verbum *εἴκοσι* *β* 355, *ε* 244. — Obstant digammo novem loci, sed omnes facillime sanantur: *Λ* 25 *χρυσοῖο καὶ εἴκοσι* (*χρυσοῦ* Hoffm. Bk.), I 379, *X* 349, *π* 249, ubi verbum *εἴκοσι* vel sim. antecedunt vocabula *τε καί*, e quibus *τε* delerunt Hoffm. et Bk., *ε* 34 *ἤματί κ' εἰκοστῷ Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο* (Bk. del. *κ'*), denique *π* 206, *τ* 484, *φ* 208, *ω* 322, qui omnes loci habent *ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν* (*ἦλθον ἐϝεικοστῷ* Bk.).

ἐϝείκοσι pro *ϝείκοσι* sæpissime adhibetur, ut prava versus incisio evitetur, quum trochaicam pedis tertii cæsuram inducat pro ea quæ est in fine eiusdem pedis: *Λ* 309 (*ἔκρινεν ἐϝείκοσιν*), *δ* 778 (*ἐκρίνατ' ἐϝείκοσι*), *Z* 217, *Π* 810, *Σ* 373, 470, *T* 244, *α* 280, 431, *ι* 322, *π* 250. Eadem est ratio verbi *ἐϝεικοστός* *β* 175. Utrumque admittunt loci *δ* 360, *ξ* 98, *Ω* 765, *ζ* 170. Horum locorum numerum Bekkerus auxit additis *B* 510, 748, *I* 379, *X* 349, *π* 249, scribens *καὶ ἐϝείκοσι* sim. pro *καὶ ϝείκοσι* eiusmodi. Longiores figuras postulant *μ* 78 (*χεῖρές τε ἐϝείκοσι*), *ρ* 327 (*Ὀδυσῆα ἐϝεικοστῷ*).

> *ϝεκάς* *ἑκάς*, *(ϝ)ἑκασ-τέρω*, *(ϝ)ἑκασ-τάτω*, remote, procul, *(ϝ)ἕκα-θεν* e remoto loco, *(ϝ)ἕκα-το-ς* remotus, e remoto sagittans, *(ϝ)ἑκά-(ϝ)εργο-ς* e remoto agens, *(ϝ)ἑκη-βόλο-ς*, *(ϝ)ἑκατη-βόλο-ς*, *(ϝ)ἑκατη-βελέ-τη-ς* eminus iaculans, e remoto percutiens, *(ϝ)ἑκη-βολ-ίη* peritia iaculandi, *Ϝεκά-βη* *Ἑκά-βη* uxor Priami, *(Ϝ)Ἑκα-μήδη* serva Nestoris.

De origine vocis *ϝεκάς* nihil certi habemus. Ad radicem *ϝικ* *εἴκω* 'cedo', sscr. *vik* 'separare' dubitantes eam retulerunt Pott I[1] 234, Benfey I 349, Bopp Gl. 360 b. Quominus illas voces comparemus, vocalis *ε*, quæ inest in vocabulis propositis, etsi in figura quadam ab Hesychio tradita diphthongus *ει* locum eius tenet, videtur prohibere. Has autem dialectorum figuras apud Hesychium cognoscimus: *βεικάς* (cod. *βείκας*) et *βεκάς· μακράν*, *βεκῶς· μακρόθεν* (Ahr. II 46 dubitationis signum addidit: in *βεκόσα* cor-

rexit Schmidt s. v. *σεκάνες* coll. *ἔντεσα· ἔσωθεν, ἔξεσα· ἔξωθεν, συνόσα· ὁμοῦ* (l. p. *ὁμόθεν*) al.). E quibus haud temere statuimus, verbum *ἑκάς* a digammo incepisse, præsertim quum accedat auctoritas Marii Victorini, qui figuram *Ϝεκηβόλος* commemorat (Savelsberg dig. p. 9). Difficilem hæc vox habet explicatum. Fortasse Ebel, Kuhn's Zschr. IV 207, recte putat in ea inesse stirpem pron. refl. *sva*, ut accipiendum sit 'pro se', collatis lat. *sê- sed* (cf. Corssen Ausspr. II 465). Quid autem de suffixa syllaba *-κάς* iudicandum sit, minime liquet. Nihil huic simile e græca lingua est erutum. Nam *ἀγκ-άς* (de quo cf. Gerland, Kuhn's Zschr. IX 64, Ebeling lex. hom. Berol. 1871) ad stirpem *ἀγκ*, quæ in *ἀγκ-ών* apparet, *ἐγκ-άς* Hippocr. ad vocem *ἔγκατα* ducenda sunt, ut habemus *ἐν-τυπ-άς* *Ω* 163 a rad. *τυπ* profectum. De verbo *ἀνδρα-κάς* autem probabilis est Doederlinii (hom. Gl. 1085) interpretatio, ex qua id ex *ἄνδρα κάτα* ortum esse putamus. Eodem ducit schol. ad *ν* 14. Ne hoc modo verbum *ἑκάς* et duplicatum *ἀν-εκάς* explicemus, et sententia loci et derivatum *ἕκα-θεν* videntur prohibere. Ad stirpem pron. *ka* confugit Allen (Curtii Stud. III 251). — Vocem *ἕκατος* Doederlinius, hom. Gl. 438, G. Hermanno auctore cum verbo *ἑκών* coniungens 'propitius' vertit. Propius tamen ad has voces videtur accedere, præsertim si alia Apollinis cognomina conferimus. — Iam restat ut commemoremus *Ϝεκαβα* esse in vase Cære reperto (Monumenti annali e bullettini 1855 p. 72 tav. XX, Savelsberg dig. n. 7).

Ϝεκάς ἑκάς, ἑκαστέρω, (Ϝ)εκαστάτω, (Ϝ)ἕκαθεν. Digamma 1) tollit hiatus in primo pede tribus locis: *νῦν δὲ Ϝεκὰς πόλιος* *E* 791, *N* 107 (hanc lectionem defendit Spitzner), *ἀλλὰ Ϝεκὰς νήσων* *ο* 33. — 2) producit *ἐπεί* post cæs. troch. pedis tertii *ε* 358 *ἀλλὰ μάλ' οὔπω πείσομ', ἐπεὶ Ϝεκὰς ὀφθαλμοῖσιν.* — Quod *γάρ* in secunda thesi producitur *μ* 435, minoris est momenti; cf. *B* 39 et supra p. 28. Tum hæ voces sunt post longas vocales vel diphthongos *I* 246, *O* 740, *γ* 260, *δ* 99, *ζ* 8, *ω* 37, *N* 179, *ρ* 25, post gen. sing. *ξείνοιο* *ρ* 73, post *ν* ἐφ. nom. *Σ* 256 et verb. *K* 113, post longas syllabas in consonas exeuntes *N* 263, 592, *Υ* 354, *β* 40, *ξ* 496, *B* 456, *Π* 634. — Duo loci digamma non ferunt: *Υ* 422 (*δηρὸν ἑκάς*) et *η* 321 (*πολλὸν ἑκαστέρω*). — Accedit h. VII 29.

(Ϝ)ἕκατος. Brevis syllaba ante hanc vocem producitur in versus clausula *Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο* *H* 83 et *Υ* 295, quod nihil fortasse probat, si conferimus *K* 281 aliosque locos supra p. 31 allatos. Præter illos locos hanc vocem invenimus post longam vocalem *η*

Y 71 et post longam syllabam in consonam desinentem *A* 385. — Ex hymnis addimus eandem versus clausulam recurrere h. I 1, h. XXIV 1, obstare autem digammo h. II 97, 98. Mittimus h. I 63, 90, h. IX 1. Contra ante **Fεκάτη* producitur *οἱ* in secunda thesi h. V 52, repugnat autem eiusdem hymni v. 438, nihil probant vv. 25, 59.

(F)εκά-(F)εργος. Certum servati digammi vestigium in iis productionibus vix possumus agnoscere, quibus breves syllabæ in consonas exeuntes ante hanc vocem in secunda thesi pro longis usurpantur *A* 474 (*μέλποντες*), *I* 564 (*μίν*), *Φ* 600 (*γάρ*): ubique sequuntur cæsuræ troch. ped. tertii et bucolica: cf. *A* 244 al. p. 28. Etiam minus argumenti ex his locis ducitur, in quibus præcedit longa vocalis vel diphthongus in thesi producta: *A* 479, *E* 439, *H* 34, *O* 243, *Π* 94, *P* 585, *Φ* 472, 478, *X* 220. Excipit hæc vox longas syllabas in consonas desinentes *A* 147, *O* 253, *Φ* 461, *ϑ* 323. — Unus tantum locus digamma prorsus abnuit *X* 15 *ἔβλαψάς μ', ἑκάεργε,* quem locum Bekkerus ita mutavit: *βλάψας με, Fεκά-Fεργε.* Hoffmannus delevit *μ'*. — — In hymnis repugnat h. III 464. Brevis syllaba producitur in cæs. semiquinaria h. I 56. Ceteri loci sunt h. II 64, 79, 179, 204, 242, 262, 296, h. III 239, 281, 307, 333, 472, 492, 500.

(F)εκηβόλος. Nullus locus digamma requirit. Est enim hæc vox post *ν* ἐφ. nom. *A* 14, 110 et verb. *A* 96, *Π* 513, *Ψ* 872. — Tres qui restant loci consonam non ferunt: *A* 21 (*υἱὸν ἑκηβόλον* — *υἷα* Bentl. Bk.), *A* 438 (*βῆσαν ἑκηβόλῳ*), *X* 302 (*υἱεῖ ἑκηβόλῳ* — *υἷι* Hoffm. et Bk.). — — In hymnis digammo obstant h. I 177, h. III 509, 522, h. XXV 2. Nullius sunt momenti h. I 45, h. III 18, 218, 236, 417, h. IV 151.

(F)εκατηβόλος. Breves syllabæ ante hoc verbum producuntur in cæsura semiquinaria *E* 444, *Π* 711, *υ* 278. Ceterum est post vocalem *ω* *O* 231, post longas syllabas in consonas exeuntes *A* 370, *ϑ* 339. — Unus qui digamma aspernatur locus *P* 333, ubi vulgo legitur *Αἰνείας δ' ἑκατηβόλον,* ab Hoffmanno et Bekkero ita emendatus est: *Αἰνείας δὲ Fεκηβόλον.* — — In hymnis nullus locus aut requirit consonam aut abnuit. Mitto enim h. II 51, 61, 99, ubi brevis syllaba in semiseptenaria cæsura ante hoc vocabulum producitur, et h. I 157, h. III 234, ubi in cæsura semiquinaria idem fit: ceteri loci sunt h. I 134, 140, h. II 37, 44, h. IX 6.

(F)εκατηβελέτης non est nisi *A* 75, ubi antecedit brevis syllaba in semiquinaria cæsura producta.

Ϝεκηβολίαι est in hiatu *E* 54, qui versus incipit: *οὐδὲ Ϝεκηβολίαι.*

Ϝεκάβη(?), *Ἑκάβη*. Versus *Ω* 193 *ἐς δ' ἄλοχον Ἑκάβην ἐκαλέσσατο φώνησέν τε* ad digamma huic voci vindicandum vix sufficit, cf. *Z* 152 al. et supra p. 29. Porro post semiquinariam cæsuram est hæc vox *Π* 718, post longam vocalem *η* *Z* 293, post longas syllabas in consonas exeuntes *Z* 451, *X* 234. — Obstant vero hi loci: *X* 430 (*δ'*), *Ω* 283 (*ἦλθ'*), 747 (*αὖθ'*).

(*Ϝ*)*Ἑκαμήδη* non est nisi in clausula versus *ἐυπλόκαμος Ἑκαμήδη* *Λ* 624, *Ξ* 6, e quibus locis argumentum repetimus levius: cf. *β* 65 et supra p. 31.

Ϝέκα-στο-ς ἕκα-στο-ς quisque, (*Ϝ*)*ἑκάστο-θι* in quoque loco, (*Ϝ*)*ἑκά-τερ-θε(ν)* ab utroque latere, utrimque.

De digammo harum vocum iam non possumus dubitare, quum *Ϝέκαστος* exstet in titulo quodam Locrensium, qui inscriptus *Ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα* ab Oeconomida nuper (Athenis 1869) est editus[1]), ubi hæc vox quater occurrit: *Ϝέκαστος* v. 9, *Ϝεκάστων* vv. 26, 30, *Ϝεκάστους* v. 28. Quod digammo hæc vox caret in titulo boeot. CIG. n. 1569 a III vv. 43, 51, 53, 'ubi id ex usu homerico exspectaveris' (Boeckh ib. I p. 719), huic rei non tantum, quantum vult Ahrens I 170, tribuendum videtur, quum digamma etiam in voce *Ἀρνοκλεῖος* CIG. 1593 v. 8 (tit. Orchom.) sit neglectum (cf. Boeckh I p. 720); quod vero deest in tab. heracl. I vv. 51—172 (septiens), id neminem offendat considerantem, etiam voces *οἰκίαν, οἰκοδομῆται* ib. vv. 137—147 sine digammo esse scriptas. Si de origine earum, de quibus nunc agimus, vocum quærimus, veri simillima ea est sententia, quam proposuit Allen (Curtii Stud. III 251), ex qua in vocibus *ἑ-κά-τερο-ς* et *Ϝέ-κα-στο-ς* inesse putamus et stirpem pron. refl. *σϜε* et stirpem pron. interrog. l. indef. *κα κο πο*, ut accipiendæ sint pro **Ϝε-κά-τερο-ς* 'pro se uterque' **Ϝε-κα-τατο-ς Ϝέ-κα-στο-ς* 'pro se quisque' i. e. uterque vel quisque separatim agens. Conferenda sunt sscr. *ka-tara-s*, gr. *πό-τερο-ς*, lat. *u-ter* (pro **cu-ter* Corssen Beitr. 1), sscr. *ka-tama-s* 'quis e compluribus', gr. *πό-στο-ς*, lat. *quo-tu-s*, quæ pronomina suffixa compar. et superl. gradus adiectivorum sibi asciverunt. Quo quum accedat, quod etiam vis indefiniti quod vocatur pronominis huic stirpi sub-

[1]) Hunc titulum iterum ediderunt G. Curtius, Curtii Stud. II 441 sqq., et W. Vischer, Rhein. Mus. (1871) XXVI 39 sqq.

est, via satis munita ad eam, quam supra exposuimus, interpretationem progredimur. Cf. Curtius Etym. 426.

Iam si de usu homerico quærimus, locos vel plurimos digamma requirere, alios autem haud paucos consonam illam non admittere invenimus.

Ϝέκαστος ἕκαστος. Ascripto huic voci digammo hiatus his locis summoventur post ea quæ sequuntur vocabula *a*) in primo pede *ταῦτα* ξ 362, ο 487, *ῥά* β 384, ϑ 10, *δέ* ι 431, — *b*) in secundo pede *ὅπλα* λ 9, μ 151, *ταῦτα* Λ 550, Ψ 95, *ἄνδρα* Β 127, *ἔπειτα* Κ 166, *δέ* Ι 656, Ξ 507, Π 283, Ρ 215, δ 231, χ 43, *αὖϑι* Η 100, — *c*) in quinto pede *γυῖα* Η 215, Σ 31, Υ 44, λ 527, σ 238, 341, *δόρπα* Ι 88 (var. l.), *ἔργα* β 252, *πολλά* ϱ 452, *δέρμα* δ 440, *ἄνδρα* Ε 37, Η 424, Ι 11, Κ 68, Ο 660, Π 351, Χ 415, κ 173, 547, μ 207, ω 441, *κήρυκα* ϑ 399, σ 291, *νῆα* Τ 277, Ψ 3, *φῶτα* Β 164, 180, Ρ 552, ϱ 365, *δεδμήμεσϑα* Ε 878, *φϑιόμεσϑα* Ξ 87, *ἐϑηεύμεσϑα* ι 218, *οἶδα* σ 228, υ 309, *σέ* ω 337, *κλισίηνδε* Ι 712, Ψ 58, *οἶκόνδε* Λ 606, α 424, γ 396, η 229, ν 17, ω 418, *γέ* Ψ 374, *δέ* Β 449, 509, Θ 562, Ι 66, 85, Π 169, ι 114, 159, 220, κ 292, μ 90, ξ 14, ω 342, *ἠδέ* λ 233, μ 25, ω 236, *τέ* Θ 233, γ 361, *ἐγρήγορϑε* Η 371, Σ 299, *διεξερέεσϑε* Κ 432, *ϑέσϑε* Ν 121, δ 729, *ἀγάσησϑε* Ξ 111, *μνήσασϑε* Ο 662, *ἠτιάασϑε* Π 202, *γνῶτε* Τ 84, *γνώσεσϑε* Ψ 497, *ἐσημήναντο* Η 175, *ἀπηνήναντο* Η 185, *εὐχετόωντο* Θ 347, Ο 369, *μνώοντο* Π 697, *ἀφωπλίζοντο* Ψ 26, *ἐφράσσαντο* φ 222. — Mitto eos hiatus, qui sunt post *τά* Λ 706, Τ 339, μ 16, 165, ξ 375, post *ἤγειρα* Ρ 222, post pron. *ἕ* Ψ 203, post *ἐρέοιμι* λ 229, post *ἦχι* Λ 607, Γ 326, Λ 76, γ 87, quæ vocabula fortasse elisionem ægre ferunt, itemque eos hiatus, qui sunt in trochaica pedis tertii cæsura Ρ 226, Σ 375, δ 119, 445, ω 238. Tum vox *ἕκαστος* excipit vocalem *υ* ν 385, terminationem gen. sing. *οιο* π 390, *ι* dat. sing. tert. decl. Β 610, 618, Ν 230, Υ 353, Ψ 350, β 91, μ 99, ν 7, 380, ξ 514: antecedit autem præpositio *ἀμφίς* Λ 634, 748, τ 46, ν ἐφ. verb. Β 451, Λ 47, Μ 84, Ο 109, Ρ 250, Υ 25, α 349, β 207, 392, δ 137, ζ 189, 265, η 149, ι 164, 245, 309, 342, κ 14, 392, λ 338, μ 34, ν 191, ξ 436, υ 11, χ 31, ω 261, ν ἐφ. nom. Β 775, 805, Γ 1, Δ 428, Ε 195, Η 334, Θ 520, 544, Κ 473, Λ 731, Ο 701, Σ 496, Ψ 130, 371, κ 397, ν 76, ξ 105, ν ἐφελκ. adv. Ρ 386. — Iam venimus ad eos locos, qui digamma aspernantur. Qui probabili coniectura sanari possunt, sunt fere hi: Β 719 (*δ' ἐν ἑκάστῃ — δὲ Ϝεκάστῃ* Bk.), Ε 470 (*ὤτρυνε μένος καὶ ϑυμὸν ἑκάστου — μένος ϑυμόν τε Ϝεκάστου* Bk.): similes sunt loci Ε 792, Ζ 72, Λ 291, Ν 155,

Ο 500, 514, 667, *Π* 210, 275, *Θ* 15; *Ι* 203 (*ἔντυνον — ἔντυνε* Bk.), *Ψ* 107 (*μοί — τέ* Hoffm.), *β* 258, *σ* 428, *ω* 188 (*δῶμαθ' — δῶμα* Bk.), *μ* 130 (*δ'* del. Bk.), *ρ* 70 et *τ* 463 (*ἐξερέεινον — ἐξερέοντο* Bk. hom. Bl. 317), *τ* 592 (*τοί — τέ* Bk.), *ω* 417 (*καὶ θάπτον — θάπτον τε* Bk.). Audacius autem *Ι* 383 Bekker delevit *ἀν'*, quæ præpositio hic non potest deesse, et *Ψ* 370 verba *πατάσσε δὲ θυμὸς ἑκάστου* hoc modo mutavit: *θυμὸς δ' ἐπάτασσε Ϝεκάστου:* nam si ita scriptum vel dictum esset, nullus adiecto *ν ἐφ.* fuisset hiatus, nulla mutandi causa. Mitto emendationem Hoffmanni *Λ* 11 et *Ξ* 151. Qui restant loci sunt hi: *Ι* 180, *Κ* 216, 388, *Ο* 189, 288, 505, *Ρ* 252, *Τ* 302, 332, *Ψ* 55, *Ω* 1, *γ* 7, *θ* 259, 324, 392, *ι* 60, 65, 127, 468, *λ* 542, *ξ* 128, *ο* 24, 577, *π* 313, 501, *χ* 57, *ω* 339.

In minoribus homericis carminibus vocabulum *ἕκαστος* in hiatu est h. II 299 (*καλά* 5), h. IV 15 (*θεῖσα* 5), 212 (*δέ* 5), h. VI 16 (*ἠρήσαντο* 5), batr. 167 (*ἔμπληντο* 5). Mitto h. III 313 (*τά*). Repugnant vero hi loci: h. I 163, h. II 357, h. III 428, h. V 302, batr. 164. Ceteri habent *ν ἐφ.* h. II 269, h. III 129, 205, 431, 559.

(Ϝ)εκάστοθι est in cæsura trochaica pedis tertii *γ* 8 post verbum *προὔχοντο*.

(Ϝ)εκάτερθε. Quum in hiatu hoc vocabulum, quippe quod a duabus brevibus syllabis incipiat, occurrere non possit, leviora servati digammi argumenta nobis supersunt, quæ ex his productionibus in secunda thesi factis repetuntur: *ζ* 19 *σταθμοῖιν ἑκάτερθε*, *λ* 578 *γῦπε δέ μιν ἑκ.*, *χ* 181 *τὼ δ' ἔσταν ἑκ.:* cf. *Υ* 243, *Β* 233, *Ψ* 211 et supra p. 28, 29. Præterea est post longas vocales vel diphthongos *Ψ* 329, *Ω* 319, *α* 335, *ι* 386, 430, *σ* 211, *φ* 66, et post longas syllabas in consonas desinentes *Γ* 340, *Λ* 27, *Ψ* 813, *ζ* 263. — Ante hoc vocabulum *Υ* 153 elisione minuta est particula *ῥά*, quem Bekkerus summovit, particula *δέ* autem *Ω* 273 et *η* 91. — — Nihil probat h. I 27.

Ϝεκ-ών ἑκ-ών volens *a*) libens, animo libenti *b*) consulto (*Κ* 372), *(Ϝ)ἕκ-η-τι* volente l. favente quo, gratiâ cuius, *ἀ-(Ϝ)έκων, ἀ-(Ϝ)έκητι; (Ϝ)ἕκ-η-λο-ς* libens, tranquillus, *εὔκηλος* (pro **ἐ-Ϝεκηλος*) id., *ἀ-(Ϝ)εκ-αζ-ό-μενο-ς* invitus, coactus.

Sscr. r. *vaç vaç-mi* desidero, exopto, *a-vaç-a-s* invitus. — Curtius Etym. 130, Bopp Gl. — Curtius etiam lat. *in-vī-tu-s* pro **in-vic-(i)-tu-s* ex hac radice ortum putat. Repugnat Corssen. Certe

Curtius vocem non protulit, in qua et consonam *c* et interpositam vocalem *i* ante dentalem consonam eiectas videamus. Cf. Schleicher Comp. 254. Digamma græcarum vocum resedit in verbo *εὔκηλος* (de quo cf. Buttmann, Lexil. I 145 sq.), in glossis Hesych. *γέκαλον* (*γέγκαλον* cod. ordini literarum impugnat)· ἥσυχον, *βεικηλά* (Ahr. II 46 coni. *βέκηλα*)· νωχελῆ, ἀχρεῖα. *Λάκωνες, γεκᾶσα* (pro *γεκαθά* em. Schmidt)· ἑκοῦσα atque exstat in tit. locr. post. ab Oeconomida edito v. 12, ubi est *Ϝεϙόντας*. In iis, quæ supra ascripsi, duplicatis vocabulis vestigium consonæ initialis haud dubium apparet. Atque Alcm. fr. 36 (Ἔρος με δαὖτε Κύπριδος Ϝέκατι Bergk) ad brevem syllabam producendam digamma videtur requiri.

Ϝεκών ἑκών. Restituto digammo summoventur hi hiatus *a*) in primo pede *Z* 523 (*ἀλλὰ Ϝεκών*), *δ* 372 et 647 (*ἠὲ Ϝεκών*), — *b*) in secundo pede *γ* 214 et *π* 95 (*ἠὲ Ϝεκών*). — In cæsura trochaica pedis tertii sunt duo hiatus *H* 197 et *N* 234. Firmiorem vocalem verbi *δῶκα* excipit hæc vox *Δ* 43 et vocabuli *οὔτι* *Θ* 81, *δ* 377, *χ* 351, antecedit autem *ν* ἐφ. verb. *Γ* 66, *K* 372. — Obstant digammo quinque loci: *Ψ* 434 (*γάρ* — *δέ* Bk.), *Ψ* 585 (*μέν* — *τι* Bk.), *β* 133 et *δ* 649 (*αὐτός*), *ε* 100 (*δ' ἄν*).

Ϝέκητι est in hiatu durissimo duobus locis in quinto pede: *τ* 86 Ἀπόλλωνός γε Ϝέκητι et *υ* 42 *σέθεν τε Ϝέκητι*. — Præter hos locos non occurrit nisi *ο* 319, ubi excipit vocem Ἑρμείαο.

Ϝέκηλος ἕκηλος in eodem hiatu, quinti pedis dico, invenitur post *ἀλλά* *I* 376, *Λ* 75, *O* 194, *λ* 184, *μ* 301, *ν* 423, *ξ* 91, 167, *φ* 259, 309, post *οἱ δέ* *E* 759, *οἵ γε* *P* 340. — Ceterum est post *τά* *Z* 70, post coniunctionem *ὅ* *φ* 289, post *ν* ἐφ. nom. *E* 805, *π* 314. — Tres loci digammo repugnant: *Θ* 512 (*ἐπιβαῖεν*), *β* 311 (*εὐφραίνεσθαι*), *ρ* 478 (*ἔσθι'* — *ἔσθε* Bk., cf. codd. CK ap. La Roche).

εὔκηλος: ut a consona non incepisse eam vocem putamus, ita elisionem excipit *Λ* 554, *γ* 263, *ξ* 479. — Fortasse addamus oportet *ἀ-(Ϝ)έκων* esse *A* 301, 326, 348, 429, 456, *α* 199, 403, *β* 130 al. frequentissime, *ἀ-(Ϝ)έκητι* *Λ* 667, *M* 8, *O* 720, *α* 79, *γ* 28, 213 al., *ἀ-(Ϝ)εκαζόμενος* *Z* 458, *ν* 277, *τ* 133 cet. Etiam *E* 366, *γ* 484 sim. loc. figuram *ἀέκοντε* pro *ἄκοντε* receperunt La Roche et Ameis, quos vide ad *γ* 484.

In hymnis *ἕκηλος* est in hiatu h. v 451 (*ἀλλά* 5). Digammo vocis *ἑκών* repugnat h. II 241 (ex coni. Baumeisteri), vocis *ἕκητι* h. IV 147, h. XXVI 5. Mitto h. II 293.

R. *ϝελ ϝελ-ϝ ϝαλ* curvare, volvere, molere: **ϝελ-ύ-ω ἐλ-ύ-ω* curvo, proclino, *(ϝ)ειλύ-ω* obvolvo, amicio, obtego, *εἴλῡ-μα* tegimentum, *ειλυ-φάω ειλυ-φάζω* contorqueo, *ειλ-ί-πους* pedes curvans, contorquens, *(ϝ)ἰλλ-άς* funis contortus, *(ϝ)ὅλ-μο-ς 'κοῖλος λίθος'* Schol., mortarium, *(ϝ)ὀλοοί-τροχο-ς* volvendo currens, volubilis sc. lapis; *(ϝ)οὐλ-αί (ϝ)οὐλ-ό-χυται* hordea leviter contusa; **ϝαλ-έ-ω ἀλ-έ-ω (ϝ)ἀλε-τρεύ-ω* molo, *(ϝ)ἀλε-τρίς* molitrix, *(ϝ)ἄλ-ει-αρ* farina (triticea), *(ϝ)ἀλο-ιά-ω* trituro, pulso, *ἀλω-ή* area ad triturandum apta, solum fertile, vinea.

Sscr. r. *val* agitare, cingere, circumdare (Fick), *val-a-tê* tegitur, induitur (Westergaard Rad. 253), *val-ana-m* n. conversio (das Winden, Wenden Fick), *val-aja-s* quod circumdat, sæpes, armilla (Bopp); — lat. *volv-o, volû-to, volû-men, in-volvo, ob-volvo;* — got. **valv-j-an, at-valvjan προσκυλίνδειν, af-valvjan ἀποκυλίνδειν, valv-ison κυλίεσθαι;* scand. vet. *val-r* rotundus. — Curtius Etym. 334, Bopp Gl., Fick 185, Corssen Beitr. 322, Gabelentz et Loebe Gl., Egilsson lex., Pott Ww II 1 640 sqq.

Primum de significatione harum vocum non nihil dicamus. Etsi inter sanscritas voces easque, quas ex aliis linguis attuli, aliquantum differt, ex eodem tamen fonte, quem in vi agitandi volvendi curvandi positum putamus, deductæ videntur. Fortasse alia sscr. vocabula sunt, quæ ad græca latinaque propius accedant. Primam græcarum vocum significationem illustrare videtur vox *ἔλῡ-μα* proprie sine dubio 'curvatum quiddam', inde 'dentale aratri' (vide Rich, Wörterb. d. röm. Alterth. s. v. dentale). Deinde non prætereundum est *ἔλυ τρο-ν* (pro **ϝέλυ-τρο-ν*, cf. Hesych. *γέλουτρον· ἔλυτρον, ἤγουν λέπυρον* et Ahrens II 54), quod prorsus idem est quod lat. *in-volû-cru-m* (cf. Bugge, Kuhn's Zschr. XX 143). Sscr. autem *var-u-tra-m* 'amiculum', quod a rad. *var* 'tegere' (Westerg. 65, Fick 181 n. 4) vix potest esse alienum, cum Curtio ab his vocibus potius seiungimus. — Iam vero si radicem ipsam respicimus, triplicem eius figuram esse cognoscimus. Prima est enim sscr. et scand. vet. *val*, gr. *ϝελ ϝαλ ϝλα,* lat. *vla*, ex qua præter voces supra allatas *(ϝ)ὅλ-μο-ς, (ϝ)ἀλ-έ-ω* al. etiam hæ originem ducunt: *εὔληρα* 'habenæ' *Ψ* 481 pro **ἐ-ϝλη-ρα* ut lat. *lô-ru-m* pro **vlo-ru-m* (cf. Hesych. gl. *αὔληρον* et *ἄβληρα*, Curtius Etym. 516, Corssen Beitr. 505, de significatione autem cf. *ἰλλάς,* Hesych. *ἰλλάδας*) et *εὐλή* 'vermis' *T* 26 al., qua cum voce comparanda sunt et lat. *volu-*

-cra, *in-volv-ulu-s* et gl. Hesych. *ὑάλῃ· σκώληξ* (Curtius 512). Huc etiam referendum est *οὖλ-αι*, quod pro **Ϝολ-αι* **Ϝουλ-αι* esse his gl. Hesych. demonstratur *βωλία, βωλίς· μάζης εἶδός τι ἐν ταῖς θυσίαις* (cf. Brugman, Curtii Stud. IV 135). Secunda radicis figura est amplificata illa gr. *Ϝελ-Ϝ*, lat. *vol-v*, got. *val-v*, cui figuræ opposita est alia figura suffixa consona *t* aucta, quæ nobis occurrit in got. *val-t-j-an ἐπιβάλλειν*, scand. vet. *vel-t-a*, german. vet. *val-z-an* volvere (Schade, Wörterb., cf. verba slav. apud Curtium). Ex hac græca radice *ϜελϜ* deducuntur **Ϝελύ-ω εἰλύ-ω, ἰλλάς* (haud dubie pro **ϜιλϜ-α(δ)-ς*), *ὀλοοίτροχος* (fortasse e figura quadam **ϜολϜ-οί-τροχο-ς* ortum). Corssenii sententia, qua initio fuisse sumit **Ϝολ-Ϝο-ί-τροχο-ς*, eam ob causam minus placet, quod digamma in suffixa syllaba *Ϝο* in vocalem *ο* immutatum minus veri simile videtur. Forsitan eodem ducendum sit gl. Hesych. *ἀβέλλει· στρέφει* (pro *στέφει* cod. em. Schmidt), si quidem licet eam lesb. habere **ἀ-Ϝέλλ-ει* pro **ἀ-ϜελϜ-ει*, ut lesb. *χέλλ-ος* att. *χεῖλ-ος* pro **χελϜ-ος* (Benfey II 281, Ahr. I 58), lesb. *γόννα* pro **γονϜ-α* al. In hac radicis figura *ϜελϜ* reduplicationem quandam mutilam inesse censent Buttmann Lexil. II 166 et Curtius. Quæ attulerunt similia persuadere dubitanti vix possunt, et vehementer repugnat Corssen (Ausspr. II 163 not.). At et quod hæc figura in diversis linguis recurrit et ipsa significatio, in qua inest vis quædam iterandi, hanc sententiam videntur commendare. De tertia huius radicis figura græca, quæ suffixa syllaba *εϜ* vel *οϜ* est amplificata, *Ϝαλ-οϜ* dico, quo referimus *ἀλο-ιά-ω* et *ἀλω-ή*, vide Curtium Etym. 524. — Vocem *μάλευρον* i. q. *ἄλευρον* antiquum in hac voce digamma indicare est veri simile, quamquam quæ inter eas voces intercedat ratio, non facile dicitur. — Duplicatum vocabulum *εἰλ-ί-ποδ-ες*, quod Buttmannus Lexil. II 155 cum sequente radice coniungens 'stampffüssige' reddit, quum boves ad terendum frumentum ab antiquis adhiberentur, aptius fortasse ita accipitur, ut significet 'pedes curvantes vel torquentes'. Hoc et verius de bobus dicitur et, quo modo ingrediantur boves, melius describere videtur. In epithetis enim eligendis Homerus, quæ eius est vel in minimis rebus et observandis sagacitas et depingendis veritas, eas res, quæ sub oculos ipsæ cadunt, ita solet describere, ut non res gestas legere sed quo modo gerantur spectare nobis videamur. Quod si ita est, restat tamen obscuritas quædam in ipsa figura explicanda, num *εἰλ-ί-ποδε-ς* ex **ϜελϜ-ι-ποδε-ς* profectum putemus. — In verbo *ὀλοοί-τροχος* (*ὀλοί-τροχος* Herod. Xen.) locativi casus memoriam inesse putant Pott I² 781, Roediger, de græc. compos. Lips.

1866 p. 76. Non eadem tamen est huius verbi ratio atque verborum ὁδοι-πόρος, χαμαι-γενής sim., quæ vim locativi casus servarunt.

In carminibus homericis nullum digammi vestigium manifestum certumque invenimus, quo his vocibus illam consonam vindicemus.

ἐλύσθη, ἐλυσθείς digamma non possunt accipere his locis Ψ 393 (γαῖαν ἐλύσθη), Ω 510 (Ἀχιλῆος ἐλυσθείς), ι 433 (γαστέρ' ἐλυσθείς).

εἰλύω. Unicum idque satis leve argumentum repetitur e loco ξ 479 εὗδον δ' εὔκηλοι, σάκεσιν εἰλυμένοι ὤμους. Antecedit quidem gravior cæsura semiquinaria, sed profecto paululum ab hoc versu differunt Δ 440 vel Η 164, cf. supra p. 30. Tum ante hoc verbum brevis syllaba in cæsura semiquinaria producitur ε 403, vel sunt diphtongi Ε 186, ξ 136 vel longæ syllabæ in consonas exeuntes Π 640, Ρ 492. Legitur autem in introitu versuum Μ 286, Φ 319, υ 352. — Unus locus consonam prorsus abnuit Σ 522, ἷζοντ' εἰλυμένοι, quæ verba Bekkerus in ἷζον ϝειλυμένοι mutavit. — — Nihil probant h. II 272, h. III 151, 245.

εἴλυμα correptam vocem που excipit ζ 179, εἰλυφάω autem vocabulum τ' elisione minutum Λ 156: εἰλυφάζω est in cæsura bucolica Υ 492 πάντῃ τε κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει, sed quum semiseptenaria cæsura antecedat neque bucolica illa vel interpunctione vel sententiæ ratione semiseptenariam obscurare videatur, fortasse ex hoc loco de digammo huius verbi statuendum est. Semiseptenariæ enim officit cæsura bucolica Κ 351, Ρ 368.

εἰλίποδες. Omnes loci digamma aspernantur. Sunt hi: Ζ 424, Ι 466, Ο 547, Π 488, Φ 448, Ψ 166, α 92, δ 320, θ 60, ι 46; — — accedunt h. III 216, 370.

ἰλλάς est in versus introitu Ν 572, ὅλμος eandem versus sedem obtinet Λ 147: ὀλοοίτροχος longam syllabam in consonam desinentem excipit Ν 137. Ante vocabulum οὐλαί ν ἐφ. verb. est traditum γ 441, οὐλόχυται autem consonam initialem nullo loco potest accipere: est his locis: Α 449, 458, Β 410, 421, γ 445, 447, δ 761.

ἀλετρίς est post ν ἐφ. verb. υ 105, ἀλοιάω post ν ἐφ. nom. Ι 568. Ceteræ voces digamma non ferunt: ἀλέω υ 109, ἀλετρεύω η 104, ἄλειαρ υ 108, ἀλωή Ε 90, 499, Ι 534, 540, al., α 193, ζ 293, η 122, λ 193, al.

R. ϝελ (ϝαλ) urgere, comprimere, coërcere: ϝείλ-ω εἴλ-ω (ϝ)ειλ-έ-ω urgeo, comprimo, includo, (ϝ)εἶλα-αρ propu-

gnaculum, *(ϝ)ἶλ-α-δόν* catervatim, *(ϝ)οὐλ-α-μός* conferta multitudo, turba; **ϝαλ-ί-σκ-ο-μαι* (aor. coni. *(ϝ)ἁλ-ώ-ω*) coërceor, capior, *(ϝ)ἅλ-ις* confertim, satis.

Sscr. r. *var vṛ-ṇô-mi* arceo, *vâr-ajâ-mi* arceo, prohibeo, *vâra-s* multitudo, caterva; — got. *var-j-an* κωλύειν. — Curtius Etym. 502, Westergaard Rad. 66, Bopp Gl., Fick 181, Gab. Loebe Gl.

In his vocibus explicandis, de quarum digammo uberrima e græca lingua repetuntur testimonia, eam viam ingrediamur, ut de singulis vocabulis separatim agamus. Ad verbum ipsum *ϝείλω ϝειλέω* pertinent gl. hæ Hesych. *γηλιώμενοι· κατεχόμενοι*, quod severioris Doridis generis est pro *ϝειλε-ό-μενοι* Ahr. II 160, 210, *γηλουμένους* (Ahr. coni. *γηλομένως*)· *συνειλημμένους*, *γέλλαι· εἶλαι* (est lesbiacum i. q. hom. *ϝέλσαι* cf. Ahr. I 148, Kuehner Ausf. Gram. I 622). Neque hic prætereamus, quum significatio huc ducat, etsi figura ad rad. *ϝελ-ικ* ἑλίσσω potius videatur spectare, gl. Hesych. *γελλίξαι· συνειλῆσαι*, quacum conferimus *ἑλλίζων· εἴλλων* (pro lesb. putamus, cf. Ahr. I 58). Mitto autem duas gl. corruptas, cf. Ahr. II 54. Tum in tab. Heracl. I v. 152 est *ἐγϝηληθίωντι* i. e. *ἐκ-ϝειληθέωντι*, *ἐξειληθῶσι* cf. Ahr. II 159, 209, atque in tit. Gortyn., quem primus edidit Thenon Revue archéol. VIII 1863 p. 441 sqq. tab. 16, sunt hæc verba *κατα ϝ[ε?]λμενον τον πολιαταν*[1]), quæ ille interpretatur *κατὰ ἐελμένων τῶν πολιητῶν* reddens 'devant les citoyens rassemblés.' Non iusta causa *F* in *E* videtur ille mutasse. Helbig (de dialecto cretica Numburgi 1869) legit *καταϝηλμένων*, quod accipit pro **καταϝελμένων*, ut *ἦπον* pro *εἶπον* est traditum, *ἦχον* pro *εἶχον* cf. Ahr. I 90, II 202. Præterea consona initialis indicatur et vocali prosthetica, quæ inest in infinitivo *ἐ-(ϝ)έλσ-αι Φ* 295, et augmento syllabico quod vocatur figurarum imperf. *ἐ-(ϝ)είλε-ον Σ* 447 atque aor. *ἐ-(ϝ)άλ-η N* 408 al. et reduplicato perfecto *(ϝ)ἐ-(ϝ)ελ-μαι M* 38 al. Denique resedit vestigium in duplicato *προτι-(ϝ)ειλεῖν K* 347. Si quærimus, qua ratione verba *εἴλω*, dor. *ϝήλω*, lesb. **ϝέλλω ἀπ-έλλειν* (Hesych.) ex hac rad. *ϝελ* exstitisse censeamus, veri simillima est sententia Brugmani (Curtii Stud. IV 122), qui ad figuram quandam **ϝελ-νω* has omnes revocat. — Pro digammo vocum *ϝείλη*, *ϝἴλη ϝιλ-α-δόν* primum afferendum est *ϝιλαρχιόντων* in tit. Lebad. (Leake, Travels in north. Greece II n. 31 v. 3: de lectione Boeckhii CIG. n. 1588 *εἰλαρχιόντων* cf. Ahr. II 516). Tum habemus gl. Hesych. *βειλαρμοστάς· βειλάρχας*.

---

[1]) Litera illa, quæ est post digamma, deleta prope est vel adeo obtusa, ut non possit agnosci. Titulum hunc reddidit Savelsberg dig. tab. I n. 11.

Ταρεντῖνοι (*ἁρμοσταί* vocantur magistratus Spartanorum sociis præfecti, Ahr. II 93), *ὕλη· ὁμῆλος*, quod non dubitamus quin pro *ὅμιλος* sit intellegendum (cf. Curtius Etym. 513). — Voci homericæ **Ϝουλαμός οὐλαμός* respondet gl. Hesych. *γόλαμος· διωγμός*, cf. Brugman ib. p. 135. — Ad **Ϝαλ-ί-σκ-ο-μαι* pertinet æol. *ε-ϑαλ-ω-κ-ε-ν* Ahr. I 36, 37 not. 12. — Ceterum hic non omittendum est *Ὀιλεύς* (Curtius 523), quocum sine dubio conferenda sunt verba *ΑιϜας ϜιλαταϚ*, quæ ad tabulam explicandam in sepulcro quodam ad oppidum Vulcos sito sunt exarata (ad sin. script., Bullettino Roma 1857 p. 119). Neque ab alio fonte manavit gl. Hesych. *βήλημα· κώλυμα. φράγμα ἐν ποταμῷ. Λάκωνες*, cf. hom. *εἶλαρ*. Mitto autem corruptam gl. *αὐεοῦλλαι· ἀέλλαι*, cf. annot. Schmidtii. Tamen non præterimus duplicata *ἀ-ελλής, ἀ-ολλέ-ες, ἀ-ολλίζω*. — Iam schol. ad *α* 226 huc retulit *εἰλα-πίνη* 'convivium, epulum', ut sit '*ἡ πολλῶν εὐωχία, ἐν ᾗ κατὰ εἴλας πίνουσιν*.' Dubitationem afferret correpta vocalis *ι*, nisi ad stirpem *πι* suffixam syllabam *-νη* accessisse duceremus. Minime placet Doederlinii sententia hom. Gl. 2267.

Ex his vocibus quædam sunt, quæ manifestissima digammi servati vestigia in carminibus homericis præbeant.

(*Ϝ*)*εἴλω* (*Ϝ*)*ειλέω*. E loco *Φ* 8 *ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαϑύρροον ἀργυροδίνην* vix possumus de digammo quicquam concludere: cf. *B* 233 al. l. supra p. 28 allatos; etiam minus e locis *B* 294 et *λ* 573, ubi ante hoc verbum diphthongi producuntur. Est præterea in initio versuum *E* 782, *Θ* 215, *μ* 210, *τ* 200, *χ* 460 et longas syllabas in consonas exeuntes excipit *E* 203, *Θ* 215. At nullus locus digammo repugnat.

(*Ϝ*)*ἔλσα*. Mitto hiatum, qui est in cæsura bucolica *Λ* 409, tum locum *Φ* 225, ubi antecedit anceps illa particula *πρίν*. Ceterum est post longas syllabas *ε* 132, *η* 250 et in versus introitu *Λ* 413. — Unus locus consonam abnuit *Σ* 294 (*τ' ἔλσαι*).

Ϝάλην. Restituto digammo hi hiatus summoventur *a*) in primo pede *ἧστο Ϝαλεὶς Π* 403, — *b*) in secundo *δὲ Ϝαλεὶς X* 308, *ω* 538, — *c*) in quinto pede *ἔμπλητο Ϝαλέντων Φ* 607. — Minoris momenti est, quod brevis syllaba in seminovenaria cæsura producitur *Ψ* 420. Etiam mitto hiatus duos in cæsura tertii pedis trochaica *E* 823 et *Φ* 571. Tum excipit hoc verbum firmiorem vocalem *υ Σ* 286, *X* 12, 47, et *ν ἐφ. Π* 714, *Φ* 534, *Σ* 76.

(*Ϝ*)*ἔ*(*Ϝ*)*ελμαι*. Nullo loco aut requiritur digamma aut reduci non potest. Est enim hæc verbi figura post hiatum, qui est in cæsura trochaica pedis tertii *Σ* 287, post firmiorem vocalem *υ Ω* 662, post *ν ἐφ.* nom. *M* 38, *N* 524 (— h. III 306 Baumeister).

εἶλαρ longas syllabas in consonas desinentes excipit *Η* 338, 437, *Ξ* 56, 68. — Ne digamma restituatur, obstat *ε* 257 *κύματος εἶλαρ ἔμεν κτλ.*

(ϝ)ἰλαδόν est in versus introitu *Β* 93. — Composita *ὅμ-ιλ-ο-ς ὁμ-ιλ-έ-ω ὁμ-ιλαδόν* consonam spirantem amissam demonstrant. — *εἰλαπίνη* est in initio versuum *Ψ* 201, *α* 226. Mitto *λ* 415, ubi antecedit particula *ἤ*. Obstant *Κ* 217, *Σ* 491. A verbo *εἰλαπινάζω* incipiunt versus *β* 57, *ρ* 536. Initiali consonæ huius verbi repugnant *Ξ* 241 et *ρ* 410, item vocis *εἰλαπιναστής* *Ρ* 577.

ϝουλαμός est in hiatu in fine quarti pedis præeunte cæsura semiseptenaria in hac versus clausula *ἀνὰ ϝουλαμὸν ἀνδρῶν* *Δ* 251, 273, *Υ* 113. Mitto autem hiatum in bucolica cæsura *Υ* 379.

ἥλων ϝαλώω cet. Ascito digammo hiatus in quinto pede duriores tolluntur his locis: *ἠὲ ϝαλῶναι* *Μ* 172, *ἠὲ ϝαλώῃ* *Ξ* 81, *εἵμαρτο ϝαλῶναι* *Φ* 281, *ε* 312, *ω* 34. — In cæsura tertii pedis trochaica est hiatus *Φ* 495. Antecedit firmior vocalis *υ* *Ι* 592, *ν* ἐφ. nom. *Β* 374, *Δ* 291, *Ν* 816, *Ρ* 506, adv. *κέν* *Λ* 405, *Χ* 253, *ξ* 183, *ο* 300, *σ* 265. Memorabilis est locus *Ε* 487, ubi est *λίνου ᾱλόντε:* quæ vocalis *α* productio non e litera liquida insequente (Koch, Ameis), sed ex antecedente digammo videtur esse interpretanda, ut *ᾱλής* confertus (Callim.), *ἀ-ᾱγές* *λ* 575, *(ϝ)οὐλαμός* pro **ϝολαμός*. Aliter Buttmann Sprachl. II 108. — *χ* 230 legimus *δ' ἥλω*. — — Consonæ repugnat batr. 284 (*γὰρ ἀλώσεται*).

ϝάλις ἅλις Digamma hos hiatus tollit *a*) in primo pede *νῆα ϝάλις χρυσοῦ κτλ.* *Ι* 137, 279, — *b*) in secundo pede *ἔνθα ϝάλις* *Β* 90, — *c*) in tertio pede, ubi trochaicæ huius pedis cæsuræ officit semiseptenaria, quam antecedit semiternaria: *ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ϝάλις χρυσόν τε δέδεξο* *Χ* 340, *χαλκόν τε χρυσόν τε ϝάλις ἐσθῆτά τε δόντες* *ε* 38 et *ψ* 341, *χαλκόν τε χρυσόν τε ϝάλις ἐσθῆτά θ' ὑφαντήν* *ν* 136 et *π* 231. — Mitto brevis syllabæ in quinto pede productionem *Χ* 473 (cf. supra p. 31), hos hiatus in tertii pedis cæsura trochaica *Φ* 352, *π* 389, *ρ* 298, diphthongum *αι* productam *Γ* 384, itemque vocalem *η* *ω* 486. Tum est hoc verbum post terminationem gen. sing. *οιο* *Ξ* 122, post *ν* ἐφ. verb. *η* 295 et nom. *Ι* 376, *Φ* 319, *β* 339, post lit. parag. *κ* particulæ *οὐκ* *Ε* 349, *Ρ* 450, *Ψ* 670, *β* 312, *ρ* 376, post longas syllabas *ο* 77, 94. — Tres loci, ut vulgo leguntur, spiranti literæ obstant, sed non multum valent. *Ρ* 54 Zenodoteæ lectioni *ἀναβέβροχεν* accommodatam esse coniecturam Bentleii *ὅ* (pro *ὅθ' ἅλις*) Hoffmannus monet. *Φ* 236 *πολλούς, οἵ ῥα κατ' αὐτὸν ἅλις ἔσαν* Bentleius auctore Eustathio variamque codicum lectionem sequens emendavit in *ἔσαν ϝάλις*,

quod receperunt Heyne et Bekker. *Φ* 344, ubi est πολλούς, οἵ ῥα κατ' αὐτόθ' ἅλις ἔσαν (v. l. αὐτὸν ἅλις), suo iure idem Bentleius coniecit κατ' αὐτὸ ϝάλις ἔσαν, ratione habita vocum proximi versus ἐν πεδίῳ. Durior illa ante bucolicam cæsuram brevis syllabæ productio facile nos impellit, ut hic quoque ἔσαν ϝάλις legendum esse putemus. Habemus tamen simile quid *Ω* 544 al. (cf. p. 29). Totum versum e superiore versu 236 transcriptum Heynius putat. — — In hymnis mitto productionem h. I 74 et hiatum h. IV 139; obstant vero h. III 179, 180, 493.

*ϝέλδ-ο-μαι ἔλδ-ο-μαι, *ἐ-ϝέλδομαι ἐ-έλδομαι opto, desidero, ἐ-(ϝ)έλδ-ωρ desiderium.

Sscr. r. *var vṛ vṛ-ṇâ-mi* eligo, *vṛ-ṇê* desidero, opto, peto qd ab aliquo; — gr. r. βολ hom. βόλ-ε-ται *Α* 319, βούλ-ο-μαι; — lat. *vol-o;* — got. *vil-j-an* βούλεσθαι. — Curtius Etym. 502, Bopp Gl. — Ad hanc radicem gr. *val* ϝελ accedit consona suffixa δ (cf. Pott I[1] 224, Curtius 63), qua ascita oritur rad. ϝελ-δ. De glossis Hesych. μέλδει· ἐπιθυμεῖ et μελδόμενος· ἐπιθυμῶν, quæ et Lobeckio Path. I 114 et Schmidtio suspectæ videntur, inspiciendus est Curtius Etym. 541, qui cum vocibus, quas supra scripsimus, eas conferendas censet. Præterea satis apparet prosthetica vocali ε consonam quandam initialem in his vocibus indicari.

ἔλδομαι est in initio versus *Ψ* 122. Duo qui supersunt loci *Ε* 481, ψ 6 consonam respuunt, quum antecedat vocabulum τάτ' elisione minutum. Nihilo minus et Hoffmannus et Bekkerus mutandum censent: scribunt τά. — ἐ(ϝ)έλδομαι *Η* 4, 7, *Ν* 638, *Ξ* 269, 276, α 409, δ 162, al. pro ϝέλδομαι adhibetur, ut prava illa in fine pedis tertii cæsura evitetur: ἐ(ϝ)έλδωρ sæpissime versus concludit: *Α* 41, 455, 504, *Θ* 242, γ 418, ϱ 242, cet.

R. ϝελ-ικ *ϝελίσσω (pro *ϝελ-ικ-j-ω) ἑλίσσω volvô, verso, flecto, ϝέλιξ ἕλιξ tortuosus, (ϝ)ἕλιξ armilla, (ϝ)ἑλίκ-ωψ, (ϝ)ἑλικ-ῶπις arcuatis (rotundis) oculis decorus, ? ἐλελίζω celeriter converto, concutio.

Has voces ad radicem ϝαλ ϝελ 'curvare, volvere', quam in verbis ἐλύω 'curvo, proclino', εἰλύω 'obvolvo, obtego', aliis inesse cognovimus, esse referendas Curtio Etym. 335 largimur. Comparanda est gl. Hesych. γελλίκη (duplicem liquidam ordo literarum postulat)· ἕλιξ, quæ ob geminatam liquidam fortasse pro lesbiaca habenda est. Ceterum constat hanc glossam pro substantivo acci-

piendam esse, ut sit idem quod lat. *voluta*. Et ἑλίκη et ἕλιξ hoc sensu ab Aristotele usurpatur. Vestigium digammi apparet in natura augmenti εἰλίσσετο h. VII 40, εἰλιγμένος Hesiod. Th. 791. — Quam Ameis (ad *A* 98 Anhang) vocis adi. ἕλιξ interpretationem protulit, ex qua ad rad. σελ ἑλ, quæ in verbis σέλ-ας 'splendor', σελ-ήνη 'luna' conspicitur, referenda est, ea doctior quam veri similior videtur. Accedit quod a consona quadam hæc vox apud Homerum sine dubio incepit. Amissam esse consonam σ, si quando in hac voce fuit, vix crediderim, quum σῦς al. eam retinuerint. Qua re ad priorem eiusdem Ameisii explicationem (ad α 92 Anhang) accedo (cf. etiam lex. Passov.). De origine atque notione compositi verbi ἑλίκωψ non pugno. Solitam opinionem secutus illud huc retuli. De variis sententiis disserit Ameis (ad *A* 98 Anhang). Res non facile decernitur. — De verbo ἐλελίζω nihil certi habemus. Fick p. 169 hoc verbum ἐ-λελίζω cum sscr. *rêg' rêg'-a-ti* 'facit ut quis exsiliat, contremiscat', *rêg'-a-tê* 'exsilit, contremit', got. *laik-an* σκιρτᾶν (aliter Meyer goth. Spr. p. 300) coniungit. Atqui et ε prosthetica vocalis ante reduplicatam syllabam posita, cuius rei nullum exemplum vidi nisi ὀ-νί-νη-μι, si quidem recte de hac voce coniecit Fick 108, dubitationis non nihil movet, neque — quod maioris est momenti — significationes homericæ illis alienis vocibus bene respondent. Inest enim nonnullis locis vis convertendi: ε 314 περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξεν 'ratem circum convertit, contorsit' potius quam 'concussit'; *E* 497 οἱ δ' ἐλελίχθησαν καὶ ἐναντίοι ἔσταν Ἀχαιῶν 'conversi sunt celeriter' sc. a fuga (ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν v. 496), ubi vix potest accipi 'a fuga concussi sunt': recurrit autem hic versus *Z* 166, *A* 214, *P* 343; *A* 588 στῆτ' ἐλελιχθέντες καὶ ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ 'consistite conversi [ad pugnam]' cet., ubi nulla alia vis ferri potest. Fortasse, ut ad rem ipsam redeamus, ἐλ-ελ-ίζω e rad. ϝελ ϝελ-ικ [1]) abiecto digammo sed reduplicata ipsa radice, quo facto vim quandam celeritatis impetusque accipit, est ortum. Vestigia digammi in carminibus homericis sunt profecto dubia. Cf. Benfey II 299. Addo *ϝελελίζειν minus esse veri simile, *ϝελ-ϝελ-ίζειν certe non homericum.

Ex his vocibus solum adi. ἕλιξ certa digammi vestigia apud Homerum habet.

ἑλίσσω est in cæsura trochaica pedis tertii *Θ* 340, *Σ* 372, *Φ* 11, υ 28, excipit vocalem υ *M* 74, item ν ἐφ. verb. *A* 317, *P* 283,

[1]) vel potius ϝελ-ιγ; non licet enim cum Meyero, vgl. Gram. II 52, proxime comparare μερμηρ-ίζειν aor. μερμήριξε *E* 671 et adi. μερμηρ-ι-κό-ς, in quo inest suff. adi. κο.

X 95, *Ψ* 466, *ν ἐφ.* nom. *M* 408, 467, *P* 728. — Obstant quinque loci, quorum tres emendavit Bekkerus: *N* 204 (*σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος — σφαιρηδὰ Ϝελ.* Bk., cf. *ἀποσταδά ζ* 143), *Ψ* 309 *περὶ τέρμαϑ' ἑλισσέμεν — τέρμα Ϝελ.* Hoffm. Bk.), *Ψ* 846 (*ἣ δέ ϑ' ἑλισσομένη — ϑ'* del. Hoffm. et Bk.), *Ψ* 320 (*ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται*), *υ* 24 (*αὐτὸς ἑλίσσετο*). Restat locus *M* 49, ubi Spitzn. habet *εἱλίσσεϑ'*, Dindorf Bekker al. *ἑλλίσσεϑ'*. — — In hymnis obstant h. VIII 6, h. XXXII 3; *εἱλίσσετο* est h. VII 40. Nihil probat h. II 183.

Ϝέλιξ ἕλιξ 'tortuosus'. Digamma huius vocis, si quidem recte de origine statuimus, ab Homero esse servatum hi loci, ubi particula *καί* in quinta thesi post bucolicam cæsuram producta legitur, haud dubie demonstrant: *Σ* 524 *δέγμενοι ὁππότε μῆλα ἰδοίατο καὶ Ϝέλικας βοῦς*: eadem versus clausula *καὶ Ϝέλικας βοῦς* recurrit *μ* 136, *ω* 66. — Minoris momenti sunt eæ brevium syllabarum productiones, quæ in cæsura seminovenaria his locis fiunt: *πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας (Ϝ)ἕλικας βοῦς* *I* 466, *Ψ* 166, *μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι καὶ εἰλίποδας (Ϝ)ἕλικας βοῦς* *α* 92, *δ* 320, sim. *ι* 46: cf. *K* 281, *λ* 571 et supra p. 31. Brevis syllaba in cæsura semiquinaria producitur *Φ* 448, diphthongus *αι* *O* 633, particula *μή* *λ* 289, antecedit *ν ἐφ.* nom. *M* 293, longa syllaba in consonam exiens *χ* 292. — Unus locus consonæ repugnat, *μ* 355 *βοσκέσκονϑ' ἕλικες κτλ.* — — In hymnis longas syllabas hæc vox excipit h. III 116, 567. Vocabulum *(Ϝ)ελικτός* est post *ν ἐφ.* h. III 192.

ἕλιξ 'armilla'. Consonam initialem abnuit *Σ* 401 *πόρπας τε γναμπτάς ϑ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους*. — — Recurrit hic versus h. IV 163; mitto h. IV 89.

(Ϝ)ελίκωψ. Satis apparet nihil de digammo posse statui ex hoc versu *Ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς* *Π* 569, *P* 274, coll. *ι* 62 al. (vide p. 30). Longas vocales diphthongosve excipit hæc vox *A* 98, 389, *Γ* 190, 234, et longam syllabam in consonam exeuntem *Ω* 402. Nihil tamen obstat. — — Mitto h. XXXIII 1: h. VI 19 est *Χαῖρ' ἑλικοβλέφαρε*.

ἑλελίζω. A consona quadam apud Homerum hoc verbum incepisse nequaquam efficitur his productionibus in semiternaria cæsura factis: *κυάνεος ἐλέλικτο δράκων, κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν* *A* 39 et *σειόμενον ἐλέλικτο· τιτύσκετο δὲ φρεσὶν ᾗσιν* *N* 558: vim semiternariæ quodam modo auget illic semiseptenaria cæsura, hic seminovenaria, cf. *Γ* 40, *B* 39 et supra p. 28. *Θ* 199 antecedit diphthongus firmissima *ῳ*, *Z* 109 longa syllaba in consonam desinens. — Repugnant vero hi loci, qui omnes elisionem ante hoc verbum factam præbent: *A* 530, *B* 316, *E* 497, *Z* 106, *Λ* 214, 488, *P* 278, 343, *X*

448, μ 416, ξ 306. — — Accedunt h. XXVIII 9, h. XXXIV 15, batr. 286. Mitto h. V 183.

R. *Fελκ* ἕλκ-ω, ἑλκ-έ-ω traho, ἑλκ-η-θ-μό-ς tractio violenta, ἑλκ-υ-στ-άζ-ω traho, rapto, ἑλκεσί-πεπλο-ς, ἑλκε-χίτων vestem trahens.

Lat. *lac-i-o* (pro **vlac-i-o*); — bulg. vet. *vlěk-ą*, lit. *velk-ù* traho. — Corssen Beitr. 46, 505, Curtius Etym. 131, Fick 397, Pott Ww. II 1 632. — Radicem esse *valk vlak* e slavicis linguis satis apparet. Digammo debetur augmenti genus, quod in figuris εἶλκον εἴλκυσε conspicitur.

Digamma in his vocibus iam antiquis temporibus evanuisse carmina homerica uberrime ostendunt.

ἕλκω. Digammo repugnant Α 210, Β 152, 165, Δ 213, Ι 683, Λ 259, 398, 457, Ν 383, Ξ 100, 106 al., γ 153, ν 32, σ 10, τ 506. Eos locos, qui nihil probant, hic non curo. Accedunt hæc composita: ἀν-έλκω Μ 434, φ 128 al., ἐφ-έλκω Ν 597, π 294 al., παρ-έλκω σ 282, φ 111. Mitto ἐξ-έλκω Δ 214. — ἑλκέω. Obstat Ρ 558 (h. I 147, h. VII 26): ἥλκησε est λ 580. — In ceteris vocibus consonam initialem abnuunt hi loci: ἑλκηθμός Ζ 465, ἑλκυστάζω Ψ 187, Ω 21, ἑλκεσίπεπλος Ζ 442, Η 297, Χ 105, ἑλκεχίτων Ν 685.

**Fέλκος* ἕλκος patens vulnus.

Lat. *ulcus*. — Curtius Etym. 131. — Digammo obstant Ε 361, Λ 267, 812, 834, 848, Ξ 130, Ο 393, Π 523, 528, Τ 49, Ω 420. Ceteros locos missos facio.

**Fέλος* ἕλος vallis, paludosa regio (*F*)ελε-ό-θρεπτο-ς in paludibus altus, Ἕλος n. pr., Ἐλε-ι-αι nymphæ palustres, Ἦλι-ς Ἠλε-ῖο-ς n. pr.

Lat. *valli-s*, *Velia* n. pr. — Curtius Etym. 336. — Digamma harum vocum ipsis titulis aliisque antiquitatis testimoniis satis defenditur, si nomina propria, quæ ab hac stirpe vix possunt secerni, ad comparationem assumimus. Sunt illa hæc. *Fελιε* (ad sin. scriptum) in nummo est (Savelsberg dig. n. 40), quæ figura apud Herod. α' 167 in Ὑέλη abiit, apud Dionys. Halic. Antiqu. Rom. I 20 Οὐέλια est scripta, apud Ptolemæum Οὐέλιαι, a Stephano Byzant. Βελέα et Ἐλέα est appellata (cf. Thiersch Gram. § 152 8, Pohl dig. 14, Curtius Etym. 513). Fortasse huc pertinent *Fελα*-

τίῃ, Ϝελατιήῦ CIG. 1569 a III vv. 26, 28. Ad nomen Ἦλις autem referenda sunt Ϝαλεῖοι, Ϝαλείων Savelsberg dig. nn. 32, 53, Ϝαλείοις CIG. n. 11. v. 1 (Ϝαληίοις Ahr.). Cf. Ahrens. I 226. Veri simile est et Ἦλις dor. Ϝᾶλις et lat. *vallis* e figura **valvi-s* prodiisse (Brugman, Curtii Stud. IV 119). — Spiritus in voce ἐλεόθρεπτος ab aspero in lenem videtur transiisse: aspero spiritu instructa in Et. Mg. invenitur. — Ἑλειαι h. v 23 est coniectura Ilgenii, quam receperunt et Hermannus et Baumeister.

In carminibus homericis nulla sunt digammi vestigia.

ἕλος. Apparet nihil ex producta diphthongo ῃ Δ 483, Ο 631 de servata spirante consona posse concludi. Atque obstant duo loci: ultima syllaba verbi ἵπποι corripitur Υ 221, particula καί item ξ 474. — Vocem ἑλεόθρεπτος antecedit diphthongus οι in tertia thesi producta Β 776. — — Ἕλειαι consonam initialem non accipit h. IV 23.

Ἕλος. Obstant Β 584, 594 (h. II 232). — Ἦλις, Ἠλεῖος. Nihil probant δ 635, ubi in versus introitu est, ν 275, ubi antecedit præpositio εἰς. Repugnant vero hi loci: Β 615, 626, Λ 671, 673, 686, 698, ο 298, φ 347, ω 431 (h. II 248).

R. Ϝελ-π *Ϝέλπ-ω ἔλπ-ω facio ut quis speret, (Ϝ)ἔλπ-ο-μαι ἐ-(Ϝ)έλπ-ο-μαι spero, exspecto, opinor, (Ϝ)ἐλπ-ί-ς, (Ϝ)ἐλπ-ωρή spes, Ϝελπ-ήνωρ Ἐλπ-ήνωρ n. pr.

Lat. *volup*, *volup-tâ-s*. — Curtius Etym. 248. — Hanc radicem Ϝελ-π esse a simplice rad. *vel vol*, Ϝελ βολ (cf. *Ϝελ-δ-ο-μαι) ortam literaque π addita amplificatam coniicit Curtius Etym. 61. Ad digamma approbandum succurrunt gl. Hesych. μολπίς· ἐλπίς, ὄλπα· ἡ ἐλπίς: 'malim ὄλπις' annotat Schmidt, qui ὀλπίζειν pro ἐλπίζειν Byzantinos dixisse commemorat, qua re non est cur cum Lobeckio Path. I 114 suspectam illam glossam habeamus. Corruptam gl. γέτις· ἐλπίς præterimus. Accedit quod in speculo etrusco scriptum est Ϝελπαρυν i. e. Ϝελπήνωρ (Savelsberg dig. n. 85). Præterea vestigia digammi apparent in formis prosthetica vocali ε instructis ἐ-(Ϝ)έλπεται Κ 105, ἐ-(Ϝ)ελποίμην Θ 196 (mitto ἐ-(Ϝ)έλπετο Μ 407 al., in qua figura vocalis pro augmento accipi potest), in temporibus reduplicatione auctis ἔ-ολπ-α ἐ-ώλπ-ει-ν pro *Ϝέ-Ϝολπ-α *ἐ-Ϝε-Ϝόλπ-ει-ν (cf. Brugman, Curtii Stud. IV 167), in iunctis vocabulis ἀ-(Ϝ)ελπ-ής ε 408, ἄ-(Ϝ)ελπ-το-ς h. I 91, h. v 219, ἀ-(Ϝ)ελπ-τ-έ-οντ-ες Η 310, ἐπι-(Ϝ)έλπομαι Δ 545, φ 126, denique in hiatibus Pindaricis Ol. XIII 80 (παρὰ Ϝελπίδα), Pyth. II 49 (ἐπὶ

Ϝελπίδεσσι), ubi digamma ex sua consuetudine ascripsit Mommsen. Accedit Hesiod. op. 475 (*καί σε ἔολπα*).

Neque in carminibus homericis certa vestigia desunt.

(Ϝ)έλπω Ϝέλπομαι ἔλπομαι. Durissimi hiatus in fine pedis tertii post semiquinariam cæsuram et sequente bucolica digammo ascito summoventur his locis: *I* 40 *δαιμόνι', οὕτω που μάλα Ϝέλπεαι κτλ.*, *I* 371 *εἴ τινά που Δαναῶν ἔτι Ϝέλπεται κτλ.*, *O* 288 *Ἕκτωρ. ἦ θήν μιν μάλα Ϝέλπετο κτλ.* (*μάλ' ἐϜέλπετο* Bk.). Tum, quod gravissimum est argumentum, in secunda arsi producitur particula *καί* *φ* 157 *νῦν μέν τις καὶ Ϝέλπετ' ἐνὶ φρεσὶν ἠδὲ μενοινᾷ.* — Mitto vocabulum *ἄν* in secunda thesi productum *η* 293 ac productionem eam, quæ in semiquinaria cæsura est *M* 261, deinde hiatus hos in cæsura bucolica: *N* 309, *P* 404, 603, *γ* 275. Tum vocalem firmiorem pronominis *τό* hoc verbum excipit *P* 406, longas vocales autem diphthongosve *N* 41, *Ξ* 67, *O* 504, *Φ* 605, longas syllabas in consonas exeuntes *O* 110, *ζ* 297. Postea ante id traditum est *ν ἐφ.* nom. *P* 234, 395, 495, litera paragogica particulæ *οὐκ* *γ* 319. Iam vero est in initio versuum *Γ* 112, *H* 199, [353,] *K* 355, *Ξ* 422, *Π* 281, 609, *P* 239, *Σ* 260, *Y* 180, 201, 432, *γ* 228, *φ* 314. — Septem loci consonam non admittunt, quos plurimos certe emendatos voluerunt Hoffmannus et Bekkerus: *Θ* 526 (*εὔχομαι ἐλπόμενος* — *εὔχομ' ἐελπόμενος* Hoffm., *Ϝέλπομαι εὐχόμενος* Bk.), *O* 539 (*ἔτι δ' ἔλπετο* — *καὶ Ϝέλπετο* Hoffm., Bk. nihil mutavit), *O* 701 (*Τρωσὶν δ' ἔλπετο* — *Τρωσὶ δὲ Ϝέλπετο* Hoffm., *δ' ἐϜέλπετο* Bk.), *Σ* 194 (*ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅδ', ἔλπομ'*, v. l. *ὅγ'* — *αὐτός, ἐέλπομ'* Hoffm., *αὐτὸς ὅ, Ϝέλπομ'* Bk.), *Ω* 491 (*ἐπί τ' ἔλπεται* — *καὶ Ϝέλπεται* Hoffm. et Bk.), *β* 91 et *ν* 380 (*πάντας μέν ῥ' ἔλπει* — Bk. del. *ῥ'*). Figura verbi imperf. *ἤλπετο*, quam antea a Wolfio in sex locis Iliadis scriptam esse Hoffmannus II § 177 2 commemorat, nunc uno tantum loco *ι* 419 restat neque hic, quod per se apparet, ratione metrica requisita sed auctoritate codicum servata. — Ampliorem illam verbi formam *ἐ(Ϝ)έλπομαι* sim. legimus *Θ* 196, *K* 105, *M* 407, *N* 609, 813, *P* 488, ubi aut ad pravam cæsuram evitandam valet aut nullius est momenti: duobus autem locis ratione metrica requiritur *N* 8, *ψ* 345. — — E minoribus carminibus addo *ἤλπετο* esse h. v 35: ceteros locos mitto: h. III 224, h. VII 28, batr. 291.

ϜέϜολπα ἔολπα, ἐώλπειν. Tres Odysseæ loci digamma ad hiatus duriores in secundo pede explendos requirunt *β* 275 *οὐ σέ γ' ἔπειτα ϜέϜολπα κτλ.*, *γ* 375 *Ὦ φίλος, οὔ σε ϜέϜολπα κτλ.*, *ε* 379 *ἀλλ' οὐδ' ὥς σε ϜέϜολπα κτλ.* — Antecedit *ν ἐφ.* nom. *T* 328, *υ* 328, *φ* 96, ubi est *ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει*, et *φ* 317 *ἐνὶ στήθεσσιν*

ἔλοπεν. — Ceteri loci digammo repugnant: *Υ* 186 (*χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέξειν* — *δὲ ϝέϝολπά σε ῥέξειν* Hoffm.), *Φ* 583 (*μάλ' ἔολπας ἐνί* — *μάλα ϝέλπε' ἐνί* Hoffm.), *Χ* 216 (*νῶϊ γ' ἔολπα* — del. *γ'* Hoffm.), *ϑ* 315 (*ἔτ' ἔολπα*), *ω* 313 (*νῶϊν ἐώλπει*). Bekkerus pro peculiari sua de *ε* prosthetico opinione nihil mutavit (hom. Bl. 133 sq.). Sed vera reduplicatio in perfecto *ἔ-ολπ-α* al. inesse putanda est (Leskien dig. 26). Plusquamperfecto *ἐ-ώλπ-ει* digamma non tribuendum est, si quidem ex **ἠόλπει* id ortum esse recte censet Brugman (Curtii Stud. IV 167). — — Addo h. v 213 (*ἄπ' ἔολπα*), 227 (*μιν ἔολπα*).

ϝελπίς. Haud dubium digammi argumentum repetimus ex versus clausula: *ἔτι γὰρ καὶ ἐλπίδος αἶσα* [*π* 101,] *τ* 84. Est quidem ut *καί* hic 'etiam' significet, qua re forsitan cæsura post hoc verbum esse putanda sit; neque tamen eo hæc levissimæ particulæ productio videtur excusari. — — Repugnat h. v 37.

(*ϝ*)*ἐλπωρή* est in initio versuum *β* 280, *ζ* 314, *η* 76, *ψ* 287.

Ϝελπήνωρ l. *Ἐλπήνωρ*. De digammo nihil efficitur ex eo, quod brevis syllaba vocis *νεκρόν* in semiquinaria cæsura ante hoc nomen producitur *μ* 10. Ceterum vocalem *η* in eadem versus sede productam excipit *λ* 51: atque est in initio versuum *κ* 552, *λ* 57.

R. *ϝεμ* *ἐμ-έ-ω* vomo.

Sscr. *vam-â-mi* vomo; — lat. *vom-o;* — scand. vet. *vom-a* nausea, ægritudo. — Bopp Gl., Curtius Etym. 302. — Digamma in hac voce iam maturrime evanuisse præter locos homericos ostendit *ἐξ-ήμεσσε* Hesiod. Theog. 497 (codd. et edd. ante Goettl. *ἐξήμησε*). Perf. *ἐμ-ήμ-ε-κ-α* apud posteriores demum scriptores in usum venit. — Est tantum *Ο* 11 *αἷμ' ἐμέων:* accedit *ἀπ-εμεσσεν* *Ξ* 437. Mitto *ἐξ-εμέσειε* *μ* 237, 437.

R. *ϝεπ* aor. *ἔ-ϝειπ-ο-ν* *ϝεῖπ-ο-ν* *εἶπ-ο-ν* locutus sum, dixi, (*ϝ*)*ἔπ-ος* verbum, (*ϝ*)*ὄψ* (st. *ϝοπ-*) vox, (*ϝ*)*ὄσσα* (pro **ϝοκ-ϳα*), fama, rumor, (*ϝ*)*ὀ-μ-φ-ή* vox divina.

Sscr. *vak'-mi* dico, loquor, *vak'-as* verbum, carmen, *vâk* (st. *vâk'-*) f. sermo, vox; — lat. *vóc-o*, *vox* (st. *vôc-*). — Curtius Etym. 419, Bopp Gl., Fick 176 sq. — Miram in hac stirpe esse consensionem inter sscr. *a-vôk'-a-m* (ex **a-va-vak'-a-m*) et gr. *ἔ-ϝειπ-ο-ν* (pro **ἐ-ϝε-ϝεπ-ο-ν*), inter sscr. *vâk'-as* et gr. *ϝέπ-ος*, inter sscr. *vâk* et gr. *ὄψ* et lat. *vôx* nemo est quin videat. In duobus titulis digamma his vocibus est servatum: CIG. n. 11. v. 3 (est foedus Eleorum et

Heræensium) exstat *Ϝέπος*, et tit. Gortyn. v. 11 (Revue archéol. VIII 1863 p. 441 sqq., Savelsberg dig. n. 11) præbet *αποϜειπαθθο* i. e. *ἀποϜειπάσθω* (imper. aor. l. med.), namque ut *σι* in *ττ* a Doribus mutari notum est (Ahr. II 103), ita hic *σθ* in *τθ*, inde dorico more in *θθ* abiit (cf. Roscher, Curtii Stud. I 2 p. 89). Ad boeoticam dialectum referenda est gl. Hesych. *γῖπον· εἶπον*, cf. Ahr. I 189. Tum Sapph. fr. 28 Blomfield et Alcæi fr. 55 Hermann e codicum scriptura *τειπῆν τ' εἰπῆν* sim. elicuerunt figuram *Ϝειπῆν*. Præterea a' Pindaro in his vocibus digamma pronuntiatum esse Boekhius ex hiatibus statuit: *εἰπεῖν* (quinquiens), *ἔπος* (Nem. VII 48), *ὄσσα* (Ol. VI 62). Accedit duplicatarum vocum haud parvus numerus vestigium initialis consonæ indicantium: *ἀπο-(Ϝ)ειπεῖν, δια-(Ϝ)ειπέμεν* (de his infra uberius), *ἁμαρτο-(Ϝ)επής N* 824, *ἀφαμαρτο-(Ϝ)επής Γ* 215, *ἀμετρο-(Ϝ)επής B* 212, *ἀπτο-(Ϝ)επής Θ* 209. Mitto *ἀρτι-(Ϝ)επής X* 281, *ἡδυ-(Ϝ)επής A* 248, *εὐρύ-(Ϝ)οπα β* 146 ('late tonans', cf. Doederlinius, hom. Gl. 509). Aspernatur vero *νήπιος* quæque ab eo originem ducunt, si eam vocem pro **νη-επ-ιο-ς* esse recte putamus. — Verbum *ἐν-οπ-ή* ad hanc rad., non ad rad. *σεπ ἐν-έπ-ω* referendum esse, e significatione locorum homericorum et loco Hesiod. Theog. 708 suo iure contendit Buttmann Lexil. I 288, II 273. Quid de prima huius verbi syllaba iudicandum sit, non liquet. — Vocabulum *ὀ-μ-φ-ή* post ascitam nasalem consonam literam *π* in aspiratam *φ* mutatam ostendit (Curtius 459).

In verbis *Ϝεῖπον* et *Ϝέπος* loci homerici et certissima et uberrima digammi vestigia præbent, in ceteris autem, quæ a vocali *ο* incipiunt, non item.

Ϝεῖπον Ϝείπω cet. Inter diversos modos nihil usus digammi differt. Ascripto igitur digammo 1) hiatus hi summoventur *a*) in secundo pede *τόσα Ϝεῖπες δ* 204, *μέγα Ϝεῖπες γ* 227, *π* 243, *ὅσα Ϝεῖπε η* 331, *Ἕκτορα Ϝεῖπε Y* 375, *ἀληθέα Ϝεῖπε ν* 254, *ἄρα Ϝεῖπε Π* 513, *P* 90, *Σ* 5, *T* 257, *Y* 343, *Φ* 53, 552, *X* 98, *Ψ* 143, *ε* 298, 355, 407, 464, *η* 330, *φ* 248, *σάφα Ϝείπω β* 43, *σάφα Ϝείποι β* 31, *μάλα Ϝειπέ A* 85, *ἄρα Ϝειπέ A* 403, *τόδε Ϝειπέ K* 384, 405, *A* 819, *Ω* 197, 380, 656, *α* 169, 206, 224, *δ* 486, *θ* 572, *λ* 140, 170, 370, 457, *ο* 383, *π* 137, *ω* 256, 287, — *b*) in tertio pede post semiquinariam cæsuram *σάφα Ϝειπέμεν γ* 89, *ρ* 106, *μέγα Ϝειπεῖν χ* 288, — *c*) in quinto pede *νημερτέα Ϝεῖπεν ε* 300, *νημερτέα Ϝείπω λ* 96, *Ἀγαμέμνονα Ϝείπῃς A* 90, *νημερτέα Ϝείπῃ γ* 19, *γλαυκώπιδα Ϝείπῃ Θ* 373, *ἄλλο δὲ Ϝείπῃ I* 313, *ἰθύντατα Ϝείποι Σ* 508, *οὔνομα Ϝειπέ ι* 335, *μητέρα Ϝειπεῖν π* 151, *σάφα Ϝειπεῖν Δ* 404, *εὔγματα Ϝειπών χ* 249, *με Ϝειπών θ* 185; — 2) producuntur hæc vocabula infir-

missima a) οἱ α) in secunda arsi σπεύδεσθαί οἱ Ϝειπὲ θεούς Ω 113, β) in secunda thesi Ὣς ἄρα οἱ Ϝειπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις Ν 821, ο 160, 525, et ὄφρα τί οἱ Ϝείπω πυκινὸν ἔπος κτλ. Ω 75, — b) τοί in secunda thesi ἥν τίς τοι Ϝείπῃσι βροτῶν κτλ. α 282, sim. habent δ 389, κ 539, καὶ δέ κέ τοι Ϝείπῃσι (non sequente semiseptenaria cæsura) δ 391, — c) μοί in secunda arsi ἀλλὰ σύ πέρ μοι Ϝειπέ δ 379 et 468, ἀλλὰ καὶ ὥς μοι Ϝειπὲ τεὸν γένος κτλ. τ 162, — d) καί α) in prima thesi καὶ Ϝείποι λαοῖσι χ 133, β) in secunda thesi ἔλθῃ, καὶ Ϝείπῃσι κτλ. Ο 57; — 3) producitur syllaba ultima vocabuli ἀτάρ in quarta thesi post graviorem tertii pedis cæsuram trochaicam φ 229 ἐξελθὼν μεγάροιο, ἀτὰρ Ϝείπῃσι καὶ εἴσω et χ 373 ὄφρα γνῷς κατὰ θυμόν, ἀτὰρ Ϝείπῃσθα καὶ ἄλλῳ. Hi, quos iam attuli, loci digamma requirere videntur, ut iustam excusationem habeant. Ceteri aut nihil probant aut digammo repugnant. Hos iam enumerabo.

(Ϝ)εἶπον (Ϝ)εἴπω cet. Mitto igitur hos hiatus in cæsura bucolica Ε 600, Ζ 86, Λ 647, Μ 60, 210, Ν 725, Ρ 334, Ψ 204, χ 367, 431, vocabulum μοί in secunda thesi productum Ω 744, β 216, εὖ productum in quinta arsi Ξ 127, α 302, [γ 200], diphthongum ου in quarta arsi productam ε 338, alias diphthongos, ῳ et ῃ, in thesibus productas α 86, ε 30, λ 224, tum has brevium syllabarum productiones in semiquinaria cæsura Λ 543, τ 98, in semiseptenaria maiore ζ 223, in semiternaria Ζ 459, 479, Η 87, Π 502, 855, Χ 106, 361, Ψ 575, ε 313, σ 166, φ 324, χ 392. Porro hoc verbum excipit firmiorem vocalem ι dat. sing. tert. decl. Ζ 75, Ψ 155, pronomen indef. τὶ Δ 22, Θ 459, δ 690, ζ 239, σ 43, υ 292, χ 397, ψ 73, ν ἐφ. verb. θ 302, ξ 494, ν parag. pronominis ἐγών Ι 26, 704, Μ 75, Ξ 74, 370, Ο 294, Σ 297, θ 564, μ 213, ν 179, χ 262, ν ἐφ. adverbii κέν (ὅττι κεν εἴπω sim.) Α 294, Β 361, Ε 421, Θ 408, 422, al., α 158, 389, β 25, 161, 229, al., longas syllabas in consonas exeuntes Α 68, 446, Γ 139, Δ 73, 292, Ε 35, Η 394, Ρ 237, 651, Σ 391, al., α 96, 125, 319, β 224, γ 361, δ 348, 425, 570, 767, 778, 838, ε 291, ζ 41, 71, 127, η 153, θ 15, 359, 406, ι 461, κ 76, 274, μ 272, ο 76, 314, ρ 139, al. Denique est in initio versuum Γ 192, Ζ 114, Τ 286, γ 214, δ 205, θ 179, 242, 550, 555, 577, ι 457, ν 306, ξ 47, ο 158, ω 337.

εἶπον εἴπω cet. Tres et triginta loci digamma non ferunt. Ex his tamen tredecim perfacile sanantur: Α 64 (ὅς κ' εἴποι — ὅς Ϝείπῃ Bk.), Δ 230 (ἀντίον εἴπῃ — ἀντία Bk.), Β 70 (ὡς ὁ μὲν εἰπών — ὅ γε Bk.), Ζ 281 (ἐθέλῃσ' εἰπόντος — ἐθέλῃ Ϝειπ. Hoffm. Bk.), Η 300 (ὧδ' εἴπῃσιν — ὡς Hoffm. Bk.), sim. habent Μ 317 et ζ 275,

H 375 (*τόδ' εἰπέμεναι πυκινὸν ἔπος* — *τὸ ϝειπ.* Hoffm. Bk.), *I* 668 (*τάδ' εἰπέμεν* — *τὰ ϝειπέμεν* Hoffm. Bk.), *P* 260 (*οὐνόματ' εἴποι* — *οὔνομα* Hoffm. Bk.), *Υ* 250 (*κ' εἴπῃσθα* — *κ'* del. Hoffm. Bk.), *χ* 350 (*τάδε γ' εἴποι* — *γ'* del. Bk.), *ψ* 342 (*δεύτατον εἶπεν* — *δεύτατα* Bk.). Minus probabiles hæ duæ emendationes videntur *Λ* 791 (*ταῦτ' εἴποις Ἀχιλῆι* — *ϝείποις ταῦτ' Ἀχ.* Hoffm., *τὰ ϝείποις Ἀχ.* Bk.) et *δ* 682 (*ἢ εἰπέμεναι* in initio versus — Bk. del. *ἤ*). Qui restant loci sunt hi: *ὄφρ' εἴπω* est in initio versuum *H* 68, 349, 369, *Θ* 6, *T* 102, *η* 187, *ϑ* 27, *ρ* 469, *σ* 352, *φ* 276: reliqui loci sunt *H* 277 (*σχέθον*), *α* 10 (*Διός*), 37 (*οἱ*), *δ* 28 (*ἀλλ'*), *ι* 279 (*μοί*), *λ* 297 (*πάντ'*), *π* 338 (*δ'*), *ψ* 91 (*μίν*). Mitto *ψ* 77 *οὐκ ἔα ϝειπέμεναι*, ubi *ἔα* per synizesin proferendum videtur, cf. *E* 256.

In minoribus homericis carminibus unus tantum locus digamma requirit, h. III 439 (*νῦν δ' ἄγε μοι τόδε ϝειπέ κτλ.*). Obstant vero h. II 108, h. III 154, 199, 218, 306, h. VII 54, batr. 109, 121, 138, 146. Mitto h. II 78, 214, 308 (*ἐγώ*).

ϝεῖπα εἶπα. Digammo eget hiatus, qui in fine secundi pedis est *χ* 46, ubi legitur *ταῦτα μὲν αἴσιμα ϝεῖπας κτλ.* — Tum excipit hæc vox vocabulum *πώ* in tertia thesi productum *Λ* 108, atque est in initio versus *φ* 198. — Repugnant duo loci: *A* 106 (*τὸ κρήγυον εἶπας* — fort. *τὰ κρήγυα ϝεῖπας*) et *γ* 427 (*ἀολλέες, εἴπατε δ' εἴσω* — Bk., qui *ϝείπατε* scribit, *ἀολλέες* sine dubio per synizesin pronuntiatum vult).

(ϝ)εἴπεσκε(ν). Digamma, ut in hac verbi figura fuisse sit veri simillimum, non demonstratur iis productionibus, quæ sunt in cæsura semiternaria in his dicendi formulis: *ὧδε δέ τις εἴπεσκε(ν) κτλ.* *B* 271, *Γ* 297, 319, *Δ* 81, *H* 178, 201, *P* 414, *X* 372, *β* 324, *δ* 769, *ϑ* 328, *κ* 37, *ν* 167, *ρ* 482, *σ* 72, 400, *υ* 375, *φ* 361, 396, *ψ* 148, et *ὥς ἄρα τις εἴπεσκε(ν) κτλ.* *Δ* 85, *P* 423, *X* 375, *δ* 772, *ν* 170, *ψ* 152. — Neque gravi impedimento est versus *Ἄλλος δ' αὖτ' εἴπεσκε* *β* 331 et *φ* 401, ubi facillima est vocabuli *αὖτ'* in *αὖ* mutatio.

De duplicatis hic separatim agimus. Sunt hæc: *ἀπ-έ(ϝ)ειπεν* *H* 416 al., *ἀπο-(ϝ)είπω* *α* 373, *ἀπο-(ϝ)είπῃ* *I* 510, *ἀπο-(ϝ)είποι* *Ψ* 361, *ἀπό-(ϝ)ειπ'* (imp.) *Λ* 515, *ἀπο-(ϝ)ειπεῖν* *I* 309, *ἀπο-ϝειπών* *T* 35 (*μῆνιν ἀπὸ ϝειπὼν Ἀγαμέμνονι κτλ.*, producta ante digamma brevi vocali); contra *ἀπ-ειπέμεν* *α* 91, *ἀπ-ειπόντος* *T* 75; — *δια-(ϝ)ειπέμεν* *δ* 215, sed *δί-ειπε* *K* 425; — *παρ-ϝειπών* e versus condendi legibus revocatur his locis: *αἴσιμα παρϝειπών κτλ.* *Z* 62 et *H* 121, *νῦν δέ με παρϝειποῦσ' ἄλοχος κτλ.* *Z* 337, tum *παρϝειπών* est in initio versuum *Λ* 793, *O* 404; contra legimus *παρ-είπῃ* *Λ* 555; —

προτι-(ϝ)είποι est X 329, ceterum *προσ-έ(ϝ)ειπον, -πε(ν)* sexcentiens. — Mitto *ἐξ-είπω* l. *ἐκ-ϝείπω* I 61 sim., *μετ-έ(ϝ)ειπεν* frequentissime. — Locis igitur longe plurimis digammi memoria resedit.

ϝέπος. Hanc vocem in carminibus homericis componendis digamma servasse statuimus 1) ex his hiatibus: *a*) in primo pede χ 392 (*ὄφρα ϝέπος*), Λ 652 (*νῦν δὲ ϝέπος*), Ψ 544 (*τοῦτο ϝέπος*), — *b*) in secundo pede Π 686 (*εἰ δὲ ϝέπος*), — *c*) in tertio pede, quem sequitur semiseptenaria cæsura maior antecedente aut semiternaria aut ea quæ est in fine pedis primi (cf. supra p. 42), Γ 204 *ὦ γύναι, ἦ μάλα τοῦτο ϝέπος νημερτὲς ἔειπες,* Ο 206 *Ἶρι θεά, μάλα τοῦτο ϝέπος κατὰ μοῖραν ἔειπες,* similes sunt loci γ 226, ϑ 141, π 69, φ 278, ψ 183, tum Κ 540 *οὔπω πᾶν εἴρητο ϝέπος, ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί,* idem fere præbet π 11, Ο 566 *ἐν θυμῷ δ' ἐβάλοντο ϝέπος, φράξαντο δὲ νῆας,* Υ 250 *ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ϝέπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις;* Δ 350 *Ἀτρείδη, ποῖόν σε ϝέπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων,* similes sunt loci Ξ 83, α 64, γ 230, ε 22, τ 492, φ 168, ψ 70: de his quidem paulum dubitamus, quum bucolica cæsura quamvis levis in his versibus insit: tamen semiseptenaria sententiæ ratione firmari videtur; — *d*) in fine quinti pedis in hac versus clausula *ἔργον τε ϝέπος τε* Ο 234, β 272, 304, λ 346; — 2) e particula *καί* in prima thesi producta Γ 222 (*καὶ ϝέπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα κτλ.*); — 3) e brevi vocali *ο* in quarta thesi producta κ 246 *οὐδέ τι ἐκφάσθαι δύνατο ϝέπος, ἱέμενός περ:* duriorem esse hanc productionem eo apparet, quod sequitur cæsura bucolica maioris momenti; — 4) denique ex his brevium syllabarum productionibus, quæ quum inter maiorem tertii pedis cæsuram et bucolicam sint interiectæ, non vi semiseptenariæ cæsuræ, quæ nulla est, excusationem habent: Λ 108 *εἶπας ϝέπος οὔτ' ἐτέλεσσας,* Η 375 *πυκινὸν ϝέπος, αἴ κ' ἐθέλωσιν,* idem fere habent Λ 788, Ω 75, 744, tum *ἐμὸν ϝέπος* Θ 8, ω 262, *τεὸν ϝέπος* Ξ 212, Ω 56, ϑ 358, *κακὸν ϝέπος* Ρ 701, Ω 767.

(ϝ)ἔπος. Iam magnus locorum numerus ad hanc quæstionem diiudicandam nihil efficit: ex iis hos satis erit attulisse. Excipit vox *ἔπος* hiatus in cæsura trochaica pedis tertii Λ 419, Γ 398, Κ 542, Τ 121, γ 374, δ 370, ζ 254, ϑ 194, 408, ι 376, κ 319, ξ 52, 131, ο 536, ϱ 163, τ 362, 415, υ 111, 236, φ 193, terminationem gen. sing. *οιο* Ε 170, Φ 356, τ 402, firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. Ζ 253, 406, Ξ 232, Σ 384, 423, Τ 7, β 302, ϑ 291, κ 280, λ 247, ο 530, π 168, σ 171, τ 309, pronomen indef. *τὶ* Γ 83, δ 163, ϑ 397, ξ 463, ο 27, verbum *εἴποιμι* σ 166. Producitur autem ante hanc vocem brevis vocalis *α* in cæsura semiquinaria ω 494 (*αἶψα δ' Ὀδυσσῆα (ϝ)έπεα πτερόεντα προσηύδα,* cf. Ε 576 et supra p. 17),

tum breves syllabæ in consonas desinentes producuntur in cæsura semiternaria *M* 249, *Φ* 98, in seminovenaria *Γ* 249, *Δ* 233, 241, *K* 461, *Λ* 379, *N* 619, *Ξ* 500, *O* 210, *P* 119, 215, 537, *Υ* 424, *Φ* 183, *X* 329, *Ψ* 492, *β* 323, *γ* 345, *ϑ* 415, *κ* 70, *τ* 155, *χ* 26, 225, *ω* 173, in semiquinaria *B* 109, 361, *Δ* 203 (versus frequentissimus), *E* 871, *H* 356, *Θ* 496, *Λ* 815, *N* 462, *Ξ* 234, 356, *O* 48 (vers. frequ.), *Π* 236, 537, 829, *Σ* 324, *Υ* 204, *Φ* 121, *X* 377, *Ω* 92, 224, *δ* 25, 503, *λ* 616, *π* 7, 22, *ϱ* 349, 396, 543, 552, 591, *τ* 3, *χ* 100, 150, 311, 343, 366, 436, *ψ* 112. Porro longæ vocales vel diphthongi producuntur his locis: *Λ* 211, 216, 304, 395, 504, *Δ* 92, *E* 123, 816, *I* 100, *K* 202, *Ξ* 44, *O* 106, *Σ* 72, *X* 454, *Ψ* 489, *β* 240, 362, *γ* 99, 148, 243, *δ* 286, 329, 350, 420, 704, *ζ* 146, 289, *η* 341, *ϑ* 175, 241, 396, *ι* 409, *κ* 34, 324, 377, 418, *λ* 154, 348, 367, 472, *μ* 266 (*μοί* IV th.), *ο* 440, *ϱ* 40, 141, 584, *τ* 565, *ψ* 106. Postea vocem *ἔπος* antecedit *ν ἐφ.* verb. *E* 372, *Z* 485, *δ* 311, 640, *ε* 181, al. vel nom. *I* 113, *Ξ* 218, *δ* 597, al., litera parag. *ν* pronominis *ἐγών* *Υ* 367 vel litera *κ* adverbii *οὐκ* *O* 162, 178; denique longæ syllabæ in consonas desinentes antecedunt *Λ* 77, 150, *B* 378, 807, *Γ* 38, 155, *Δ* 6, 69, 284, 312, 337, 369, al., *ϑ* 77, 170, 346, 407, *ι* 282, 493, *κ* 173, 178, 422, 428, 430, 442, 482, 547, al.

ἔπος. Restant loci haud pauci, qui digamma restitui, ut vulgo leguntur, non sinant, sed ex his tantum non omnes levissima facta mutatione sanantur. Primum eos locos tractemus, quorum emendatio ex alia quadam verbi *ἔπος* figura videtur esse petenda. *E* 879 est *ταύτην δ' οὔτ' ἔπεϊ προτιβάλλεαι:* facillime cum Hoffmanno coniicimus *δ' οὔτε ϝέπει* coll. *Λ* 395 al. Notissimus est versus *καί μιν* (l. *σφεας*) *φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα:* ita leguntur *O* 35, 89, 145, *β* 269, *ε* 117, *η* 236, *ϑ* 442, 460, *ν* 290, *ψ* 34. Pro *φωνήσασ'* *X* 81 habet *δακρυχέουσ'*. Si verbum *ἔπεα* per synizesin legendum putamus ut *σάκεα* *Δ* 113, *στήθεα* *Λ* 282, *τεμένεα* *λ* 185, *κρέα* *ι* 347 al., illi loci hoc modo sanantur: *φωνήσασα* (*δακρυχέουσα*) *ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα.* Tum constat dat. plur. esse figuras *ἐπέεσσι* et *ἔπεσσι:* hæc figura (*Λ* 77 al.) hiatum efficit *K* 542, sed illum quidem ipsa versus sede satis defensum. Aliis locis longiorem illam figuram, ut hiatus expleantur, in huius brevioris locum esse substitutam veri simillimum est, ut *E* 30 *ἑλοῦσ' ἐπέεσσι* pro eo quod antiquius videtur fuisse *ἑλοῦσα ϝέπεσσι*, *E* 893 *δάμνημ' ἐπέεσσιν* pro *δάμνημι ϝέπεσσιν.* Reducta igitur breviore illa figura digamma his locis vindicamus: *E* 30, 893, *I* 376, 526, *M* 391, *O* 127, 156, *Υ* 200, 211, 256, 431, *Φ* 286, *Ψ* 363, *Ω* 102, 771, *γ* 264, *δ* 137, 461,

η 17, ϑ 91, ι 224, λ 99, μ 36, ν 323, ϱ 123, 393, σ 111, 244, φ 192, 206, χ 213, ψ 216, ω 410. Dubitari potest, num hoc modo etiam *Λ* 582, *B* 342, *Ξ* 208 sanandi sint. Fortasse melius interpositas particulas γ' ϱ' Bekkerus delevit. Si ita est, ad alterum emendandi genus referendi sunt, ad quod iam transeamus. Item *B* 213 particula ϱ' summovenda videtur. Minus in promptu est, quid dicendum sit de versu *ὀψὲ δὲ* (l. *καὶ τότε*) *δή μιν ἔπεσσιν ἀμειβόμενος* (*-νη*) *προσέειπεν* δ 706, ε 96, κ 500: similes sunt versus δ 484, ι 258, π 193, τ 214, ι 363. Ad figuram pron. tert. pers. *Ϝέ ἕ* confugit Bekkerus, qui habet *δή Ϝε Ϝέπεσσιν*. Tum probabilis est coniectura Bentleii *H* 108 *δεξιτερὴν ἕλε χεῖρα Ϝέπος τ' ἔφατ' κτλ.* pro *δεξιτερῆς ἕλε χειρός* coll. *Ξ* 137 et Bekkeri π 469 *ὅς δὴ πρῶτα Ϝέπος* pro *πρῶτος ἔπος*, audacius autem Bekker *E* 689 digamma restituit traiecto verborum ordine: *χάρη δ' ἄρα Ϝοι Διὸς υἱός* ‖ *Σαρπηδὼν προσιόντι, Ϝέπος δ' ὀλοφυδνὸν ἔϜειπεν* pro eo quod codices habent *χάρη δ' ἄρα οἱ προσιόντι* ‖ *Σαρπηδὼν Διὸς υἱὸς ἔπος κτλ.* Bentleium sequitur, qui videlicet hunc locum Iliadis digammo solum repugnantem intactum relinquere noluit. Atque ex Odyssea sex tantum loci restant: λ 146 (*ῥηίδιόν τοι ἔπος ἐρέω*), 561 (*ἵν' ἔπος*), ξ 509 (*παρὰ μοῖραν ἔπος*), ο 375 (*οὔτ' ἔπος*), ϱ 374 (*Ἀντίνοος δ' ἔπεσσιν*), ω 161 (*ἀλλ' ἔπεσίν τε κτλ.*).

In minoribus homericis carminibus vox *ἔπος* nusquam hiatum efficit. Requirunt tamen digamma hæ brevium syllabarum productiones, quæ sunt in quarta thesi ante bucolicam cæsuram: h. v 117 (*ἡμὲν Ϝέπει*) et ib. 323 (*ἐμὸν Ϝέπος*). Mitto autem has productiones: adiectus numerus pedem significat: h. II 356 (2), 362 (3), h. IV 184 (3), h. V 336 (5), atque hiatus hos in cæsura tertii pedis trochaica h. II 79, h. V 53, ep. XI 1. Ex iis, qui obstant, locis ea, quam supra demonstravimus, via facillime sanantur hi loci h. I 106, h. III 182, h. V 118, 199, 320. Supersunt h. III 46, batr. 12.

(*Ϝ*)*ἐπες-βόλος* in cæsura trochaica pedis tertii excipit vocem *λωβητῆρα* *B* 275. — *ἐπες-βολίη* spirantem consonam non accipit δ 159 (*ὧδ' ἐλθὼν τὸ πρῶτον ἐπεσβολίας ἀναφαίνειν*), ubi probabilis est Bekkeri coniectura *τὰ πρῶτα*.

ὄψ. Nihil ad digamma demonstrandum efficiunt breves syllabæ in semiquinaria cæsura productæ *Σ* 222, μ 52, vel hiatus, quem hæc vox efficit in cæsura tertii pedis trochaica λ 421, vel longæ vocales diphthongive productæ *Λ* 604, *Γ* 152, *Δ* 435, *Π* 76, *Υ* 380, μ 192, ω 60. Ceterum excipit literam parag. pronominis *ἐγών* *H* 53, *ν ἐφ.* nom. *Ξ* 150, longas syllabas in consonas exeuntes *B* 182, *K*

512, *X* 451, *κ* 221, *μ* 160, 185, 187, *ξ* 492, *υ* 92, *ω* 535. — Obstant vero loci *Γ* 221, *Δ* 137, *Φ* 98, *ε* 61, ubi ante hoc vocabulum elisio est facta. — — Nihil probant h. II 11, h. V 67, h. XXVII 18, ep. IV 10.

(*ϝ*)*ὄσσα*. Apparet nihil argumenti e locis *α* 282, *β* 216 posse repeti, ubi post semiseptenariam maiorem hæc vox particulam *ἠ* in quarta arsi productam excipit, cf. supra p. 33. Tum antecedit *ν* *ἐφ*. nom. *B* 93, et ab hac voce incipit versus *ω* 413. — — Repugnat autem h. III 443.

ὀμφή. Spirantem initialem non admittunt *B* 41, *Y* 129, *γ* 215, *π* 96. — — Item ex hymnis h. III 471, 532. Mitto h. III 543, 545, 566.

R. *ϝερ ϝρε*: **ϝείρ-ω εἴρ-ω* (pro **ϝερ-jω*, (*ϝ*)*ἐρ-έ-ω*, *εἴρη-μαι* ex **ϝε-ϝρη-μαι*, (*ϝ*)*ῥη-θ-είς*) loquor, dico, (*ϝ*)*ῥῆ-σι-ς* oratio, *ϝρή-τρη* edictum, pactum, 'aftal', (*ϝ*)*ῥη-τήρ* orator, (*ϝ*)*ῥη-τό-ς* dictus, *εἴρ-η ἀγορά*, locus conveniendi, *εἰρήνη* pax (cf. *ῥήτρη*).

Lat. *ver-bu-m*, umbr. *ver-f-ale* = lat. *ver-b-ale*; — got. *vaur-d* (st. *vaur-da-*) n. *λόγος, ῥῆμα*. — Curtius Etym. 321, Corssen Ausspr. I 171, Meyer goth. Spr. 368, Pott Ww. II 1 678, Fick 396. — In linguis italicis gotica slavicis consonas *f b d* ad stirpem simplicem *var ver* additam reperimus, qua re recte videtur Fick vocem europæam *var-dha* constituisse. Hanc consonam aspiratam *dh* in italicis linguis in *f b* transire, in gotica vero in consonam *d*, est notissimum. Suffixas literas vel syllabas singulis linguis tribuerem (cf. Richert Ljudlag. 99), nisi variæ consonæ italicæ ad hanc aspiratam spectarent. Utcumque est, a vocibus græcis alienas illas nimis anxie seiunxit Pott, neque est quod Corssenium sequentes cum sscr. rad. *vrdh* has voces comparemus, cui significationem crescendi augendi attribuit Westergaard Rad. p. 189. — Digamma huius stirpis, etsi paucis nititur antiquitatis testimoniis, tamen est certissimum. In foedere Eleorum et Heræensium CIG. n. 11 v. 1 exaratum est *ϝράτρα*, et Æoles pro *ῥήτωρ* dixisse *βρήτωρ* commemorat Priscianus Inst. I p. 23 (Krehl). Obscurior est gl. Hesych. *ευειρω· εἴπω*: fortasse æol. pro **ἐ-ϝείρω* addita prosthetica vocali *ε*, cf. ann. Schmidtii. — Perfectum *εἴρημαι* e figura **ϝε-ϝρη-μαι*, non ex **ἐ-ϝρη-μαι*, exstitisse statuendum est: aliter enim **ἔρρημαι* factum esset, ut *ἐρρήθην* ex **ἐ-ϝρή-θη-ν* est ortum. Eadem videtur esse ratio verbi *εἵμαρται*, quod e **σε-σμαρ-ται*, non ex **ἐ-σμαρ-ται* or-

tum esse asper spiritus demonstrat. Literam spirantem cum liquida insequente eidem legi obtemperare ac mutam literam cum liquida, non est quod miremur. Neque Herod. εἰρέϑην ab hac interpretatione me avertit. Assentiuntur Hoffmann II 48, Ahrens Formenl. § 158 b. Curtius non sibi constat Etym. l. l. et Schulgram. § 327 13. — Difficilius est, quid de vocibus εἴρη et εἰρήνη iudicandum sit, statuere. Prisciani illud Ἄμμες δ' ϝειρήναν κτλ. me non movet. Ipsa verborum compositio rem suspectam reddit, cf. Giese Æol. Dial. 187. Atque digammo loci homerici omnes ad unum repugnant. Utrum vero vocabulum εἰρήνη ex *ἐ-ϝρη-νη an e *ϝερ-η-νη vel ἐ-ϝερ-η-νη ortum sit, in medio relinquo. Dubitationem affert consimile vocabulum εἴρ-η. — Ab hac radice, de qua iam diximus, ea verba seiungimus, in quibus inest vis quærendi interrogandi: de his verbis in tertio capite pauca verba faciemus.

Ex his verbis sunt quæ haud dubia digammi vestigia in carminibus homericis præbeant.

ϝείρω. Digamma succurrit ad tres in fine quinti pedis *hiatus* rite explendos: β 162 μνηστῆρσιν δὲ μάλιστα πιφαυσκόμενος τάδε ϝείρω, ν 7 ὑμέων δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἐφιέμενος τάδε ϝείρω, λ 137 ὄλβιοι ἔσσονται· τὰ δέ τοι νημερτέα ϝείρω. Præterquam his locis apud Homerum non invenitur.

ϝερέω ἐρέω. In hac quoque verbi figura digamma homericis temporibus viguisse certissimo est documento, quod *pronomen encliticum* τοί sæpissime in secunda thesi ante eam *producitur*. Huc pertinent hi loci: ἀλλ' ἔκ τοι ϝερέω Α 204, 233, Β 257, β 187, ρ 229, σ 82, τ 167; ἄλλο δέ τοι ϝερέω Α 297, Δ 39, Ε 259, Ι 611, Ο 212, Π 444, 851, Φ 94, Ψ 82, [λ 454,] π [281,] 299, ρ 548, τ 236, 495, 570, ω 248; τοῦτο δέ τοι ϝερέω Γ 177, η 243, ο 402; τοὔνεκά τοι ϝερέω Ζ 334, σ 129, υ 229; σῆμα δέ τοι ϝερέω Ψ 326, λ 126; ἐκ μέν τοι ϝερέω δ 376; πάντα δέ τοι ϝερέω δ 410, κ 289; ἐκ γάρ τοι ϝερέω ο 318, ω 324. Apparet eo magis hanc productionem digammo egere, quod sequitur semiquinaria maior. Eadem non est ratio versus Α 419 τοῦτο δέ τοι ϝερέουσα κτλ. Fortasse etiam ex his *brevium syllabarum* in *secunda* thesi *productionibus* de digammo potest coniici, quum vis semiternariæ cæsuræ gravitate semiquinariæ pæne tolli videatur: ὧς ποτέ τις ϝερέει· Δ 182, Ζ 462, Η 91; οὐδὲ πάλιν ϝερέει· Ι 56; νῦν δὲ ἔπος ϝερέων πάλιν ἄγγελος εἶμ' Ἀχιλῆι Λ 652: aliter enim hi loci se habent atque Ζ 152, κ 493, τ 99, ubi post semiternariam intermissio quædam sententiæ incidit. Tum haud scio an *productiones* nonnullæ in ipsa *tertia* thesi factæ digammo indigeant, quum gravitas semiseptenariæ cæsuræ vim

semiquinariæ minuat ac prope irritam reddat, cf. supra p. 27. Sunt his locis: ψεύσομαι, ἦ ἔτυμον ϝερέω; κέλεται δέ με θυμός *K* 534, *δ* 140; εὐξάμενός τι ἔπος ϝερέω· οἶνος γὰρ ἀνώγει *ξ* 463, ἄλλο δέ τοί τι ἔπος ϝερέω, σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ *ο* 27. — Mitto autem has brevium syllabarum in semiquinaria cæsura productiones *Γ* 83, *λ* 146, deinde longas vocales vel diphthongos in thesibus productas *δ* 747, *ζ* 194, *κ* 292, *π* 378, *σ* 338, *ψ* 2. Postea hoc verbum excipit literas paragogicas pronominis ἐγών *Α* 76, *Ι* 103, 314, *Ν* 735, *μ* 38, *π* 259, *ψ* 130, adverbii οὐκ *γ* 20, 328, vocabuli παρέξ *ψ* 16, tum longas syllabas in consonas exeuntes *Β* 49, 493, *Ε* 816, *Ι* 528, *Ξ* 355, *Χ* 108, *Ψ* 226, *Ω* 106, *ζ* 285, *κ* 245, *μ* 58, *ο* 41, *π* 329, 334, *τ* 171, 224, *υ* 48, *φ* 329, *ω* 481. Hic addo *duplicatum* illud ἐκ-ϝερέω vel ἐξ-ερέω *Α* 212 al. frequentissime. — Repugnant tres loci *Δ* 176 (ὧδ' ἐρέει), *Ψ* 787 (ὔμμ' ἐρέω), *μ* 156 (ἀλλ' ἐρέω), qui emendari vix possunt, nisi sumatur huius verbi figura vel contractione vel per synizesin minuta, quæ ceterum ab Homero est aliena. Mitto enim emendationem Hoffmanni *Δ* 176 (ὥς ϝερέει). — — In hymnis pronomen τοί producitur in secunda thesi h. II 83, h. III 550. Obstant h. II 356 (ὔμμ' ἐρέω), h. V 406 (μῆτερ, ἐρῶ: vers. restitutus), h. VII 30 (ποτ' ἐρεῖ). Hic igitur contractæ formæ prodeunt.

(ϝ)εἴρηται (ϝ)εἴρητο (ϝ)ειρήσεται. Ad digamma approbandum nequaquam sufficit ea brevis syllabæ productio, quæ est in cæsura semiseptenaria *Ψ* 795 Ἀντίλοχ', οὐ μέν τοι μέλεος (ϝ)ειρήσεται αἶνος, cf. supra p. 30. Ceterum sunt hæc verba in versus introitu *Δ* 363, et longas syllabas in consonas exeuntes excipiunt *Θ* 524, *K* 540, *μ* 453, *π* 11, 351. — — A verbo εἴρηται incipiunt h. II 366, h. IV 289.

εἴρη est in initio versus *Σ* 531.

εἰρήνη præpositionem ἐπί elisione minutam excipit *Β* 797, *Ι* 403, *Χ* 156, particulam καί correptam *ω* 486. — — Porro brevem syllabam in consonam desinentem correptam relinquit h. VIII 16. Mitto ep. XV 5.

R. ϝεργ ϝρεγ facere: *ϝέρδ-ω ἔρδ-ω (pro *ϝεργ-jω, fut. (ϝ)έρξ-ω, pf. (ϝ)έ-(ϝ)οργ-α) facio, operor, perficio, ϝέργο-ν ἔργο-ν opus, ἔργ-μα id., (ϝ)ἐργ-άζ-ο-μαι operor, (ϝ)ἐρ-γασ-ίη labor, — *ϝρέζ-ω ῥέζ-ω (pro *ϝρεγ-jω) facio.

Sscr. r. *vrag' vrag'-â-mi* eo, progredior, *vrâg'-ajâ-mi* mitto, paro, perficio ('to prepare, to perfect' Wilson 821); — zend. *verez-yâ-mi* facio, ago; — got. *vaurk-j-an* ποιεῖν, ἐργάζεσθαι; scand. vet. *verk-a*

facere, operari, comparare, *verk* opus. — Curtius Etym. 171, Bopp Gl., Westergaard Rad. 122, Meyer goth. Spr. 367, Egilsson lex. — Digamma servatum est in titulo supra commemorato CIG. n. 11, ubi vv. 3, 4 *ϝάργον* est, transiit in vocalem *υ* in figura vocis *ε-ὑέργη*, qua Pollux pro *ἐ-όργη* utitur (Curtius 529: ambæ hæ voces prosthetica vocali sunt instructæ), et in consonam *β* in gl. Hesych. *γαβεργόρ· οὐ μισθωτός. Λάκωνες* (emend. Schmidt, cf. Ahr. II 71), tum latet sub litera *γ* in gl. Hesych. *γέργανα· ἐργαλεῖα* (i. e. *ὄργανα*, cf. Ahr. II 122). Præterea vestigia consonæ initialis apparent in figuris reduplicatione vel augmento ornatis (*ἔ-οργ-α ἐ-ώργ-ειν, εἰργαζόμην*) atque in duplicatis vocabulis haud paucis: *ἀ-(ϝ)εργός* nihil agens *Ι* 320, *τ* 27, *ἀ-(ϝ)εργίη* *ω* 251, *δημιο-(ϝ)εργός* *ρ* 383, h. III 98, *κακο-(ϝ)εργός* *σ* 54, *κακο-(ϝ)εργίη* *χ* 374, *κλυτο-(ϝ)εργός* *Θ* 348, *ὀβριμο-(ϝ)εργός* *Ε* 403, *Χ* 418, batr. 281, *ἐντεσι-(ϝ)εργός* *Ω* 277, *(ϝ)εκά-(ϝ)εργος* e remoto agens[1] *Α* 147, *Θ* 323 al., *ταλα-(ϝ)εργός* *Ψ* 654, *δ* 636 al. Mitto *εὐ-εργής* bene factus *Ε* 585, *δ* 695 al., *εὐ-εργός* bene faciens *λ* 434 al., *εὐ-εργεσίη* *χ* 235 al. Aliter se habet *λεπτουργός* h. XXXI 14. Alia duplicata, quæ

[1]) Quid de duplicato *ἑκά-εργος* statuendum sit, diu multumque dubitavi. Doederlein, hom. Gl. 575, primus, ni fallor, hoc verbum ad rad. *ϝεργ* 'arcere' referens *ἀλεξίκακος*, 'averruncus' interpretatur collato ipso nomine *"Ἀπόλλων, Ἀπέλλων* i. e. *ἀπειλων*.' Hanc de nomine *Ἀπόλλων* quæstionem mitto, certe nequaquam dor. figura *Ἀπέλλων* (Ahr. II 122) ad rad. dor. *ϝηλ*, lesb. *ϝελλ* reducitur. Maioris facio quod dicit vim verbi *ἔρδω* vel *ἐργάζομαι* magis infinitam atque absconditam esse, quam ut a poeta iaculandi vis illo verbo tribueretur. Eandem significationem huic duplicato vocabulo vindicare studet Ludvig, Kuhn's Zschr. X 450, comparato deo Indorum, qui Rudra appellatur, locisque e Veda allatis. Sed contra eum Grohmann, Kuhn's Zschr. XII 69 sq., demonstrat hunc Indorum deum præcipue iaculantem occidentemque deum esse et quum alia cognomina accepisse tum appellari *dûrévadha* i. e. 'e longinquo ferientem'. Atque si homericum deum respicimus, qui nusquam in carminibus homericis *ἀλεξίκακος* nominatur, immo vero pestem sagittis suis velocissimis immittit (*Α* 43 sqq.), sæpissimeque *ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος, ἀργυρότοξος* sim. appellatur, haud scio an eodem modo hoc quoque epitheton intellegendum sit. Novam quandam radicem in posteriore huius vocis parte latere suspicantur Jurmann, Kuhn's Zschr. XI 391, et Grohmann, ib. XII 71. Subtilissimam hanc quæstionem hic omitto. Movet me in tanta huius vocis interpretandæ ambiguitate mirus antiquitatis consensus, quum, etiam si ad verbum *εἴργειν* referri videtur (*παρὰ τὸ ἕκαθεν εἴργειν, ὁ πόρρωθεν ἔεργων* Et. Mg. 319, 51 sq., *ὁ μακρόθεν εἴργων τοῖς βελέσιν* Hesych., Apoll. lex.), tamen per verba *ὁ ἕκαθεν ἐργαζόμενος καὶ μαχόμενος, τοξότης* (Et. Mg.), *ὁ ἕκαθεν μαχόμενος* (Anon. in ann. ad Et. Mg.), in quo utrobique additur pugnam, *τὴν μάχην*, ab Homero *ἔργον* appellari (ut *Δ* 539 al.), vel per synonyma *μακροβόλος, τοξότης* (Hesych.) explicetur. Neque ad rem diiudicandam minimi est momenti ipse homericus locus *Ε* 439—444.

non homerica sunt, hic prætereo. Accedunt hiatus, qui apud lyricos poetas inveniuntur: Alcæi fr. 15 v. 7 *ὑπὸ Ϝέργον* (Bergk), Pind. Ol. x 91 *καλὰ Ϝέρξαις* (Mommsen), ib. xiii 37 *τρία Ϝέργα* (al. sexiens, cf. Boeckh, de metr. Pind. 310): tum hiatus homericos *πίονα ἔργα, σχέτλια ἔργα* al. imitati sunt Tyrtæus Solon Theognis (de qua re disserit Renner, Curtii Stud. I 1, 148): denique monendum est Theogn. 548 et 574 in cod. optimo A legi *εὐγεργεσίης* i. e. *εὐϜεργεσίης*[1] (Bergk). — Qua via ac ratione e **Ϝεργ-jω* ortum sit *(Ϝ)ἔρδ-ω* et e **Ϝρεγ-jω (Ϝ)ῥέζω* (boeot. *ῥέδ-δω*), exposuit Curtius Etym. 569.

Manifestissima sunt quibusdam huius stirpis figuris in carminibus homericis digammi vestigia.

Ϝέρδω Ϝέρξω ἔρδω ἔρξω. *Hiatus* durissimi in fine quinti pedis sunt Ξ 261 *ἀποθύμια Ϝέρδοι* et ο 360 *καὶ φίλα Ϝέρδοι.* — Tum in versuum introitu sunt *ἔρδ'* Δ 29, Π 443, Χ 181, *ἔρδειν* Ο 148, β 236, χ 218, *ἔρδουσα* τ 92, *ἐρξέμεν* η 294. Antecedunt longæ syllabæ in consonas exeuntes λ 132, ψ 279. — Repugnant vero Κ 503 (*κύντατον ἔρδοι — κύντατα* Bk. hom. Bl. II 23), ε 360 (*ὧδ' ἔρξω*), ζ 258 (*ὧδ' ἔρδειν*), η 202 (*εὖτ' ἔρδωμεν*), λ 80 (*καὶ ἔρξω*). — — Addo hiatum in fine pedis quinti h. iii 520 *καὶ φίλα Ϝέρδειν.* Mitto h. v 274, 369.

(Ϝ)ἔρδον (Ϝ)ἔρδεσκον. Nullus locus digamma probat. Ab his enim formis initium capiunt versus Α 315, Β 306, [Θ 548], Λ 707, ν 350. Obstat Ι 540 *πόλλ' ἔρδεσκεν,* sed variam lectionem sequentes *πόλλ' ἔρρεξεν* legunt Hoffmann et Bekker. — — Idem recurrit h. ii 177. Mitto h. ii 125.

ἔρξα excipit adverbium *εὖ* Ε 650, longas syllabas in consonas desinentes Β 364, κ 435, π 177, σ 197, ψ 312, literam parag. ν pronominis *ἐγών* ν 147, deinde est in initio versuum Δ 37, Χ 185, ν 145, π 67, ψ 277, ω 481. — Obstant α 293 (*καὶ ἔρξῃς*), ε 342 (*ὧδ' ἔρξαι*), ϑ 490 (*ὅσσ' ἔρξαν*).

ϜέϜοργα ϜεϜόργειν ἔοργα ἐώργειν. Sunt *hiatus* in quinto pede minime ferendi hi: *ἐσθλὰ ϜέϜοργεν* Β 272, *ὅσσα ϜέϜοργας*

---

1) Num consonam *γ* pro *Ϝ* recte interpretatus sit Bergkius, dubitat Renner l. l. 146. Alias causas prætereo. Quod vero dicit, nequaquam veri simile esse digamma in mediis vocabulis Theognidis tempore servatum esse, quum ab initio vocum omnino esset abiectum, consideremus hic servatum esse post vocalem *υ*, quæ quidem vocalis, quæ eius sit cum spirante labiali necessitudo, eam vim habeat, ut otiosum quoddam digamma nonnumquam sibi asciscat, quod conspicimus in *ΒακχυϜαι* CIG. n. 1639, *ΕὐϜαρα* al. (Savelsberg dig. 28). Atqui eo maiorem huius soni conservandi quam progenerandi vim illi vocali tribuamus necesse est. Cf. Ahrens, Philol. III 226.

Γ 57, *πολλὰ ϝέϝοργεν* *Ε* 175, *Θ* 356, *Π* 424, *πολλὰ ϝεϝοργὼς* *Ι* 223, *ἄνδρα ϝεϝόργει* *δ* 693. — Repugnant *Γ* 351 *κάκ' ἔοργεν* (*κάκ' ἔρεξεν* Hoffm.), *Φ* 399 *ὅσσα μ' ἔοργας*, *Χ* 347 *οἷά μ' ἔοργας* (his duobus locis *μ'* del. Hoffm.), *χ* 318 *οὐδὲν ἐοργώς* (fort. *οὔ τι* coll. *Δ* 562). Unus restat locus *ξ* 289, qui habet *πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισιν* (v. l. *ἀνθρώπους*) *ἐώργει*, ubi aut vulgata lectio retinenda est vel addito digammo legendum *ἀνθρώποισι ϝεϝόργει* aut scribendum *ἀνθρώπους ἠόργει*, quo varia illa lectio et metri necessitas ducunt. Eadem verbi figura etiam *δ* 693 adhiberi potest, ut scribatur *ἄνδρ' ἠόργει*, sed et violentior hæc est mutatio eius, quod codices habent *ἄνδρα ἐώργει*, neque quin figuram *ϝεϝόργει* nullo ascito augmento sumamus, quicquam videtur impedire, cf. *τέτυκτο* *Σ* 549 al.; *ἐόργεε* est ab Herodoto *α'* 127 dictum. Atque si pristinum illud scribendi genus respicimus, prorsus nihil mutatur. Figuræ autem Bekkerianæ *ϝεϝώργειν* et *εἰϝώργειν* plane repudiandæ sunt. Cf. Brugman, Curtii Stud. IV 167. — — Addendum est batr. 179 *πολλὰ μ' ἔοργαν*.

ϝέργον ἔργον. Frequentissima sunt servati digammi testimonia, quum 1) *particula καί producitur a*) in quarta arsi post semiseptenariam cæsuram *Σ* 473 *ὅππως Ἥφαιστός τ' ἐθέλοι καὶ ϝέργον ἄνοιτο*, *ζ* 259 *ὄφρ' ἂν μέν κ' ἀγροὺς ἴομεν καὶ ϝέργ' ἀνθρώπων*, *η* 26 *ἀνθρώπων, οἵ τήνδε πόλιν καὶ ϝέργα νέμονται*, — *b*) in secunda thesi *Ν* 432 *κάλλει καὶ ϝέργοισιν κτλ.*; — 2) *particula δή* in secunda arsi *producitur* *ρ* 226 *ἀλλ' ἐπεὶ οὖν δὴ ϝέργα κάκ' ἔμμαθεν, κτλ.*: huic versui simillimus est *σ* 362; — 3) ea, quæ infra enumerabimus, vocabula excipiens vox *ἔργον* *hiatus* efficit his locis, *a*) in fine pedis secundi *λοίγια* *Α* 518, 573, *κακά* *Ο* 97, *θ* 329, *ἀνσχετά* *β* 63, *σχέτλια* *ξ* 83, *μέγα* *Ε* 303, *Η* 444, *Κ* 282, *Π* 208, *Υ* 286, *γ* 275, *δ* 663, *μ* 373, *π* 346, *τ* 92, *ω* 426, *ἀμβαλλώμεθα* *Β* 436, *τόδε* *Ι* 527, *Κ* 303, *ξ* 66, *π* 207, *σ* 221, *τάδε* *Γ* 321, *Δ* 838, *ἐπίστατο* *Ψ* 705, *ἐπί* *β* 127, *σ* 288, *οὐκέτι* *Δ* 539, — *b*) in fine pedis quarti, ubi antecedit semiseptenaria cæsura bucolicam obscurans: *Δ* 734 . . *φάνη μέγα ϝέργον Ἄρηος*, *Τ* 150 . . *ἔτι γὰρ μέγα ϝέργον ἄρεκτον*, *ο* 505 . . *ἰδὼν ἐμὰ ϝέργα κάτειμι*, *Ζ* 348 . . *πάρος τάδε ϝέργα γενέσθαι*, *ω* 455 . . *φίλοι, τάδε ϝέργα γένοντο*, *Γ* 422 . . *θοῶς ἐπὶ ϝέργα τράποντο*, *Ψ* 53 . . *λαοὶ δ' ἐπὶ ϝέργα τράπωνται*, *β* 252 . . *σκίδνασθ' ἐπὶ ϝέργα ἕκαστος*. Dubitari potest de locis *ξ* 65 . . *θεὸς δ' ἐπὶ (ϝ)ἔργον ἀέξῃ* et *ξ* 195 . . *ἄλλοι δ' ἐπὶ (ϝ)ἔργον ἕποιεν*, ubi *ἐπί* non præpositio est, sed per tmesin a verbo insequente seiungitur. Simillimus est locus *μ* 252, de quo infra s. v. *ἕσπερος* pauca verba faciam. — *c*) in quinti pedis fine *ἀεικέα* *δ* 694, *ἀεκήλια* *Σ* 77, *θέσκελα* *λ* 374, *κακά* *Ι* 595, *β* 67, *ι* 477, *ξ* 284, *π* 380,

ϱ 158, υ 16, ψ 64, ω 326, καρτερά *E* 757 et 872 (utrobique est v. l.), μέρμερα *Θ* 453, *K* 524, πατρώια β 22, πίονα *M* 283, δ 318, πολεμήια *B* 338, *E* 428, *H* 236, *Λ* 719, *N* 727, 730, σχέτλια χ 413, φιλοτήσια λ 246, μέγα *N* 366, ἐπιίστορα φ 26, πειρησαίμεϑα σ 369, ἴδε *P* 179, χ 233, ἥνυτο ε 243, μήδετο *B* 38, *Φ* 19, *X* 395, *Ψ* 24, 176, μήσατο l. ἐμήσατο *K* 289, γ 261, ω 199, 444, φαίνετο *M* 416, κ 98, χ 149, παρά φ 239, 385, ἐπί *Δ* 175, 258, π 111, δέ *B* 137, *T* 242, χ 479, τόδε *K* 39, τάδε *B* 252, *Δ* 14, *Θ* 9, *Ξ* 3, 61, *Y* 116, β 280, γ 56, π 373, ϱ 78, 274, χ 49, τέ *I* 443, *P* 549, — *d*) in fine pedis primi ϑ 307 δεῦϑ', ἵνα ϝέργα γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ ἴδησϑε: quum post primam thesin incisio sit, quæ interpunctione satis firmetur, in fine pedis non est legitimus hiatus. Cf. Hoffmann I p. 91. — Mitto autem hiatus hos in fine pedis primi post ἐμά τ 514, post σχέτλια ι 295, post μέγα λ 272, ω 458, post ἐπί ϑ 245, π 144 (cf. supra de locis ξ 65, 195), deinde eos hiatus, qui sunt in bucolica cæsura *B* 614, *Γ* 130, *E* 429, 876, *Z* 324, *H* 465, *Θ* 130, *I* 128, 270, *Λ* 310, *M* 271, *Π* 392, *Σ* 420, *T* 131, 245, *Ψ* 263, *Ω* 213, α 379, β 144, γ 265, ε 67, ζ 234, η 97, κ 223, λ 429, 610, μ 116, ν 289, ξ 84, ο 236, 418, π 107, 158, ϱ 51, 60, τ 391, υ 317, ψ 161, ω 278, tum brevem syllabam in consonam desinentem in cæsura semiseptenaria productam σ 366, diphthongum ου vocis αὐτοῦ in secunda arsi productam *E* 92, denique has longarum vocalium vel diphthongorum productiones, quæ in secunda thesi vel in quarta sunt, ω 75 (ἔμεναι), β 272 (τελέσαι), λ 346 (ἔχεται), *O* 234 (φράσομαι), β 304 (μελέτω), *Λ* 504 (ἤ). Porro vocabulum ἔργον excipit pronomen indef. τὶ *Λ* 115, *E* 879, γ 99, δ 163, 329, ο 375, τ 323, pronomen ἅ in versus clausula illa τὰ ἃ (ϝ)έργα ι 250, 310. 343. Antecedit autem ν ἐφ. verb. *Ξ* 13, ψ 222, nom. [λ 428], adv. κέν *Ω* 733, postea antecedunt longæ syllabæ in consonas exeuntes *Λ* 294, α 356, β 236, κ 147, 199. Denique ab hoc vocabulo initium capiunt hi versus: *T* 22, α 338, [358,] β 117, δ 617, 683, η 52, 111, ο 117, π 314, σ 363. — Spirantem labialem non ferunt duodeviginti loci. Ex his nonnulli sunt, qui facillime possint sanari: *Λ* 395 ἠὲ καὶ ἔργῳ (ἠέ τι ϝέργῳ Heyn. Bk. Hoffm.), *Z* 289 πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν (παμποίκιλα Bentl. Bk. Hoffm.), *I* 228 δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν (ἐπήρατα Bentl. al.), *I* 374 οὐδὲ μὲν ἔργον (οὐδέ τι ϝέργον Bk.), *M* 412 πλεόνων δέ τοι ἔργον (δέ del. Hoffm., seq. Bk.), *X* 450 ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται (ἴδω τίνα Hoffm.), *Ψ* 671 ἐν πάντεσσ' ἔργοισι (ἐν πᾶσιν ϝέργοισι Heyn. al.), *Ω* 354 φραδέος νόου ἔργα (νοῦ Bentl.), χ 422 τὰς μέν τ' ἔργα διδάξαμεν (fort. delend. τ').

Præterea λ 474 μήσεαι ἔργα, ubi, si -εαι per synizesin proferimus, digamma potest restitui. Qui restant loci sunt hi: *B* 751 (Τιταρήσιον ἔργ'), *Δ* 470 (δ' ἔργον), *Δ* 703 (ἠδὲ καὶ ἔργων), *P* 279 et λ 550 (πέρι δ' ἔργα), ξ 228 (ἐπιτέρπεται ἔργοις), ξ 344 (εὐδείελον ἔργ'), ϱ 313 (ἠδὲ καὶ ἔργα).

In minoribus homericis carminibus particula καί in quarta arsi post semiseptenariam cæsuram producitur h. IV 10 (ἅδον καὶ Ϝέργον Ἄρηος), tum hiatus post ea quæ sequuntur vocabula vox ἔργον efficit his locis: h. III 16 (κλυτά 2), 80 (θαυματά 5), 127 (πίονα 5), 440 (θαυματά 5), 516 (ἐπαμοίβια 5), h. IV 1 (ἔννεπε 2), 15 (ἀγλαά 1), h. V 93 (πίονα 5), h. VII 34 (θαυματά 5), h. XI 2 (πολεμήια 5), h. XX 2 (ἀγλαά 5), ep. XIV 19 (τάδε 2), batr. 272 (μέγα 2). — Obstant vero hi loci: h. III 46, 120, 266, 343, 531, h. IV 6, h. V 117, 140, 144, 351, ep. XIV 16, batr. 4, 7, 130. Mitto autem hos hiatus in cæsura bucolica h. III 12, 454, h. IV 11, ep. XIV 20 et ceteros locos h. II 362, h. III 120, h. IV 9, 21, 122, h. V 65, 199, h. XX 5, h. XXXI 19. — Vocabulum ἔργμα digamma non potest accipere his locis: h. XXVII 20, h. XXIX 12, h. XXXII 19: alibi non invenitur.

ἐργάζομαι. Nullus locus digamma requirit. Hiatus enim hoc verbum non efficit nisi in cæsura bucolica Σ 469, Ω 733, ϱ 321, υ 72, ω 210. Antecedit ν ἐφ. nom. ξ 272, ϱ 441. — Obstat χ 422 (διδάξαμεν ἐργάζεσθαι). Atque γ 435 est εἰργάζετο (contra sine augmento ἐργάζοντο ω 210). — — Mitto h. V 139. Tum ἐργασίη est in initio versus h. III 486.

R. Ϝεργ arcere: *Ϝέργ-ω ἔργ-ω ἐ-(Ϝ)έργω (att. εἴργω et εἵργω) arceo, secerno, excludo, (Ϝ)ἔργ-α-θ-ο-ν ἐ-(Ϝ)έργαθον, (Ϝ)ἐρχατάω id., (Ϝ)ἕρκ-ος (Ϝ)ἑρκ-ίο-ν sæptum, (Ϝ)ἑρκεῖος domesticus, ὅρκο-ς id per quod iuratur, ius iurandum, ὅρκ-ιο-ν ius iurandum, foedus iure iurando sancitum.

Sscr. r. *varg' vṛ-ṇa-g'-mi, varg'-â-mi, varg'-ajâ-mi* arceo, excludo; — lat. *urg-e-o;* — got. *vrik-an* διώκειν. — Curtius Etym. 171, Westergaard Rad. 121, Meyer goth. Spr. 371. — Nullam invenimus in græca lingua spirantis labialis memoriam, consonam initialem autem produnt figuræ vocali prosthetica ε instructæ, ut sunt ἐ-(Ϝ)έργει *B* 617, 845 cet., ἐ-(Ϝ)έργῃ *Δ* 131, ἐ-(Ϝ)έργοι Σ 512, ἐ-(Ϝ)έργων *M* 201, 219, ἐ-(Ϝ)εργόμενοι *N* 525, deinde hæ, nisi forte in

iis augmentum reduplicationemve inesse putamus, ἔ-(ϝ)εργε Θ 213 al., ἐ-(ϝ)έργνυ κ 238, ἐ-(ϝ)έργαθεν Ε 147, (ϝ)ἐ-(ϝ)εργμέναι (?) Ε 89, ἐ-(ϝ)έρχατο κ 241, tum duplicata vocabula ἀπο-(ϝ)έργει Θ 325, γ 296, ἀπο-(ϝ)έργαθεν Φ 599, φ 221, ἀπο-(ϝ)εργμένη h. IV 47. Accedit n. pr. Λυκό-οργος (Λοκό-ϝεργος Bk.) Ζ 130 al., sed Ζ 134 est Λυκούργου. Prætereo εὐ-εργής Ι 472 al. Voces ὅρκος et ὅρκιον huc referendas esse veri simile est. De his disputat Buttmann Lexil. II 52. Etsi digamma prorsus abiecisse videntur (cf. tit. locr. prior ab Oeconomida edit. Β vv. 7, 8, 9 et tit. locr. eiusdem alt. vv. 12, 13, 45), restat tamen vestigium haud dubium in duplicatis vocibus ἐπί-ορκος, ἐπι-ορκεῖν, quas figuras etiam in atticam dialectum irrepsisse est notissimum.

Vestigia digammi apud Homerum non prorsus desunt.

ϝέργω ἔργω. Duo loci digamma demonstrant: Λ 437 πάντα δ' ἀπὸ πλευρῶν χρόα ϝέργαθεν, οὐδέ τ' ἔασεν, ubi *hiatus* inter semiquinariam cæsuram et bucolicam non est ferendus. Alter est locus ξ 411 τὰς μὲν ἄρα ϝέρξαν κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι: *brevis* enim *vocalis finalis ante vocalem producta* in semiternaria cæsura non invenitur, atque hic ea cæsura est levior. — Mitto hiatum ante vocem ἔρχατο in cæsura bucolica ξ 73. Tum in versuum initio sunt ἐρχθέντ' Φ 282, ἔρχατο ι 221, ἔρχαται κ 283. — Obstant vero hi loci: Π 481 (φρένες ἔρχαται), Ρ 354 (γὰρ ἔρχατο), Ρ 571 (ἥτε καὶ ἐργομένη — ἥ καὶ ἐϝεργομένη Bk.). Accedit ξ 15, qui habet χαμαιευνάδες ἐρχατόωντο. Prætereo suspectum locum Ε 89. — — Versus h. III 123 incipit a verbo ἐργμένον.

ἕρκος. Vix possumus de digammo statuere ex hiatu, qui est in fine pedis primi Ε 90 οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει κτλ. Nihil enim hunc iustum hiatum illicitus, qui sequitur, hiatus minuere videtur. Tum hæc vox excipit ν ἐφ. verb. (ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων) Δ 350, Ξ 83, α 64, γ 230, ε 22, ψ 70, atque est in initio versuum Α 284, Δ 299, Ε 316. — Qui obstant loci sunt hi: Γ 229, Δ 137, Ζ 5, Η 211, Ω 306, η 113, ϑ 57, κ 328, π 341, ρ 604, υ 164, φ 238, χ 442. — — Obstat etiam ep. XI 4.

ϝερκίον ἑρκίον. Apertissimum digammi testimonium repetimus e versu σ 102 αἰθούσης τε θύρας· καί μιν ποτὶ ϝερκίον αὐλῆς. Manifestum est enim post semiseptenariam nullam hic esse cæsuram bucolicam, quæ inter præpositionem et substantivum ab ea pendens omnino nulla esse potest. Accedit quod figura ποτί nusquam, quod viderim, vocabulum a vocali incipiens antecedit. Quæ quum ita sint, miror, cur digamma hic non ascripserit Bekkerus. — Repugnat vero

13

I 476 (*ὑπέρθορον ἑρκίον αὐλῆς*). — *ἑρκεῖος* est in exordio versus *χ* 335.

ὅρκος ὅρκιον. Nihil efficitur e loco *ξ* 171 *ἀλλ' ἤτοι ὅρκον κτλ.*, cf. Hoffmann § 55, 3. Consonam initialem non ferunt loci longe plurimi, quorum hos satis erit attulisse: *Γ* 73, 94, 105, 107, 245, 252, 256, 288, 299, 323, *β* 377, 378, *δ* 253, 746, *ε* 178, *κ* 299, 343. Alios mitto.

**Ϝέρ-ος Ϝέρ-ιο-ν εἶρ-ος εἴρ-ιο-ν* lana, vellus, *εἰρο-κόμο-ς* lanificus, *εἰρο-πόκο-ς* lanatus, laniger,? *ἔρ-ι-φο-ς* hoedus, (*Ϝ*)*οὖλο-ς* lanuginosus, laneus, (*Ϝ*)*οὐλο-κάρη-νο-ς* crispo capite.

Sscr. *ura-bhra-s* 'lanifer', aries, *ûr-ṇâ* lana; — lat. *vel-l-us, vil-lu-s;* — got. *vul-la* lana. — Curtius Etym. 322, Bopp Gl., Corssen Beitr. 327, Meyer goth. Spr. 368, Pott Ww. II ɪ 563 sqq. — Radicem esse *var* 'tegere' censet Bopp Gl. 343. Suffixa nasalis litera in omnibus his linguis recurrit, in græca tamen non nisi in derivatis (*Ϝ*)*ἄρ-ν-ες*, (*Ϝ*)*ῥῆ-ν-ες* (vide supra p. 56). In latina lingua et gotica hanc literam proximæ consonæ liquidæ esse assimilatam, ut factum sit *vellus* pro **vel-n-us*, *villus* pro **vil-nu-s*, *vulla* pro **vul-na* (cf. lit. *vil-na*) demonstrant Corssen et Richert, Ljudlag. 134. Minus recte Meyer ad comparationem vocavit gr. *λῆ-ν-ος* et lat. *lâ-na*, quæ verba e figuris commenticiis **Ϝλῆ-ν-ος*, **vlâ-na* putat esse orta: hæc vero cum gr. *λάχ-νη* coniungenda esse docent Curtius Etym. 339 et Brugman, Curtii Stud. IV 104. — Ut de voce *μαλλό-ς* 'villus' (Hesiod., Trag.) non dicam, quæ ad has voces fortasse referenda est, vel de obscurioribus gl. Hesych. *βειρόν* et *βερρόν· δασύ*, unicum certe ex antiquitate exstat digammi vocis *Ϝέριον* testimonium. Est titulus in securi votiva exaratus, qui hæc habet: *Θυνισκος με ανεθεκε Ορταμος Ϝεριον δεκαταν* (Bullettino archeol. Napol. Nova Serie I 1853 tav. 5 fig. 2, Savelsberg dig. n. 19, p. 7), quæ verba sine dubio *Ϝερίων δεκάταν* 'decimam partem lanarum dedicavit' interpretanda sunt; cf. Bullett. l. l. p. 139, ubi res similes narrantur. Aliter Savelsberg. — Vocabulum *ἔρ-ι-φο-ς* dubitans ascripsi: forsitan tamen ad significationem illustrandam liceat latinis verbis *villus villosus* sociis uti: suffixam syllabam *φο* agnoscimus ex sscr. *ṛsha-bha-s* taurus et gr. *ἔλ-α-φο-ς*. — Vocem *οὖλος* esse pro **Ϝοῦλος* **Ϝολος* veri simile fit collatis gl. Hesych. *γόλαμος* et hom. *οὐλαμός*.

Ex his vocibus nulla videtur in carminibus homericis digamma servasse. Inconstanter Bekkerus egit, quum uno tantum loco χ 423 digamma ascripsit.

ἔριον diphthongum *ου* (vocis *μαλακοῦ*) in quinta thesi productam excipit δ 124: qua re nihil de hac voce potest constitui.

εἶρος εἴριον. Constat nihil effici e particula ἤ in tertia arsi producta σ 316 vel ex eo, quod verbum ἤσκει in prima arsi ante hanc vocem producitur Γ 388, cf. Hoffmann § 56, 2; mitto figuram ἠσκεῖν, quam contra codd. Vindob. et Hesychium defendere conatur Spitzner. Tum in versus introitu est *εἴρια* χ 423. — Tres loci consonæ repugnant. *M* 434 ante vocabulum *εἴριον* corripitur particula *καί*, tum δ 135 et ι 426 legitur *ἰοδνεφὲς εἶρος*.

εἰροκόμος est primum verbum versus Γ 387; vocem *εἰροπόκος* antecedit præpositio *ἐπί* elisione minuta *E* 137, item *ὑπό* ι 443. — — Particula *καί* corripitur h. III 288.

ἔριφος particulam ἤ in quinta thesi productam subsequitur Π 352, longam syllabam in consonam exeuntem ι 226. Aliis locis ante hoc verbum elisio est facta Ω 262, ι 220, ρ 224, 242, 398.

οὖλος. Nihil efficit diphthongus *αι* verbi *ἐνθέμεναι* in semiquinaria cæsura producta Ω 646, δ 299, η 338. Longæ syllabæ in consonas exeuntes antecedunt *K* 134, Π 224, δ 50, κ 451, ρ 89, τ 225. Tum ab hoc vocabulo incipiunt versus ζ 231 et ψ 158. (Mitto enim *P* 756, 759 *οὖλον κεκληγῶτες* et ceteros locos, ubi aliud est vocabulum, quod ad rad. ὀλ ὄλλυμι referendum est). — *οὐλοκάρηνος* consonam initialem non admittit τ 246, qui versus in hæc verba cadit: *μελανόχροος οὐλοκάρηνος*. — — Obstat etiam h. III 137.

Ϝέρρω ἔρρω vagor, infelici auspicio abeo.

De origine huius verbi nihil constat. Mitto Benfey I 62. Curtius Etym. 323 hanc vocem cum *ἀπό-ερσε* 'abripuit' coniungit, quod haud immerito abnuit Pott II² 596. Nonne vero cum zend. *vareta* f. error, got. *vil-þeis ἄγριος*, scand. vet. *vill-r* 'errabundus', *vill-a* 'in errorem perducere' verbum *Ϝέρρ-ω* cohærere censendum est? Quod si a radice *var Ϝερ* egredimur, quonam modo facta est stirps *Ϝερρ-* ? Esse pro *Ϝερ-σ* ut lat. *err-o* pro **er-s-o* (Corssen Beitr. 403) consuetudini homericæ repugnat, quæ *ἄρσην θάρσος* præbeat. Hac quæstione omissa de digammo non potest dubitari. Abundant enim e lex. Hesychii glossæ, quæ amissam spirantem labialem indicant. Sunt hæ: *βέρρης· δραπέτης, βερρεύει· δραπετεύει, γέρρω* (*γερρῶ* cod., em. Ahr.)· *ἀπόλωλα* (cf. *ἔρρει· ἀπόλωλεν, ἔφθαρται* et

ἔρρε· φθεῖρον. ἀπαλλάσσου, al.), *γερρητηρία* (ita Ahr. pro cod. *γερ. ητηρία*)· *ἀπώλεια, βαρρεῖ· ἀπολεῖ* (Kusterus coniicit *ἀπολεῖται*), *γάρρης· ἄρρης* (Schmidt coni. *γάρρης* s. *γέρρης· ἔρρεις*). Cf. Pott Ww. II I 632.

Ϝέρρω. Duo tantum loci *Θ* 239 et *I* 364 digamma huius verbi revocant, sed ambo duriores in fine quinti pedis *hiatus* post bucolicam cæsuram præbent, quum in versuum clausula est *ἐνθάδε Ϝέρρων.* — Mitto autem *Σ* 421 *αὐτὰρ ὁ ἔρρων,* ubi post firmiorem vocalem nullus est hiatus, et *δ* 367, quo in versu diphthongus *ῳ* in secunda thesi producitur. Ceteris locis primam versuum sedem hoc verbum obtinet: *Θ* 164, *I* 377, *Υ* 349, *Χ* 498, *Ψ* 440, *Ω* 239, *ε* 139, *κ* 72, 75. — — Eadem est ratio h. III 160, 259. — Nullus igitur locus digammo obstat.

**Ϝέρσ-η ἐ-(Ϝ)έρσ-η* ros, *ἔρσ-αι* agni *ι* 222, *(Ϝ)ερσή-εις ἐ-(Ϝ)ερσή-εις* roscidus.

Sscr. *varsh-a-s* pluvia, r. *varsh, vṛsh* pluere. — Curtius Etym. 322, Bopp Gl. — Repetimus gl. Hesych. *ἄερσαν· τὴν δρόσον. Κρῆτες,* cf, Ahr. II 51, Curtius 527. — Vox *ἔρσαι* 'agni' a schol. ad *ι* 222 hoc modo explicatur: *αἱ νεογναὶ καὶ ἁπαλαὶ καὶ δροσώδεις ἀπὸ τῆς ἔρσης κτλ.*

Ϝέρση et *Ϝερσήεις,* si quidem sunt apud Homerum, digamma servarunt: *ν* 245 *τεθαλυῖά τε Ϝέρση* (in clausula versus) et *Ω* 419 *οἷον Ϝερσήεις* (est initium versus). Sed utroque loco variæ sunt lectiones, quæ melioribus fortasse defenduntur rationibus: *τ' ἐέρση* et *οἷον ἐερσήεις.* — Aspernatur vero spirantem consonam *ἔρσαι ι* 222 *χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι.* Item *ἑρσήεις Ξ* 348 (*λωτὸν θ' ἑρσήεντα*) et *Ω* 757 (*νῦν δέ μοι ἑρσήεις*). Quum igitur nullus locus vehementius digamma flagitet, melius cum Bekkero a mutando abstinemus, qua re mitto emendationes Hoffmanni. — — Repugnat etiam h. III 107.

ἐέρση est *Λ* 53, *Ξ* 351, *Ψ* 598, *ε* 467: ubique dactylus pro spondæo hac figura in quinto versus pede inducitur.

R. *Ϝερυ Ϝρυ* trahere: *Ϝερύ-ω ἐρύ-ω* traho, extraho, eripio, *(Ϝ)ερύ-ο-μαι* mihi extraho, eripio, *(Ϝ)ερυσ-άρματ--ες* currum trahentes, — *(Ϝ)ῥυ-μό-ς* temo, *(Ϝ)ῥυ-στά--ζω* rapto, indigne tracto, *Ϝρῡ-τήρ ῥυ-τήρ* qui tendit (arcum), al.

Has voces a verbo *ἐρύ-ο-μαι* 'tueor, custodio' seiungendas esse contendit Heyne Exc. IV ad *A*, negavit Buttmann Lexil. I 63. Diligenter rem consideranti seiungendæ illæ stirpes mihi videntur. Ipsa enim significationum dissimilitudo eas distrahit. In illa inest vis e loco summovendi, in hac autem vis rem in loco manentem tuendi, defendendi, conf. *E* 344 et 433, *K* 44, *B* 859, *ι* 194 al. Neque locus vel significatio facile invenitur, per quam illa vis in hanc transferatur. Atque ipse usus homericus, ex quo illæ voces manifestissima consonæ initialis vestigia ostendunt, hæ vero omnibus prope locis initialem consonam abnuunt, hanc sententiam confirmat. Contra e vocali *υ* tum correpta tum producta nihil certi videmur statuere. Quod si ad etymologicam rationem nos convertimus, illam radicem, in qua inest vis trahendi, antiquitus a digammo incepisse certissimis ex indiciis satis constat, alteram autem radicem cum lat. *serv-o* fortasse non immerito compararunt docti viri. Quæ quum ita sint, de verbo *ἐρύομαι* iisque vocabulis, quæ ab eadem stirpe proficiscuntur, infra in tertio capite pauca verba faciemus. — Ex illis digammi indiciis, de quibus iam diximus, primum afferendæ sunt homericæ figuræ *αὐερύοντα* *Θ* 325, *αὐέρυον* *M* 261, *αὐέρυσαν* *A* 459, *B* 422. Has figuras ad verbum *ἀνα-Ϝερύω* referendas esse nunc inter omnes constat: cf. Lobeck Path. I 41, 592, Doederlein hom. Gl. 2290, Curtius Etym. 515. Accedit interpretatio Hesychii: *αὐερύοντα· εἰς τοὐπίσω ἕλκοντα.* Quum vero primum **ἀν-Ϝέρυσαν* pro **ἀνα-Ϝέρυσαν* sit dictum, ut *ἀν-δύεται* *N* 225, *ἀν-στήτην* *A* 305, *ἀν-στάς* *T* 269, *ἀν-στρέψειαν* *Ψ* 436 sim. pro *ἀνα-δύεται, ἀνα-στήτην* al., inde consona *ν* sequenti consonæ assimilata sit, cf. *ἀμ-βαλλώμεθα* *B* 436, *ἀγ-κρεμάσασα* *α* 440, *ἄλ-λεγον* *Ψ* 253, *ἀλ-λύεσκεν* *β* 105, exstitit figura **ἀϜ-Ϝέρυσαν,* quæ in usitatam *αὐέρυσαν* abiit. Falso igitur Bekker scribit *ἀϜέρυσαν.* Alia sunt digammi testimonia figuræ *βρύτηρ, βρύτις* a grammaticis traditæ, cf. Ahrens I 34. Mitto autem *μηρύω* monente Curtio Etym. 543. — Iuxta figuram *(Ϝ)ἐρύω* sumenda alia est *(Ϝ)εἰρύ-ω* vel *(Ϝ)εἴρυ-μι* haud dubie per epenthesin, quæ vocatur, orta. Documento sunt *εἰρύμεναι* Hesiod. op. 818, *ἐξ-ειρύσας* Herod. *β'* 38, *ἐπ-ειρυσάμενος* id. *δ'* 8, al. (cf. Kühner Ausf. Gram. I 822). Similia permulta habemus, velut *ἔαρος εἴαρος εἰαρινός, ἐλύω εἰλύσω* *Φ* 319. Quod hæ figuræ, quæ a diphthongo *εἰ* incipiunt, nulla præbent consonæ initialis vestigia, huic rei non iusto plus tribuendum est, præsertim quum et in verbo *ἔαρος* num digamma a poeta sit servatum, dubitari possit, et in eo, de quo hic agimus, verbo unus tantum locus repugnet. Quominus postheticam vocalem in figura *εἴρυσε* sim. cum

Leskienio dig. 31 sumamus, eo prohibemur, quod talium vocalium contractionem non homericam esse demonstrat *ἐέργω* collata attica figura *εἵργω*. Neque enim veri simile est illas vocales in unum sonum coaluisse, donec etiam tum digamma in initio verborum vigeret. Quam ob causam nullum augmentum inesse putamus in figuris *εἴρυσα εἰρυσάμην*. Perf. *εἰρύαται* fortasse e reduplicata figura **ϝεϝερύαται* est ortum, ut *εἰλύαται* fortasse ex **ϝεϝελύαται*, vel est pro **ϝεϝρύαται*, ut *εἴρηται* pro **ϝεϝρηται*, *εἵμαρται* pro **σεσμαρται*.

Apud Homerum certissima sunt digammi vestigia in iis figuris, quæ a vocali simplice *ε* incipiunt, in iis autem, quæ a diphthongo *ει*, non item.

ϝερύω ϝερύομαι ἐρύω ἐρύομαι. Restituto igitur digammo 1) *hiatus* hi summoventur *a*) in primo pede *νῆα ϝερυσσάμενος δ* 666, *οἱ δὲ ϝερύσσασθαι Σ* 174, — *b*) in secundo pede *Ἀτρείδης δὲ ϝερυσσάμενος Γ* 271, 361, *N* 610, *T* 252, — *c*) in quinto pede *ἔρωα ϝέρυσσαν Π* 781, *βένθοςδε ϝέρυσσαν δ* 780, *ϑ* 51; — 2) iure *producuntur* duo hæc *vocabula infirmissima a*) *καί* in quinta thesi *καὶ ϝερύσαντο γ* 65, 470, *υ* 279, — *b*) *οἱ* in tertia thesi *δείσας μή πώς οἱ ϝερυσαίατο E* 298; — 3) hæ *brevium syllabarum* in secunda thesi *productiones* recte excusantur *χειρὶ πάλιν ϝερύσασ᾽· E* 836, *ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ϝερύσαιτ᾽ Θ* 21. — Nihil efficiunt ii hiatus, qui sunt post firmiorem vocalem *υ A* 190, *Φ* 173, *ι* 300, *κ* 126, 294, 321, 535, *λ* 24, 48, post terminationem genitivi sing. *-οιο A* 485, *Δ* 530, *E* 110, *M* 190, *Φ* 175, 200, *X* 367, *π* 325, 359, post verbum *δῆσα ι* 99, post *ἐθέλοιμι Θ* 23, vel ii, qui in cæsura trochaica pedis tertii sunt *Ξ* 76, 496, *Φ* 116. Tum mitto longas vocales vel diphthongos his locis in thesi productas *Θ* 24, *A* 454, *Ξ* 422, *O* 464, *X* 67, item has brevium syllabarum productiones, quæ fiunt in cæsura semiquinaria *Δ* 506, *N* 598, *Ξ* 79[1], *P* 159, 235, 287, 419, *ξ* 134, in cæsura semiternaria *O* 351, *P* 277, 396 (cf. *B* 233, *Z* 152), in semiseptenaria *P* 161, 317, in seminovenaria *ϑ* 504 (cf. *λ* 571, p. 31). Antecedit autem *ν ἐφ.* nom. *P* 127, *ν ἐφ.* verb. *Y* 284, *Φ* 176, *φ* 125, denique longæ syllabæ in consonas exeuntes *A* 466, *B* 429, *E* 456, 573, *H* 318, *M* 258, *Ξ* 35, *P* 104, 230, 581, *Σ* 152, 232, 540, *X* 493, *Ω* 624, *ϑ* 508, *κ* 303, *μ* 14, *ξ* 431, *χ* 176, 187. Addo hic *duplicata* verba *ἐκ-ϝερύω* l. *ἐξ-ερύω E* 112, *ι* 397 al., *ἐσ-ϝερύσαντες* l. *εἰσ-ερύσαντες μ* 317, *προ-(ϝ)έρυσσεν A* 308 al. — Septendecim loci consonam initialem respuunt, e quibus sex emen-

---

[1]) Enclitica particula *κέν* in semiternaria cæsura ante vocales producitur *H* 77, *Y* 243.

davit Bekkerus. Sunt hi: *Δ* 467 (*γάρ ῥ' ἐρύοντα* — *ῥ'* del. Hoffm. Bk.), *δ* 577 (*πάμπρωτον ἐρύσσαμεν* — *πάμπρωτα* Bk.), similes sunt loci *κ* 403, 423, *λ* 2; sextus locus est *ρ* 479 (*δώματ' ἐρύσσωσ'* — *δῶμα Ϝερ.* Bk.). Ceteri loci sunt *A* 141, *Δ* 492, *P* 635, 713, *Ψ* 21, *Ω* 16, *ϑ* 34, *ι* 77, *μ* 402, *π* 348, *τ* 481. Accedit *duplicatum* *ἐπ-έρυσσε* *α* 441. — — In hymnis obstat h. II 328. Mittendus est h. II 310.

εἴρυσα εἰρυσάμην εἰρύαται. Nihil de digammo in his figuris servato ex eo potest constitui, quod diphthongus *αι* vocis *πρῶται* in tertia thesi producitur *Ξ* 75 et *O* 654, cf. Hoffmann § 51 1. Excipiunt autem hæc verba *ν* ἐφ. part. *κέν* *Γ* 373 et *Σ* 165, longas syllabas in consonas desinentes *N* 682, *Ξ* 30, *Σ* 69, *X* 306, *ϑ* 85, *χ* 79, 90. Tum in initio sunt versuum *Δ* 248, [*Θ* 226,] *A* 9, *Ξ* 32, *Π* 863, *κ* 165. — Obstat unus locus *β* 389 (*ἄλαδ' εἴρυσε*). Accedunt *duplicata* *κατ-είρυσεν* *ε* 261 al., *κατ-είρυσται* *ϑ* 151, *κατ-ειρύσθαι* *ξ* 332, *τ* 289. — — Nihil probat h. III 127.

(Ϝ)ἐρυσάρματες. Dubium est digammi testimonium locus *O* 354, ubi brevis syllaba verbi *ἔχον* in semiseptenaria cæsura ante hanc vocem producitur. Præterea diphthongus firmissima *ῳ* in tertia thesi antecedit *Π* 370.

R. *Ϝεσ* **Ϝέν-νυ-μι* *ἕν-νυ-μι* (*ἑ-(Ϝ)έσ-σ-α-το*) vestio, *Ϝεῖ-μα(τ)* *εἶ-μα* vestimentum, *(Ϝ)ἔσ-ϑ-ος*, *(Ϝ)ἐσ-ϑ-ή(τ)-ς* vestis, *ἑ-ᾱνό-ς* *εἱ-ᾱνό-ς* vestitus muliebris, *ἑ-ᾱνό-ς* involvens, operiens.

Sscr. r. *vas* *vas-ê* induo mihi, *vas-man*, *vas-ana-m*, *vas-tra-m* vestis, *vas-âna-s* induens, involvens; — lat. *ves-ti-s*, *vesti-o;* — got. *vas-j-an* *ga-vasjan* *ἀμφιεννύναι*, *περιβάλλειν*, *vas-ti* *ἱμάτιον*. — Curtius Etym. 351, Bopp Gl., Meyer goth. Spr. 367. — Uberrima sunt digammi testimonia ab Hesychio præcipue tradita, nam tituli tacent. Hesychius hæc præbet: primum *γέμματα· ἱμάτια* (lesb., cf. Ahr. I 51) et *γῆμα· ἱμάτιον* (sev. dor. Ahr. II 158), quorum utrumque e **Ϝεσ-μα* exstitisse apparet, unde etiam ortum est hom. et att. *εἶμα* (ut lesb. *ἔμμι*, hom. et att. *εἰμί* ex **ἐσμι*, hom. *εἷμαι* *εἱμένος* ex **Ϝέσ-μαι* **Ϝεσ-μένο-ς*): cf. gl. *ἅ-εμμα* et *ἕμμα;* deinde *γεστά* (*γεστία* cod., emend. Ahr. II 54)· *ἔνδυσις. ἱμάτια* et *γέστρα· στολή* et *ἁ γέστρα· τὸ κάλλυντρον* (emend. Schmidt) et *γεῖϑρον· ἔνδυμα*, quibuscum conferendum est *βέστον· τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακώνων, οἱ δὲ* (Lacones l. Tarentini, Ahr. II 103) *βέττον. Διογένης* Et. Mg. 195, 46: mitto corruptam gl. Hesych. *βεσόν· ἔϑος*, in qua Ahr. II 46 latere putat

βεστόν· ἐσθής. Hæ glossæ radicem *Ϝεσ* præbent suffixis syllabis *-τα -το -τρα -θρο* auctam. Tertium est genus *ὕεσις* (*ὕεσι* cod., em. Mus.)· *στολή. Πάφιοι,* quam gl. sequitur *ὑεστάκα· ἱματισμός* (*ἱματισμόν* coniicit Curtius): de vocali *υ* pro digammo usurpata cf. Pohl dig. 14, Curtius Etym. 513. Vocem *ἐσθής* apud Æoles a digammo incepisse auctor est Terentianus Maurus p. 2397 P. Præterea vestigia digammi apparent in gl. Hesych. vocali prosthetica ornata *ἄ-εμμα· ἱμάτιον,* in figuris augmento instructis **ἐ-Ϝέσσατο,* vulgo *ἑέσσατο* *K* 23, 177, *ξ* 529 et **ἐ-Ϝεστο ἕεστο* *M* 464, *τ* 237 (cod. CN La Roche) atque in duplicatis *ἀμφι-(Ϝ)έσω* *ε* 167, *ἀμφι-(Ϝ)έσαιμι* *σ* 361 sim., *ἐπι-(Ϝ)έσσαμεν* *υ* 143, *ἐπι-(Ϝ)ειμένος* sim. *Α* 149 al., *κατα-(Ϝ)είνυσαν* *Ψ* 135, *κατα-(Ϝ)ειμένον* *ν* 351 al., *κακο-(Ϝ)είμονας* *σ* 41. Contra unum iunctum vocabulum spirantem labialem prorsus abiectam ostendit *ἀν-είμον-ος* (nom. *ἀνείμων*) *γ* 348, quod **ἀϜείμονος* scribit Bekkerus. Ut in hac voce digamma iam in antiquiore quadam ætate evanuisse videatur, tamen illam consonam in ea, de qua hic agimus, stirpe et perdiu obtinuisse et vestigia graviora impressisse certissime efficiunt quum alia, quæ iam attuli, tum atticum ipsum *ἀμφι-έννυμι.* Addo *ἐπί-εσται* Orac. Herod. *α΄* 47. — Constat *ἕννυμι* esse pro **Ϝεσ-νυ-μι:* consona sibilans resedit in figuris *ἕσ-σ-ω* *ρ* 550, *ἕσ-σ-ε-ν* *E* 905, *ἕσ-σαι* *ω* 250, *ἕσ-σο* *Γ* 57, *ἕσ-το* *Ψ* 67, sim. Figuras autem *εἷται* *λ* 191 et *εἷατο* *Σ* 596 non pro **Ϝε-Ϝεσ-ται *Ϝε-Ϝεσ-ατο* e truncata quadam reduplicatione, quæ in hoc verbo non inest, ortas, sed ad similitudinem aliarum formarum *εἷμαι εἱμένος* factas esse censemus. — Quum antiquitatis testimoniis (Apoll. Hesych. Et. Mg.) permotus tum collato sscr. part. *vas-âna-s* adiectivum *ἑᾱνός* huc retuli.

Et frequentissima sunt in carminibus homericis digammi vestigia, et perpauci loci consonam initialem in his vocabulis non admittunt.

Ϝέννυσθαι Ϝέσσω Ϝέσσα Ϝέσσατο sim. *ἕσσαντο.* Tredecim locis hæ voces *hiatus* efficiunt, qui restituto digammo initiali summovendi sunt. Sunt illi hiatus *a*) in fine pedis secundi *εἵματα Ϝέσσα* *δ* 253, *εἵματα Ϝέσσε* *π* 457, *εἵματα Ϝέσσαν* *θ* 366, *εἵματα Ϝέσσαθ'* *ζ* 228, — *b*) in fine pedis quinti *εἵματα Ϝέσσει* *ο* 338, *εἵματα Ϝέσσε(ν)* *E* 905, *Π* 680, *η* 265, *κ* 542, *ξ* 320, *τεύχεα Ϝέσσεν* *Σ* 451, *εἵματα Ϝέσσαν* *ω* 59, *εἵματα Ϝέσσον* *Π* 670. Semel *brevis syllaba,* quæ in quarta thesi inter semiquinariam cæsuram et bucolicam *producitur,* digamma requirit: est *ἑ͝ανὸν Ϝέσαθ'* *Ξ* 178. — Accedunt hiatus hi in fine pedis primi *ἐνθάδε (Ϝ)ἕννυσθαι* *ξ* 514, *ἠέρα* l. *τεύχεα*

l. εἵματα (Ϝ)ἑσσάμενος l. -νω Ξ 282, Ψ 803, β 3, δ 308, υ 125, tum in cæsura bucolica ε 229, 230, κ 543. Deinde vocalis firmior ι dat. sing. tert. decl. antecedit Η 207, ν ἐφ. nom. ὤμοισιν Υ 150, ν ἐφ. adv. καθύπερθεν Ω 646, δ 299, η 338, porro longæ syllabæ in consonas exeuntes Ξ 350, ν 436. Denique ab his vocibus initium capiunt hi versus Κ 334, Ξ 372, ζ 28, ν 400, ξ [154,] 396, 522, π 79, ρ 550, 557, φ 339. — Tres tantum loci, ut vulgo leguntur, consonam initialem non accipiunt: legitur enim ἐπεί ῥ' ἕσσαντο Ξ 383, ω 467, 500. Delerunt particulam ῥ' Hoffmann et Bekker. Mitto enim suspectum locum Τ 393 (λέπαδν' ἕσαν), ubi est varia lectio ἴσαν. — — In hymnis hiatus est post quintum pedem h. VI 6 εἵματα Ϝέσσαν. Nihil probat hiatus h. XXXII 8. Ceteri loci digamma admittunt: sunt h. IV 64, 171, 172.

Ϝεῖμαι Ϝέσσαι Ϝέσσο Ϝέστο al. ἕσσο. Etiam hæ figuræ plurimis locis digamma requirunt, ut *hiatus* duriores tollantur. Sunt illi hiatus *a*) in fine pedis secundi τάδε Ϝέστο τ 237 (de var. lect. ἕεστο infra dicemus), — *b*) in fine tertii pedis κακὰ Ϝειμένος τ 327, — *c*) in fine pedis quinti εἵματα Ϝεῖμαι τ 72, ψ 115, ἀεικέα Ϝέσσαι ω 250, εἵματα Ϝεῖται λ 191, ἀεικέα Ϝέσσο π 199, εἵματα Ϝέστο Ψ 67, ρ 203, 338, τ 218, [ω 158], εἵματα Ϝέσθην Σ 517. — Duo sunt hiatus in cæsura bucolica Ο 389, ω 227. Tum excipiunt hæ voces firmiorem vocalem pron. τά Δ 432, part. εὖ in tertia arsi productam ο 331, ν ἐφ. nom. φρεσίν Υ 381, atque sunt in initio versuum Ο 308, Σ 596, χ 363. — Unus locus consonam respuit Γ 57, qui versus incipit a verbis λάινον ἕσσο.

De *figuris* huius verbi *augmento ornatis* hic pauca verba faciamus. Figuram activam ἔϜεσσεν inducit Bekkerus Ε 905, ubi Ϝείματ' ἔϜεσσεν pro vulg. εἵματα ἕσσεν scripsit, at non sibi constat Π 680, η 265 cet. Licet aliorum verborum locorumque comparatio hanc novandi rationem commendet, tamen codices nihil ad hanc mutationem afferunt materiæ: cf. La Roche Unters. 81. Aucta figura ἑέσσατο Κ 23 et 177 ad pravam cæsuram post finem tertii pedis evitandam valet, ξ 529 excipit pedem secundum. Eandem hanc versus sedem obtinet ἕεστο Μ 464 (τὸν ἕεστο), ubi Hermannus solus, quod viderim, scriptum vult τὸν ἕστο. Quod Bekkerus τ 218 et ρ 338, similibus locis neglectis, in Ϝείματ' ἔϜεστο mutatum vult, prætereo, quum consimilis hæc res sit ei, de qua iam diximus. Uno loco autem τ 237 duo codices præbent τάδ' ἕεστο. Tamen in tanta mutationis facilitate haud scio an usitatissima figura retinenda sit. Versus h. IV 86 eadem est ratio atque Μ 464: hic fluctuant codices.

Ϝεῖμα εἷμα. Digamma in hac voce servatum demonstrant 1) *productæ particulæ a) καί,* quod vocabulum in tertia arsi producitur *Γ* 392 *καὶ Ϝείμασιν,* in quarta autem [*ζ* 144 *καὶ Ϝείματα*], — *b) τοί X* 510: est secunda arsis, — 2) *hiatus*, qui his locis sunt: *a)* in fine pedis secundi *τάδε Ϝείματ' ϱ* 24, *τ* 255, — *b)* in fine tertii pedis *X* 154 *ὅϑι Ϝείματα,* — *c)* in fine quarti pedis *ξ* 501 *ἐνὶ Ϝείματι:* antecedit scilicet cæsura semiseptenaria. — Accedit magnus hiatuum numerus, qui minus efficiunt: sunt in fine pedis primi *δ* 253, *ζ* 228, *ϑ* 366, *π* 182, 457, atque in bucolica cæsura *B* 261, *E* 905, *Π* 670, 680, *Σ* 517, *ζ* 58, 64, 111, 214, *η* 234, 238, 265, 296, *κ* 542, *ν* 218, *ξ* [132,] [154,] 320, 341, 396, [516,] *ο* 338, 368, *π* 79, *ϱ* 550, *φ* 52, 339, *χ* 487, *ψ* 132, *ω* 59. Dubitari potest de loco *B* 261: semiseptenariæ cæsuræ tamen officere videtur cæsura bucolica. Tum vocalem firmiorem *ι* dat. sing. tert. decl. excipit hæc vox *Ψ* 67, *δ* 750, 759, *ζ* 61, *λ* 191, [*ξ* 506,] *π* 210, *ϱ* 48, 58, 203, 338, 572, *τ* 72, 218, *ψ* 95, 115, *ω* 156, [158]. Postea est in initio versuum *Σ* 538, *β* 3, *δ* 308, *ε* 167, 264, 321, 343, 372, *ζ* 26, 91, 98, 252, *ϑ* 249, *ν* 10, 369, *π* 83, *σ* 361, *υ* 125. — In hoc locorum vel requirentium digamma vel certe admittentium numero unus tantum locus consonam illam in hoc verbo aspernatur: est enim in clausula versus *η* 259 *ἔμπεδον, εἵματα δ' αἰεί.* — — In hymnis hiatus est post finem tertii pedis præeunte semiquinaria h. IV 164 *ἰδὲ Ϝείματα.* Mitto hiatus h. II 6, h. VI 6 et ceteros locos h. III 250, h. IV 64, 171, h. XXXII 8. Duobus locis h. III 85, h. IV 232 antecedit correpta particula *καί.*

Ϝέσϑος unico legitur loco et quidem in *hiatu* in clausula versus *ἔπλετο Ϝέσϑος Ω* 94. — — Obstat autem h. XXXI 13.

(Ϝ)ἐσϑής ἐσϑής. Dubia digammi testimonia repetimus ex his brevium syllabarum productionibus *χαλκόν τε χρυσόν τε ἅλις (Ϝ)ἐσϑῆτά τε δόντες* l. *ϑ' ὑφαντήν ε* 38, *ψ* 341, *ν* 136, *π* 231 (cf. p. 75), neque maioris est momenti *ζ* 74: cf. *τ* 273, *κ* 471 et supra p. 30. Deinde brevem syllabam in cæsura semiquinaria productam excipit hæc vox *η* 6, longam syllabam in consonam desinentem *ζ* 192, tum est in cæsura bucolica *α* 165 et in initio versuum *β* 339, *ϑ* 440, *ο* 207, *ψ* 290. — Digammo repugnant *ζ* 83 (*φέρον δ' ἐσϑῆτα*), *ξ* 510 (*οὔτ' ἐσϑῆτος*), *ω* 67 (*ἔν τ' ἐσϑῆτι* — *τ'* del. Bk.). — — In hymnis mitto productionem h. IV 139. Etiam minoris interest h. III 181.

(Ϝ)εᾱνός (Ϝ)εῑᾰνός. Nihil ad digamma voci *ἑανός* vindicandum efficiunt breves syllabæ in cæsura semiquinaria productæ

Ξ 178, *Φ* 507, neque diphthongus *ου* et vocalis *η* in tertia thesi productæ *Γ* 385, 419. *εἱανός* est in exordio versus *Π* 9. — Mitto h. v 176.

ἑᾱνός excipit *ν* ἐφ. verb. *Ε* 734, *Θ* 385. Digammo repugnant *Σ* 352, 613, *Ψ* 254.

Ϝέσπερο-ς ἕσπερο-ς vespertinus, vesper, *(Ϝ)ἑσπέρ-ιο-ς* vespertinus.

Lat. *vesper, vesper-tinu-s.* — Curtius Etym. 352. — Digamma exstat in tit. locr. Oeconomidæ altero v. 10, ubi est *Λοϙρῶν τῶν Ϝεσπαρίων,* et in consonam *φ* mutatum est in Sapphus fragm. 95, ut traditum est in Etym. Gud. 446 3, ubi legimus *φέσπερε,* quod in *Ϝέσπερε* emendavit Welcker, cf. ann. Bergkii et Ahr. I 32. Accedit auctoritas Terentiani Mauri, qui p. 2397 P. commemorat Æoles non *hesperum* sed *vesperum* dixisse. Præterea in hiatu durissimo invenitur hæc vox apud Hesiod. op. 552 *ποτὶ (Ϝ)ἕσπερον* (est in fine tertii pedis post cæsuram semiquinariam), atque apud Pindarum legitur Isthm. VII 44 *δὲ Ϝεσπέραις* (Mommsen).

Ϝέσπερος. Manifestissimum servati digammi testimonium præbet versus *ρ* 191 *ἦμαρ, ἀτὰρ τάχα τοι ποτὶ Ϝέσπερα ῥίγιον ἔσται,* in quo *hiatus* inter maiores illas cæsuras semiquinariam et bucolicam minime est ferendus. — Ex aliis locis, ubi sunt dicendi formulæ *μένον δ' ἐπὶ ἕσπερον ἐλθεῖν* *α* 442, *δ* 786, *σ* 305, et *μέλας δ' ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν* *α* 423, *σ* 306, vix quicquam certi ad hanc rem repetimus. Aliter quidem se habent loci *Κ* 351 et *ν* 114, ubi *ὅσσον τ' ἐπί* idem est atque *ἐφ' ὅσσον τε,* sed nihil fere, quod intellegam, ab illis, quos attuli, locis differt *μ* 252 *δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων.* Quod si in hoc versu hiatus ille, qui inter præmissam præpositionem et verbum *εἴδατα* cadit, in ipsa versus sede, dico bucolica cæsura, idoneam invenit excusationem, sane nescio cur non eandem illorum locorum esse rationem existimemus. Denique est vox *ἕσπερος* in initio versus *Χ* 318. — — Digammo repugnat h. XIX 14.

(Ϝ)ἑσπέριος. Nihil probat particula *ἤ* in tertia arsi producta *θ* 29. Ceterum non est hoc vocabulum nisi in initio versuum *Φ* 560, *β* 357, 385, *ι* 336, 452, *ξ* 344, *ο* 505, *π* 452, — — item h. III 18, 341, h. XXXI 16, h. XXXII 11.

Ϝέτος ἔτος annus.

Sscr. *vatsa-s* (pro **vatas-a-s*) annus; — lat. *vetus, vetus-tu-s.* — Benfey I 311, Curtius Etym. 196, Bopp Gl., Fick 178. — Radix

vat latet in sscr. *sam-vat* 'annus' et gr. *νέωτα* pro **νεο-Ϝ(ε)τ-α*. De digammo huius vocis et e titulis abundant testimonia neque in lexico Hesychii desunt. Tituli præbent hæc: *Ϝέτεα* CIG. n. 11 v. 2. (foed. Eleorum), *Ϝέτια* CIG. n. 1569 a III v. 37 (boeot. pro *Ϝέτεα* Ahr. I 179: mitto ib. n. 1575, cf. sub voce *εἴκοσι* p. 62), *Ϝέτεα* et *Ϝεος* (pro *Ϝέτος*) Oeconomides tit. locr. II vv. 13, 33, *Ϝέτος* tab. heracl. I vv. 51, 53, 101, *Ϝέτεος* ib. vv. 109—134 (quinquiens), *Ϝέτει* ib. v. 121, *Ϝέτη* ib. v. 111, *Ϝετέων* ib. vv. 103—178 (quater). Restat vox *διαβέτης* CIG. n. 1241 I v. 2 al. (lacon.), qua in voce Boeckhius II p. 611 etymon verbi *Ϝέτος* inesse suspicatur. Assentitur Ahr. II 46. Quas Hesychius nobis tradidit glossas, sunt hæ: *γέτος· ἐνιαυτός* (Boeoti?), *γέτορ· ἔτος* (Lacones), *βρῖτος· ἔτος* (fort. Cretenses, de vocali *ε* in *ι* mutata cf. Ahr. II 122). Hanc glossam ad sscr. *r-tu-s* 'anni tempus, mensis', lat. *ri-tu-s* reducit Hey (dial. cret. Lips. 1870), sed, etiam si illæ voces inter se cohæreant, litera *β* nullam accipit interpretationem; magis placet consonam *ρ* pro inculcata ex cretica quadam consuetudine habere, ut sunt *δρύεται* (collato *δύεται*), *τράφος· τάφος, βρῆσσαι· βῆσσαι, φρυγά· φυγή* al., cf. Schmidt, Kuhn's Zschr. XII 214, Savelsberg dig. 26. Aliter Roediger, Kuhn's Zschr. XVII 315. Tum in vocalem *υ* abiit digamma in duabus his glossis: *ὑετής· ὁ αὐτοετής. Μαρσύας*, nisi forte æolica est pro *ὀετής*, cui verbo explicatio magis respondet (cf. ann. Schmidtii: de vocali *ο* in *υ* apud Æoles immutata cf. Ahr. I 81); altera est eaque certior *αὐετῆ· τὸν αὐτοετῆ*, quacum conferenda est hæc *ἀετέα· τὰ τῷ αὐτῷ ἔτει γεννώμενα*. Præterea corruptam illam *ἀντετοῦς* (*αὐϜετοῦς*? cf. Schmidt et Ahr. II 272). Ad homericum vocabulum spectat *οἰέτεας· ἰσοέτεας. ὁμήλικας*. In proximis glossis inesse præfixam vocalem *ἀ ὀ* satis constat. De vocabulo *οἰέτεας* cf. Curtius Etym. 526. — Duplicatas voces, in quibus omnibus fere vestigium consonæ apparet, infra enumerabimus. Hic tantum addimus quædam non homerica *πενταέτηρίδα* tab. heracl. I 105[1], *ἀμφί-ετες, ἀμφι-ετής, ἀμφι-ετέω, ἀμφι-ετίζομαι*. Neque prætereundus est hiatus, qui occurrit apud Pind. Ol. II 93 *γε Ϝετέων*.

(*Ϝ*)*ἔτος ἔτος*. Vix quicquam certi de digammo in carminibus homericis componendis servato statuimus ex iis brevium syllabarum productionibus, quæ ante hoc vocabulum in quinta thesi seu

---

[1]) Digammi vices tenet spiritus asper: cf. *ἐννεακαιδεχετίς* tit. halicarn. et neogræcum *ἐφ' ἔτος ἐφέτος* 'hoc anno', Wescher, Revue Archéol. X 1864 p. 134, 139

in cæsura seminovenaria fiunt. Loci sunt hi: ἤδη γάρ νῦν μοι τόδ' ἐεικοστὸν (ϝ)ἔτος ἐστίν Ω 765, cui versui similis est versus τ 222, et ἀλλ' ὅτε δὴ ὀγδόατόν μοι ἐπιπλόμενον (ϝ)ἔτος ἦλθεν η 261, ξ 287, et αὐτὰρ Ὀδυσσῆι τόδε δὴ πέμπτον (ϝ)ἔτος ἐστίν ω 309: cf. E 752, λ 571, ϑ 475 et supra p. 31. Tum mitto longas vocales vel diphthongos ante id productas α 16, δ 82, λ 295, ξ 294, τ 484, φ 208, ψ 102, 170, ω 288, 322; antecedit autem ν ἐφ. verb. β 89, 107, τ 152, ω 142. — Quod si nullus locus digamma certo revocat, non multum tamen uni, qui obstat, loco tribuendum est. Pro τοσσαῦτ' ἔτεα B 328 facile cum Bekkero coniicimus τοσσαῦτα ϝέτεα: cf. quæ de voce ἔπεα iam supra p. 87 diximus. — — In hymnis nihil probare videtur h. IV 277, qui versus incipit ἐς πέμπτον (ϝ)ἔτος κτλ. Mitto h. 172, h. V 445, 463.

Duplicata vocabula sunt hæc: αὐτό-(ϝ)ετες γ 322, εἰνά-(ϝ)ετες Σ 400, γ 118 al., ἑξά-(ϝ)ετες γ 115, ἑπτά-(ϝ)ετες γ 305, η 259, ξ 285, οἰέτεας pro *ὀ-ϝέτεας B 765, πεντά-(ϝ)ετες γ 115, πεντα-(ϝ)έτηρον B 403, H 315, ξ 419, τ 420, τρί-(ϝ)ετες β 106 al.; — contra digamma elapsum haud dubie ostendit una vox ἐξ-έτε' Ψ 266, 655: minus veri similis videtur figura ἐκ-ϝέτε', vix ferenda ἑξ-ϝετέ, ut scripsit Bekkerus.

ϝῆλο-ς ἧλο-ς clavus.

Lat. *vallu-s* 'sudis, dens pectinis'. — Corssen Beitr. 320, Curtius Etym. 337. — Vocem græcam ἧλο-ς et a digammo incepisse et latino vocabulo *vallu-s* esse affinem, certissime demonstrat Hesych. gl. γάλλοι· ἧλοι (lesbiaca est, Ahr. I 31, 58). Forma græcoitalica non **vâlo-s* erat, ut sumpsit Fick 490, sed, id quod ex lesb. figura perspici potest, **val-vo-s*, unde lesb. γάλλοι et hom. att. ἧλος, dor. ἆλος, lat. *vallus* evaserunt eodem modo ac lesb. γόννα et hom. γοῦνα e *γον-ϝα, hom. att. πηλός et dor. πᾱλός e *παλ-ϝο-ς (coll. sscr. *palva-la-s* lat. *palû-s*), hom. att Ἦλις et dor. Ϝᾶλις et lat. *vallis* e figura **val-vi-s* (cf. p. 80): *sollus* a Festo dicitur pro **sol-vo-s*, *sal-vu-s*: cf. Corssen l. l. Vestigium digammi apparet in iuncto vocabulo ἀργυρό-(ϝ)ηλος η 162, ϑ 65 al.

ἧλος. Nihil efficitur e locis Λ 246, Λ 633. Aspernatur vero consonam initialem Λ 29 (ἐν δέ οἱ ἧλοι). Quam ob causam Bekkerus in duplicato ἀργυρό-ηλος scite digamma non restituit.

R. *Ϝιδ Ϝίδ-ο-ν ἴδ-ο-ν εἶδ-ο-ν* (pro **ἔ-Ϝιδον*) vidi, *Ϝοῖδ-α οἶδ-α* (*(Ϝ)ἴδ-μεν, (Ϝ)εἰδ-ώς*) novi, *(Ϝ)εἴδ-ο-μαι* (*ἐ-(Ϝ)ει(δ)-σ-ά-μην*) videor, appareo, similis sum, *(Ϝ)ἴδ-ρι-ς* sciens, peritus, *(Ϝ)ἰδρ-είη* peritia, *Ϝίσ-τωρ ἴσ-τωρ* cognitor, arbiter, *(Ϝ)εἶδ-ος* species, *(Ϝ)εἴδ-ωλο-ν* imago, *(Ϝ)εἰδ-άλ-ιμο-ς* formosus, *(Ϝ)ἰ-ν-δ-άλλ-ο-μαι* videor.

Sscr. r. *vid vêd-mi* percipio, cognosco, *vêd-a vid-ma Ϝοῖδα (Ϝ)ἴδ-μεν, vid-vân* sapiens, gnarus, *vid-jâ* scientia; — lat. *vid-e-o*; — got. *vit-an τηρεῖν, fair-veit-jan ἀτενίζειν, σκοπεῖν, vait vit-um vit-an οἶδα ἴδμεν εἰδέναι, un-vit-ands ἀγνοῶν.* — Curtius Etym. 227, Bopp Gl., Meyer goth. Spr. 366. — Digamma exstat in tit. thesp. (Savelsberg dig. n. 72), qui habet *Ϝίστορες*, et in tit. orchom. a Leakio edito (Trav. in north. Gr. n. 37 v. 12) coniectura est revocatum, quum pro *ΕΙΣΓΟΡΕ* legendum sit *Ϝίστορε(ς)*, cf. Ahr. II 516. Deinde sub consona *γ* latet hæc spirans in Hesych. gl. *γοῖδα· οἶδα* (de falsa codicis scriptura cf. ann. Schmidtii), *γοίδημι· ἐπίσταμαι* (est æol., Ahr. I 136), *γίσαμεν[αι]· εἰδέναι* (dor., Ahr. II 316). Tum transiit in mediam mutam labialem in voce *βίδεοι βίδυοι*, qui appellabantur apud Spartanos ludorum et epheborum *testes et iudices* (Boeckh CIG. I 609 a, cf. Hesych. gl. *ἰδυῖοι· μάρτυρες κτλ.*, Ahr. II 47, Curtius Etym. 514). Sunt autem *βίδεος* CIG. n. 1241 III v. 18, n. 1242 v. 23 al., *βίδεοι* ib. n. 1268 v. 1, n. 1269 v. 1, *βίδυοι* ib. n. 1270 v. 1, atque Cyrillus Bremensis tradidit *βειδυιοι· ἄρχοντες* auctore M. Schmidtio (Philol. XIV 205). Eandem mutationem præbet *βιδῆν· ἰδεῖν. Λάκωνες* Et. Gud. 104 13 (cf. Ahr. II 44 n. 7). Prætereo corruptam gl. Hesych. *βίδην*. Alia vero est gl. Hesych., ubi digamma in vocalem *υ* abiit: *αὐιδέτου· ἀφανοῦς, ἀοράτου* (æol. putat Ahr. I 37). Adiungo coniecturam Bergkii Sapph. fr. 2 v. 7 *ὡς γὰρ εὔιδον* pro eo, quod libri habent *ὡς γὰρ σ' ἴδω* l. *εἴδω* l. *ἰδῶ: ὥς σε γὰρ Ϝίδω* Ahr. Restant duæ gl. Hesych., in quibus literæ *Ϝι* in vocalem *υ* transiisse videntur: *ὕδης· συνετός* et *ὕδνης· εἰδώς, ἔμπειρος:* de hac immutatione cf. Curtius 167, 229. Ceterum de antiqua quadam initiali consona et duplicata permulta, quæ infra enumerabimus, testantur et figuræ non eæ solum, quæ augmento syllabico, quod vocatur, sunt ornatæ **ἐ-Ϝιδον εἶδον, ἐ-(Ϝ)εισάμην*, sed etiam eæ, quæ prosthetica vocali auctæ sunt *ἐ-(Ϝ)εισάμενος* *B* 22 al., *ἐ-(Ϝ)ειδόμενος* Pind. Nem. x 15. Minoris est momenti gl. Hesych. *αἴτυρον· ὕαλον*, cf. Curtius Etym. 528, Corssen Beitr. 368. Apud Pindarum vocibus *ἰδών* Ol. IX 62, XIV

16, ἴσαντι Pyth. III 29, εἰδώς Ol. II 86, εἰδόμενος Pyth. IV 21, ἴδρις Ol. I 104, εἶδος Ol. VIII 19 Boeckhius digamma attribuit et Mommsen eas hac consona instructas in textum recepit. Addo hiatum σάφα ἴσαμι Epich. fr. 98 Ahr. (B. 1 Lorenz, cf. Ahr. II 345). — Reiicienda est figura Bekkeriana *ϝεῖδον, quum augmentum, non reduplicatio, in hoc aoristo insit, id quod ex ceteris modis ἴδω ἴδοιμι cet. perspicitur, neque metricis rationibus talis figura postuletur. — Inter εἰδώς et ἰδυῖα eandem intercedere rationem atque inter ἀρηρώς et ἀρᾰρυῖα, τεθηλώς et τεθᾰλυῖα commemorat Ahrens, Rhein. Mus. II 177 (cf. Kühner, Ausf. Gram. I 564). Figuram ἰδυῖα veram homericam esse, etiam ex eo efficitur, quod figura mascul. εἰδώς uno et triginta locis spirantem consonam requirit nullo prorsus loco repugnante, fem. εἰδυῖα autem, si hanc figuram prælatam volumus, omnibus prope locis consonam initialem non admittit. — Apparet plusquampf. proprie fuisse *ϝειδ-εα, addito autem augmento *ἐ-ϝειδ-εα, unde producta digammi vi prima vocali exstiterit ἠ-(ϝ)ειδ-εα et contractione facta ᾔδεα ᾔδη: reiiciendæ sunt igitur figuræ Bekkerianæ *ϝῄδεα *ϝῄδη sim. Cf. Brugman, Curtii Stud. IV 166. — Nomen Ἰδομενεύς ad hanc stirpem relatum nolui, minus longa vocali ῑ commotus quam homericis locis, qui consonam initialem obstinatissime respuunt.

Et plurima sunt in carminibus homericis et manifestissima digammi vestigia, quamquam obstantes loci nequaquam desunt.

ϝίδον ϝιδόμην. De digammo harum figurarum statuimus 1) ex his *particularum infirmissimarum productionibus a)* καί in quinta thesi *P* 179, φ 405, χ 233, — *b)* ἐπεί α) in secunda thesi *Δ* 217, *Ο* 279, β) in quarta thesi *Ε* 27, 510, *Θ* 397, *Ι* 195, *Λ* 745, *Μ* 83, *Π* 427, *Σ* 225, *Χ* 236, β 155, κ 152, 219, 414, φ 83, ψ 92, 214; — 2) ex his *hiatibus* post ea, quæ sequuntur, vocabula *a)* in primo pede παῖδα *Ω* 585, ἀλλά *Ψ* 469, ἔνθα *Γ* 185, ὄφρα *Γ* 163, *Δ* 195, 205, 249, *Ν* 449, *Ο* 32, κ 426, ο 432, γέ *Ρ* 399, δέ *Δ* 151, 255, 336, *Ε* 241, 596, 846, *Θ* 278, 350, *Λ* 345, 599, 645, 814, *Μ* 331, *Ο* 12, *Π* 5, 431, *Σ* 382, *Ψ* 534, ε 333, ρ 215, χ 383, — *b)* in secundo pede ἔργα κ 147, π 144, ὦπα ψ 107, ἄντα *Ν* 184, 404, 503, *Π* 610, *Ρ* 305, 334, 526, *Χ* 274, ἐσάντα λ 143, π 458, ρ 239, ἔπειτα ν 318, ὄφρα *Σ* 63, *Τ* 144, *Φ* 61, λ 94, ὑπόδρα in frequentissima dicendi formula Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ϝιδών *Α* 148, *Δ* 349, 411, *Ε* 251, 888, *Κ* 446, *Μ* 230, *Ξ* 82, *Ρ* 169, *Σ* 284, *Χ* 260, 344, *Ω* 559, θ 165, σ 14, 337, τ 70, χ 60, 320, quibus versibus simillimi sunt hi versus *Β* 245, *Ο* 13, *Ρ* 141, *Υ* 428, ρ 459, χ 34, tum μέ ρ 9, σέ *Ω* 366, 653, σ 246, γέ *Ζ* 284, δέ *Γ* 217, οὐδέ *Δ* 375, δ 201, τέ *Δ* 279, ι 229, θηήσαιτο ε 74, — *c)* in quinto pede ἐπιεικτά θ 307,

ἔργα Γ 130, *μῆλα* Δ 476, *θαῦμα* (*θαῦμα* *ϝιδέσθαι*) Ε 725, Κ 439, Σ 83, 377, ζ 306, η 45, θ 366, ν 108, *σῆμα* Ζ 176, *γενειήσαντα* σ 176, 269, *ζώοντα* Ρ 681, *κατευνηθέντα* δ 414, 421, *μεθιέντα* Μ 268, Ν 229, *φῶτα* ζ 199, η 144, *ὦπα* Ι 373, Ο 147, χ 405, *εἰσάντα* ε 217, *ὄφρα* Β 237, Ε 221, Ζ 365, Θ 105, 376, Κ 97, φ 112, 336, ψ 5, 83, *ὅσσε* Ξ 286, *σέ* δ 162, *δέ* Θ 76, Ο 85, Π 354, Ω 320, 484, δ 43, ο 164, σ 320, *ἠδέ* δ 412, ζ 126, φ 159, *οὐδέ* Α 262, θ 280, λ 366, *ὧδε* δ 141, τ 380, *ἄλλο* ι 28, *ἐπισχύσσαιτο* η 306, *θηήσαντο* θ 17, *κεχάροιτο* γ 438; — 3) ex his *brevium syllabarum* in quarta thesi *productionibus*, quæ quum inter maiorem tertii pedis cæsuram et bucolicam cadant, non cæsura semiseptenaria excusantur, Ε 845 *μιν ϝίδοι*, Α 243 *χάριν ϝίδε*, Ο 488 *γὰρ ϝίδον*, Χ 25 *πρῶτος ϝίδεν*, π 470 *γὰρ ϝίδον*. — Hic addo Ε 475 legi *ἐγὼ ἰδέειν* (non *ἐγών*), quæ antiqua scriptura digammi memoriam videtur tenere.

(*ϝ*)*ἶδον* (*ϝ*)*ἰδόμην*. Iam magnus est illorum locorum numerus, qui nihil probent. Ex iis hos maxime afferam. Sunt hiatus in cæsura trochaica pedis tertii Α 330, Β 198, Γ 33, 191, 225, Δ 223, 467, Ε 599, Ζ 330, Η 189, Κ 14, Λ 843, Ν 330, Ο 320, Π 660, Ρ 167, 441, Σ 524, Τ 340, Ψ 462, Ω 332, α 163, ζ 113, 166, η 224, θ 427, λ 55, 87, 321, 326, 361, 395, 418, 568, μ 202, ξ 29, ο 532, π 162, ρ 315, ω 90, 391. Tum breves syllabæ in consonas exeuntes producuntur ante hoc verbum in cæsura semiquinaria α 113, π 160, ρ 328, et in seminovenaria Π 377, Ω 583, π 351, item longæ vocales vel diphthongi Γ 169, 236, Ε 475, Κ 47, Ο 9, Π 188, Ρ 328, Χ 47, γ 221, δ 655, λ 235, ρ 142, 511. Postea antecedunt breves vocales firmiores ut termin. gen. sing. in *αο οιο* λ 271, Ω 352, termin. ι dat. sing. tert. decl. ξ 382, termin. verb. in *μι* ξ 120, voc. υ ο 505, vel literæ paragogicæ, ν *ἐφ*. verb. Α 537, Β 271, Γ 38, 364, Δ 81, 283, 311, al., ε 78, 408, θ 20, 328, al., ν *ἐφ*. nom. Γ 28, 194, al., κ 385, 387, 574, al., ν parag. pronominis *ἐγών* α 212, δ 269, ε 359, λ 528, al., consonæ paragogicæ præpositionis *ἀμφίς* Β 384, particulæ *κέν* Δ 98, adverbiorum *ἀπάνευθεν* Ρ 198, *προπάροιθεν* Κ 476, *οὐκ* Κ 275, ψ 40, al., denique longæ syllabæ in consonas exeuntes Α 262, 600, al., λ 260, 266, 329, 371, 567, 630, al.

ἶδον ἰδόμην. Primum eorum locorum mentionem faciam, qui probabili coniectura possunt sanari. Constat infinitivi duas esse apud Homerum figuras *ἰδέειν* et *ἰδεῖν*: hæc est λ 142, π 144, illa autem Γ 236, Χ 47, λ 567, ρ 142, al. Quum igitur legimus *πόλεμόν τ' ἰδέειν πολέμοιό τε μέρμερα ἔργα* Θ 453 et *φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι* δ 475, ε 41, 114, ζ 314, η 76, ι 531, et *ἄλοχόν τ' ἰδέειν*

καὶ πατρίδ' ἱκέσθαι ϑ 410, haud scio an facilius digamma his locis restituatur, si pro τ' ἰδέειν scribimus τε Ϝιδεῖν, quam si cum Bekkero particulam τ' delemus. Duobus locis *B* 82 νῦν δ' ἴδεν ὅς κτλ. et *Ξ* 294 ὡς δ' ἴδεν, ὡς κτλ. levissima est mutatio νῦν (ὡς) δὲ Ϝίδ' ὅς (ὥς) collatis *K* 516, α 118 al. Num eadem emendandi ratio etiam *E* 166, 565 adhibenda sit, dubitari potest: Bekker utrobique delevit δ'. Alii loci sunt hi: *Δ* 374 οἳ μιν ἴδοντο (οἵ Ϝε Ϝίδοντο Bk.), id. η 322, *M* 389 ἥ ῥ' ἴδε γυμνωθέντα (ῥ' del. Hoffm. et Bk.), *O* 155 οὐδέ σφωιν ἰδὼν ἐχολώσατο (σφωε Ϝιδὼν Heyn., Bk. coll. *Δ* 330), *X* 450 δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθον, ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται (ἕπεσθε, Ϝίδω τίνα Ϝέργα τέτυκται Bentl. Bk.), δ 556 τὸν δ' ἴδον (del. δ' Bk.), ε 486 τὴν μὲν ἰδών (δὲ Ϝιδὼν Bk.), ϱ 327 αὐτίκ' ἰδόντ' Ὀδυσῆα (αἶψα vel αὖθι coniicit Bk. hom. Bl. 275), σ 375 et 379 τῷ κέ μ' ἴδοις (del. μ' Bk., vix tamen potest deesse posteriore certe loco), τ 567 ὅτε κέν τις ἴδηται (fort. τίς κε Ϝίδηται). Qui iam restant emendationi repugnantes loci, quam brevissime afferam. Sunt hi: *Δ* 203 (mitto enim contortam emendationem Bentleii), *B* 269, *Γ* 224, 453, *Δ* 232, 240, 516, *E* 232, *M* 333, *Ω* 337, β 152, γ 233, 372, ε 209, 220, ζ 160, 311, η 234, ϑ 466, ι 143, κ 44, λ 522, ν 215, φ 122, 228, ω 491, 504.

In minoribus homericis carminibus hæ eædem figuræ hiatus efficiunt his locis: h. III 92 (καί τε 1), h. IV 56 (ἔπειτα 2), 90 (θαῦμα 5), 181 (ὡς δέ 1), 205 (θαῦμα 1), h. V 105 (τὴν δέ 1), 167 et 222 (τίς σε 2), 385 (ἡ δέ 5), 427 (θαῦμα 1), h. VI 15 (ἠσπάζοντο 5), h. VII 8 et 42 (οἱ δέ 5), 48 (ὑπόδρα 2), h. XXXIII 16 (οἱ δέ 5). Tum producitur ἐπεί in quarta thesi h. VII 52. Mitto hiatum in cæsura trochaica pedis tertii h. II 20. Nihil probant h. I 153, h. II 237, h. III 202, 263, 363, 389, 403, h. IV 185, h. V 10, 57, 68, 333, 339, 350, 409, h. XIX 39, batr. 258. Obstant vero h. I 71, h. III 92, 239, h. IV 256, 278, h. V 458, h. VII 37, h. XIX 36, ep. VI 3, XIII 5, batr. 8, 84, 224. Memorabilis est versus h. III 92 καί τε Ϝιδὼν μὴ ἰδὼν εἶναι κτλ., quippe qui et respuat digamma et requirat.

ἔ(Ϝ)ιδον εἶδον. In hac verbi figura digamma initiale fuisse, ut grammaticæ rationi repugnat, ita nequaquam locis homericis λ 281 Καὶ Χλῶριν εἶδον κτλ. et λ 576 Καὶ Τιτυὸν εἶδον κτλ. demonstratur. Facillime enim ea productio, quæ est λ 281, cæsuræ semiternariæ tribuitur, coll. *Z* 152, κ 493 al. (vide p. 29); neque multo durior videtur esse productio λ 576: quamquam versum prorsus similem eruere non possum, paululum certe ab hoc differt *Π* 269 vel, si cæsuram semiseptenariam in versu λ 576 agnoscimus,

versus *Γ* 40. Atque prorsus aspernantur consonam initialem duo loci *ι* 182 *σπέος εἴδομεν,* in quo loco emendando laborat Bekkerus hom. Bl. 276, et *λ* 162 *οὐδ' εἶδες.* Reliqui loci nihil ad hanc rem efficiunt, quum aut antecedat vocalis *η* nominis *πρώτῃ* in tertia thesi producta *ϱ* 31 aut *ν* parag. pronominis *ἐγών* *ω* 445 aut longæ syllabæ in consonas exeuntes *Γ* 154, *Δ* 149, 275, *Ε* 515, 572, *Η* 308, *Θ* 251, *Ο* 484, *Π* 278, 818, *Ρ* 724, *Τ* 16, *Υ* 424, *Φ* 207, *Ψ* 874, *δ* 524, *κ* 453, *λ* 298 aut ab hoc ipso verbo versus *Λ* 112, *Τ* 292, *κ* 194 incipiant. — [Repugnant etiam hi loci batr. 11, 99, 147.] — Alia est quæstio, quæ hic non videtur esse omittenda. Quum enim figura illa *ϝίδον* in carminibus homericis frequentissima fuisse existimanda sit, veri simillimum est aliam quoque, quæ inter hanc et posteriorem formam *εἶδον* medium locum teneat, dico figuram augmento syllabico instructam *ἔϝιδον,* homericis temporibus viguisse. Neque tamen a poeta re vera usurpatam fuisse hanc figuram potest demonstrari, quum nusquam in quinta arsi posita sit prima huius verbi syllaba, sed non casu accidisse putandum est, ut quinque locis exceptis ubique pro diphthongo duæ breves vocales legi possint, ut *Δ* 149 *ὡς ἔ(ϝ)ιδεν μέλαν αἷμα κτλ.* Quinque autem illi loci sunt *Λ* 112, *Τ* 292, *κ* 194, qui versus ab hoc verbo initium capiunt, tum *ι* 182, *λ* 162.

In *duplicatis vocabulis* nullum certum digammi vestigium invenimus. Mitto *προ-(ϝ)ίδωσιν* *Ρ* 756, *προ(ϝ)ιδών* *Χ* 275, *δ* 396, al. sim., *ἔξιδεν* l. *ἐκϝιδεν* Bk. *Υ* 342, *εἴσιδον, -δεν* l. *ἐσϝιδον, -δεν* Bk. *λ* 306, *Ξ* 13, *α* 118 al. sim. Aspernantur autem spirantem consonam *ἐσ-ίδεσκεν* *ψ* 94, *ἐσ-ιδέσθην* *ω* 101, *ἐσ-ιδοῦσα* *Χ* 407, *ϑ* 526 (emend. Bk.), *εἰσαν-ιδών* *Π* 232, *Ω* 307, *ἐκκατ-ιδών* *Δ* 508, *Η* 21, *ἐπ-ιδόντα* *Χ* 61. Sine dubio hæ figuræ magis e metrica quadam necessitate profectæ sunt, ut in versum heroicum possent inculcari, quam e deleta digammi memoria. Quod Hoffmann II 61 in his figuris apocopen quandam præpositionis servato digammo inesse censet, missum facio, quum digamma, ubi ad alteram consonam accedit, antecedentem vocalem positione, quæ vocatur, productam reddidisse putandum sit, idque eo magis quod etiam solum digamma nonnumquam brevem vocalem in versu homerico producit (cf. p. 22).

ϝοῖδα ϝοῖσθα (ϝοῖδας) ϝοῖδε οἶδα οἶσθα οἶδε. Digamma in his verbi figuris fuisse efficiunt 1) hæc infirmiora *vocabula in arsibus producta* *a*) pron. indef. *τευ* (i. q. *τινός*) in secunda arsi *Σ* 192 *ἄλλου δ' οὔ τευ ϝοῖδα,* — *b*) part. *δή* in secunda arsi *δ* 551 *τούτους μὲν δὴ ϝοῖδα,* — *c*) part. *ἤδη* in eadem versus sede *ω* 407 *ὦ γέρον, ἤδη ϝοῖδε,* — *d*) part. *καί* in quarta arsi post cæ-

suram semiseptenariam haud levem *καὶ Ϝοῖδα ἕκαστα* σ 228, υ 309; — 2) hi *hiatus a*) in fine secundi pedis *βένθεα Ϝοῖδεν* α 53, δ 386; *δεξιά, Ϝοῖδ'* Η 238, *δήνεα Ϝοῖδε* Δ 361, *σάφα Ϝοῖδα* ϱ 373, *σάφα Ϝοῖσθ'* Β 192, *σάφα Ϝοῖδεν* ϱ 153, ω 404, *τό γε Ϝοῖδα* Δ 163, π 470, *τό γε Ϝοῖδε* Γ 308, ξ 119, *τόδε Ϝοῖδα* Ζ 447, ο 211, — *b*) in fine quinti pedis *ἄγρια Ϝοῖδεν* Ω 41, *ἤπια Ϝοῖδεν* ν 405, ο 39, *θελκτήρια Ϝοῖδας* α 337, *κέρδεα Ϝοῖδεν* β 88, *μήδεα Ϝοῖδεν* Σ 363, λ 445, υ 46, *πλείονα Ϝοῖδα* Τ 219, Φ 440, *ἥντινα Ϝοῖδα* Π 50, *οὔτινα Ϝοῖδα* ζ 176, η 25, *σάφα Ϝοῖδα* ϱ 307; — 3) *brevis syllaba* in consonam desinens *in secunda arsi producta* θ 215 *εὖ μὲν τόξον Ϝοῖδα κτλ.* — In cæsura bucolica fit hiatus Υ 201 et 432 (*ἐπεὶ σάφα (Ϝ)οἶδα καὶ αὐτός*); contra Hoffmannum semiseptenariam non agnoscimus in his versibus, quum prævalere videatur bucolica. Quam ob causam hos hiatus mitto itemque ceteros, qui sunt in eadem versus sede Ε 761, Ο 93, ε 215, κ 457. Deinde excipiunt hæ figuræ breves vocales firmiores pron. indef. *τὶ* Α 55, 343, Λ 657, γ 184, δ 771, λ 463, π 320, 475, ψ 202, pron. *τό* Ε 406, vocalem υ Λ 653, tum adv. *εὖ* Η 237 (productum in secunda arsi, sed cf. Hoffmann § 52 3 et supra p. 34), ξ 365, ψ 175, porro literam paragogicam adv. *οὐκ* Ε 183, Η 236, Κ 342, α 216, δ 712, θ 28, π 424, σ 265, τ 237. Denique sunt in initio versuum Α 365, Δ 360, Η 238, 240, 241, Ν 275, Ξ 72, δ 465, ε 423, θ 134, κ 267, λ 69, ϱ 563. — Novem loci digamma non admittunt. Ex his sex septemve loci levi facta mutatione possunt sanari: Ζ 367 *οὐ γάρ τ' οἶδ' ἢ* (*τ'* del. Hoffm. et Bk.), Λ 792 *τίς δ' οἶδ' εἰ* (*δ'* del. Hoffm. Bk.), idem præbent Ο 403, Π 860, β 332, γ 216, tum Τ 421 *εὖ νύ τοι οἶδα καὶ αὐτός ὅ μοι μόρος ἐνθάδ' ὀλέσθαι* (*εὖ νυ καὶ αὐτὸς Ϝοῖδα* Hoffm. coll. Θ 32, *εὖ νυ τὸ Ϝοῖδα* Bk.). Restant duo loci Σ 185 *οὐδ' οἶδεν κτλ.*, ϱ 573 *λυγρ' ἔχω· οἶσθα κτλ.* — *Duplicatum* non occurrit hoc verbum nisi *περι-(Ϝ)οιδε* Κ 247, γ 244. — — Ex hymnis addimus hos hiatus: h. III 164 *αἴσυλα Ϝοῖδε* (5), 456 *μήδεα Ϝοῖδας* (5), h. IV 13 *σάφα Ϝοῖδα* (5). Obstant h. III 376, 535. Mitto h. III 208, 369, 467, h. IV 116, h. V 133, 229, 230.

Ϝίδμεν ἴδμεν Ϝίσθι Ϝιδμεναι (Ϝ)ἴσαν sim. His verbi figuris digamma revocant 1) hæ *longarum vocalium vel diphthongorum productiones a*) part. *καί* in quarta arsi Η 281 *τό γε δὴ καὶ Ϝίδμεν ἅπαντες,* — *b*) part. *πού* in secunda thesi Α 124 *οὐδέ τί που Ϝίδμεν κτλ.,* — *c*) termin. nom. η vocis *οἴη* in secunda arsi β 356 *αὐτὴ δ' οἴη Ϝίσθι κτλ.,* — *d*) termin. nom. αι in secunda thesi non firmata interpunctione (cf. Hoffmann § 51 1) θ 559 *ἀλλ' αὐταὶ Ϝίσασι κτλ.*; — 2) hi *hiatus a*) in fine pedis secundi *σάφα Ϝίδ-*

μεν B 252, *τόδε ϝίδμεν* B 301, — *b*) in fine tertii pedis *ἵνα ϝίδμεναι* μ 154, *σὲ δὲ ϝίδμεναι* N 273, — *c*) in quinto pede *ἔργα ϝ-σασιν* Σ 420, *πάντα ϝίσασιν* δ 379, 468. — Mitto autem hiatum, qui est in fine pedis primi Ψ 312, eosque, qui in bucolica cæsura sunt B 485, ψ 110, itemque eos, qui sunt post hæc vocabula: pron. *τά* β 211, pron. indef. *τὶ* B 486, K 100, β 283, δ 109, 632, ξ 89, pron. *σύ* δ 200, tum longas vocales in thesibus productas Λ 719, Σ 405, Ψ 890, ϑ 213, ω 188. Postea excipiunt hæ figuræ *ν ἐφ*. verb. ν 239, literam parag. adv. *οὐκ* δ 772, λ 122, ψ 152, 269, longas syllabas in consonas exeuntes H 411, Θ 32, Υ 203, η 211, ϑ 560; denique sunt in initio versuum I 36, K 329, O 36, 217, T 258, Υ 203, Ψ 276, δ 138, 493, ε 184, λ 224, μ 189, ϱ 155, τ 303. — Octo loci digammo repugnant. E quibus quinque adiuvantibus variis lectionibus facillime sanantur: κ 190 et ϱ 78 — = *οὐ γάρ τ' ἴδμεν* (delendum *τ'*, cf. Schol. ad β 1), λ 124 et ψ 271 *οὐδ' ἄρα τοί γ' ἴσασι κτλ.* (λ 124 *τοὶ* duo cod., ceteri fluctuant inter *τοί γ' τοί τ' τοίδ'*: qua re aut del. *γ'* aut leg. *τοί γε ϝίσασι*, cf. β 211, δ 379, ν 239 al.), φ 110 *καὶ δ' αὐτοὶ τόδε γ' ἴστε κτλ.* (*τόγε* unus cod., *τόδε* sex cod., cet. *τόδε γ': τό γε* leg. Bk. et La Roche). Restant igitur tres loci: Z 151 et Υ 214 *ἄνδρες ἴσασιν*, ϑ 146 *ἔοικε δέ σ' ἴδμεν ἀέϑλους*. — *Duplicatum* est tantum *περι-(ϝ)ίδμεναι* N 728. — — Addo obstare h. I 163, nihil efficere h. I 84, h. V 259.

ϝειδέω (ϝ)εἰδείην εἰδέω εἰδείην ϝειδώς. De digammo statuimus 1) e *productis particulis* a) *πώ* in secunda arsi I 440 *νήπιον, οὔ πω ϝειδόϑ' ὁμοιίου πολέμοιο*, — *b*) *τοί* in tertia thesi Ξ 235 *πείϑευ· ἐγὼ δέ κέ τοι ϝειδέω χάριν* (sequor enim hic editionem Spitznerianam, cf. infra); — 2) ex his *hiatibus* a) in fine secundi pedis *κέρδεα ϝειδῇ* Ψ 322, *ἵνα ϝειδῇ* Υ 122, — *b*) in fine tertii pedis præeunte semiquinaria *ἵνα ϝείδομεν* X 244, *φίλα ϝειδότες* γ 277, *ἵνα ϝειδότες* μ 156, *μάλα ϝειδότε* Λ 710, — *c*) in fine pedis quarti post graviorem cæsuram semiseptenariam *ἵνα ϝείδομεν* Λ 363, Π 19, *ἵνα ϝείδετε* Θ 18, — *d*) in quinti pedis fine *αἴσιμα ϝειδῇ* O 207, *ἀμύμονα ϝειδῇ* τ 332, *ἀπηνέα ϝειδῇ* τ 329, *πεπνυμένα ϝειδῇ* ϑ 586, *ἀϑεμίστια ϝειδώς* ι 428, υ 287, *αἴσιμα ϝειδώς* β 231, ε 9, *ἀπατήλια ϝειδώς* ξ 288, *ἀποφώλια ϝειδώς* ε 182, *ἤπια ϝειδώς* ο 557, *κεχαρισμένα ϝειδώς* ϑ 584, *ὀλοφώια ϝειδώς* δ 460, ϱ 248, *πεπνυμένα ϝειδώς* δ 696, 711, χ 361, ω 442, *πλείονα ϝειδώς* μ 188, *φάρμακα ϝειδώς* Δ 218, *μήδεα ϝειδώς* H 278, P 325, Ω 88, β 38, ζ 12, *κέρδεα ϝειδώς* Ψ 709, *σάφα ϝειδώς* O 632, α 202, *πολλά τε ϝειδώς* β 188, η 157, ω 51. — In fine pedis primi est hiatus Π 73, in cæsura bucolica K 360, ν 296. Antecedit *ν ἐφ*. verb. E 608, ι 281,

litera parag. adv. οὐκ δ 534, diphthongus ῳ in tertia thesi producta β 112, anceps vocabulum πρίν ν 113, tum adverbium εὖ sexcentis locis et in thesibus et in arsibus productum ut *A* 185, 385, *B* 718, 720, 823, *Δ* 196, 206, 310, al., α 174, β 170, δ 645, 818 al. Postremo ab his figuris incipiunt *Γ* 202, *M* 229, *N* 327, *Σ* 53, *X* 130, α 37, γ 18, ι 17. — Repugnant septem loci. π 236 ὄφρ' εἰδέω Bekkerus, ut digamma restitueret, ad variam lectionem, quæ ἰδέω præbet, confugit, sed quamquam hæc figura codicibus nonnullis et hoc loco et *Ξ* 235 itemque Et. Mg. 806, 56 defenditur, dubia tamen atque incerta per grammaticam rationem exsistit neque Aristarcho probata videtur fuisse, cf. Spitzner ad *Ξ* 235. Ceteri loci sunt: β 111 ὑποκρίνονται, ἵν' εἰδῇς (ὑποκρίνονθ', ἵνα Ϝειδῇς Bk.), ε 206 εἴ γε μὲν εἰδείης (εἰ μὴν Ϝειδείης Bk.), *Θ* 406 ὄφρ' εἰδῇ, ὄφρ' εἰδῇς autem est [*Θ* 420,] ι 348, χ 234 (mitto emendationem Hoffmanni § 202, 1). — — In hymnis hi sunt hiatus h. IV 43 μήδεα Ϝειδώς (5), h. IV 167 οὐ σάφα Ϝειδώς (5), h. V 321 ἄφθιτα Ϝειδώς (5).

Ϝιδυῖα (Ϝ)ειδυῖα. Inter has figuras et libri et interpretes antiqui fluctuant: figuram ἰδυῖα septem certe locis Aristarchus tenet (cf. La Roche Textkr. 286 sq.); uno modo loco *P* 5 figura εἰδυῖα ipso metro defenditur, atque haud scio an aliis locis hæc, ut hiatus summoverentur, in illius locum sit substituta. Efficit enim hos in quinto pede *hiatus:* ἔργα Ϝιδυῖα ο 418, ἔργα Ϝιδυίῃ ν 289, π 158, ἔργα Ϝιδυῖαν *Ψ* 263, ἔργα Ϝιδυίας *I* 128, 270, *T* 245, ω 278, κεδνὰ Ϝιδυῖα α 428, τ 346, υ 57, κεδνὰ Ϝιδυῖαν ψ 182, ω 232, λυγρὰ Ϝιδυῖα λ 432, πάντα Ϝιδυῖα ν 417. — In cæsura tertii pedis trochaica sunt hiatus *A* 365, *Σ* 380, 482; antecedit ν ἐφ. verb. (ποίησεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν) *A* 608, *Y* 12, (ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν) η 92. Restat unus, de quo diximus, locus *P* 5, ubi est πρωτοτόκος κινυρή, οὐ πρὶν (Ϝ)εἰδυῖα τόκοιο. — — In hymnis legimus κέδν' εἰδυῖαν h. II 135, h. IV 44, κέδν' εἰδυίῃ h. IV 134, κέδν' εἰδυῖα h. V 195, 202.

Ϝείδεα ᾐ(Ϝ)είδης ᾔδεεν. Figuras Ϝείδεα Ϝείδη, ut scribimus pro ᾔδεα ᾔδη, in homericis carminibus componendis a digammo incepisse efficitur 1) *hiatibus* haud paucis *a*) in fine pedis secundi *Θ* 366 εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε Ϝείδε' ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν, et *A* 741 ἣ τόσα φάρμακα Ϝείδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών, — *b*) in fine quinti pedis ἀθεμίστια Ϝείδη ι 189, αἴσιμα Ϝείδη ξ 433, ἄρτια Ϝείδη *E* 326, τ 248, θέσφατα Ϝείδη *E* 64, μυρία Ϝείδη β 16, πλείονα Ϝείδη *N* 355, ἄρα Ϝείδη *T* 115, σάφα Ϝείδη β 108, ω 144, πολλά τε Ϝείδη *B* 213; — 2) durioribus his pronominis relativi nom. sing. masc. in prima thesi *productionibus* ὅς Ϝείδη *A* 70 et *Z* 351; quamquam de his du-

bito, quum productiones prorsus similes in posterioribus Iliadis carminibus *Χ* 236 et *Ω* 154 inveniantur, cf. p. 32. — Deinde quum aut antecedant breves vocales firmiores pron. *τά* *Β* 38, pron. *τό* *Υ* 466, *γ* 146, pron. indef. *τι* *Ν* 674, vel producta vocabula *εὖ* *ι* 93, *εἰ* *ψ* 220, aut sint hæ figuræ in initio versuum *Β* 832, *Λ* 330, *Ξ* 71, *Ρ* 402, *Σ* 404, *β* 122, *δ* 745, certe etiam his locis melius utimur digammatis figuris *ϝείδεα ϝείδησθα ϝείδεε ϝείδη* quam usitatis e posteriore lingua repetitis *ᾔδεα ᾔδησθα ᾔδεε ᾔδη*, præsertim quum unus solus locus e carmine Odysseæ vicesimo primo sumptus digamma respuat. Est enim *ψ* 29 *Τηλέμαχος δ' ἄρα μιν πάλαι ᾔδεεν ἔνδον ἐόντα*, ubi Bekker hom. Bl. II 24 mutato ordine *ϝείδη πάλαι* digamma restitutum vult collatis locis *Ψ* 871 et *υ* 293. — Mitto *duplicatum* *περι-(ϝ)είδῃ* l. *περι-ᾔδῃ* *ϱ* 317. — Alia est ratio figuræ *ἠ-(ϝ)είδῃς* *Χ* 280 *ἐκ Διὸς ἠείδῃς* (*ἠϝείδῃς* Bk.). Alibi non est nisi *ἠ(ϝ)είδῃ* in initio versus *ι* 206. — — Mitto h. IV 207 *οὐδέ τι ᾔδει*.

ϝείσομαι εἴσομαι (ϝ)ειδήσω. Digammi memoriam revocant 1) *particula* *καί* in quarta arsi *producta* *τ* 501 *εὖ νυ καὶ αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι καὶ ϝείσομ' ἑκάστην·* — 2) tres *hiatus* durissimi *a*) in fine tertii pedis antecedente semiquinaria *σάφα ϝείσεαι* *Η* 226, *τάχα ϝείσομαι* *Ξ* 8, — *b*) in fine pedis quarti post maiorem cæsuram semiseptenariam, quæ in semiquinariæ locum succedit, *Φ* 292 *ἀλλ' ὅδε μὲν τάχα λωφήσει, σὺ δὲ ϝείσεαι αὐτός*. — Longa syllaba in consonam desinens antecedit *ζ* 257, tum sunt hæ figuræ in initio versuum *Λ* 546, *Θ* 111, 532, *Π* 243, *η* 327, *χ* 7. — Qui digamma aspernantur loci sunt quatuor, quos omnes emendatos voluit Bekkerus: *Λ* 548 *τόν γ' εἴσεται* (del. *γ'* Hoffm. et Bk.), *β* 40 et *π* 246 *τάχα δ' εἴσεαι* (*δ'* del. Bk.), *ω* 506 *τόδε γ' εἴσεαι* (*τόδε ϝείσεαι* Bk., vel *τό γε* duce cod. Ven., cf. La Roche). — — In hymnis digammo obstant h. III 466, 538.

ϝείδομαι ϝεισάμην εἴδομαι εἰσάμην. Digammo *producuntur* *a*) pron. tert. pers. *οἱ* in secunda thesi *Β* 215 *ἀλλ' ὅ τι οἱ ϝείσαιτο κτλ.* et *Μ* 103 *οἳ γάρ οἱ ϝείσαντο κτλ.*, — *b*) part. *δή* in prima arsi *Ν* 98 *νῦν δὴ ϝείδεται κτλ.* — Mitto hiatus in cæsura bucolica *Ω* 319, *ν* 352, productas diphthongos *Ω* 607 (ubi *(ϝ)εισάσκετο* legunt Bk. Koch, vulg. *(ϝ)ισάσκετο* sequuntur Heyne Spitzner Dindorf Pierron La Roche), *γ* 372. Tum excipiunt hæ figuræ *ν ἐφ.* verb. *ε* 283, *ν ἐφ.* nom. *ι* 11, firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. *Ε* 785, *Ν* 69, *Π* 716, *Ρ* 73, *Υ* 81, *Φ* 213, *β* 268, 401, *φ* 206, *ω* 503, 548, longas syllabas in consonas exeuntes *Λ* 228 et *Ν* 191 (præferenda est enim hæc lectio *ἀλλ' οὔ πῃ χροὸς (ϝ)εἴσατο*, quam receperunt Heyne Bekker Koch, quippe quæ et veterum interpretum auctori-

tate et sententiæ ratione commendetur); denique sunt in initio versuum *B* 280, 791, *Γ* 122, *E* 462, *N* 45, 216, *P* 555, *α* 105, *ε* 281, *ζ* 22, *ϑ* 8, 283 (hic omisit dig. Bk.). — Repugnant digammo quatuor loci: *Θ* 559 *πάντα δέ τ' εἴδεται ἄστρα* (*τ'* del. Hoffm. Bk.), *Υ* 224 *ἵππῳ δ' εἰσάμενος* (*δ'* del. Hoffm. Bk.), *Ξ* 472 *κακὸς εἴδεται*, *τ* 283 *κέρδιον εἴσατο*. — Duo *duplicata* vestigium spirantis consonæ servarunt *δια-(ϝ)είσεται* *Θ* 535, *δια-(ϝ)είδεται* *N* 277. — — Nihil efficiunt h. II 263, 271, 316.

ἐ(ϝ)είσατο his locis requiritur, ut prava illa cæsura, quæ est in fine tertii pedis, evitetur, *β* 320, *ε* 398, 442, *η* 281, 343, *ϑ* 295, *χ* 89, *ἐ(ϝ)είσαο* item *I* 645; uno autem loco in fine pedis primi legitur illa figura *κ* 149 *καί μοι ἐ(ϝ)είσατο κτλ.* Contra *ἐ(ϝ)εισάμενος* ubique in fine primi pedis invenitur: *τῷ* (*τῇ*) *μιν ἐ(ϝ)εισάμενος* (l. *-νη*) *B* 22, 795, *Γ* 389, *Π* 720, *P* 326, [585,] *Υ* 82, *ζ* 24, *τῷ δ' ἄρ' ἐ(ϝ)εισάμενος* *λ* 241.

(ϝ)ἴδρις est in initio versuum *ζ* 233, *ψ* 160, tum excipit vocem *πάντων* *η* 108.

ϝιδρείῃ durissimo *hiatu* in fine tertii pedis requiritur *Π* 359 *ἱστ' ἀκοντίσσαι· ὁ δὲ ϝιδρείῃ πολέμοιο.* — Mitto *H* 198, ubi antecedit pron. indef. *τὶ*.

ϝίστωρ ad *hiatum* in eadem versus sede summovendum digammo eget *Σ* 501 *ἄμφω δ' ἱέσθην ἐπὶ ϝίστορι πεῖραρ ἑλέσθαι*, — *Ψ* 486 autem est in versus initio. — — Obstat h. XXXII 2.

ϝεῖδος εἶδος. Spirantem consonam in hac voce requirunt 1) hæ *longarum vocalium vel diphthongorum productiones a*) part. *καί* in quarta arsi *X* 370, *Ω* 376, *ε* 213, *ζ* 16, *ξ* 177, — *b*) part. *τοί* in secunda thesi *K* 316, *ὃς δή τοι ϝεῖδος μέν κτλ.*, — *c*) pron. relat. *ἥ* in secunda arsi post semiternariam cæsuram *δ* 14 *Ἑρμιόνην, ἣ ϝεῖδος κτλ.*; — 2) hi *hiatus* minime ferendi *a*) in fine secundi pedis *Γ* 55 *ἥ τε κόμη τό τε ϝεῖδος, κτλ.*, — *b*) in fine tertii pedis *ρ* 454 *ἐπὶ ϝείδεϊ*, — *c*) in fine pedis quarti post semiseptenariam *ρ* 308 *ἐπὶ ϝείδεϊ*; — 3) *brevis syllaba* nominis *Ἕκτορ* ultima in prima arsi *producta* *P* 142 *Ἕκτορ, ϝεῖδος ἄριστε:* forsitan quis hunc locum nihil efficere putet collato *Ψ* 493, sed videat ne nimium huic uni exemplo tribuat. Tum haud scio an etiam ea brevis syllabæ productio, quæ in tertia thesi est *P* 279 et *λ* 550 *Αἴας* (*Αἴανϑ'*), *ὃς περὶ μὲν ϝεῖδος, περὶ δ' ἔργα τέτυκτο*, ut iuste excusetur, digamma expostulet, quum sequatur maior cæsura semiseptenaria, quæ præcedente ea, quæ primum pedem claudit, semiquinariæ vices sustinere videatur. — Mitto hiatus, qui sunt in cæsura bucolica *E* 787, *Θ* 228, vel post vocabula *Δύσπαρι* *Γ* 39, *N* 769, *τὶ* *Φ* 316, *δ* 264,

deinde has voces in secunda thesi productas σοί ϑ 176, αὖ ϑ 174, βίῃ σ 4. Porro verbum ἔῃν hæc vox excipit in cæsura semiseptenaria ϑ 116, λ 469, ω 17, et syllabas longas in consonas exeuntes Β 715, Γ 124, Ν 365, 378, σ 251; denique est in initio versuum Β 58, Γ 45, ε 217, ζ 152, λ 337, σ 249. — Digammo repugnant duo hi loci Γ 224 ἀγασσάμεϑ' εἶδος et ϑ 169 ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος κτλ., ubi Bekker delevit τ', sequitur La Roche. — — In hymnis producitur καί in quarta arsi h. II 20, h. IV 82, h. V 275. Mitto hiatum h. IV 41. Obstant vero h. V 66, 315, h. XII 2.

Ϝείδωλον εἴδωλον. Unus modo locus digamma postulat Ψ 104, ubi *part.* καί in secunda thesi *producitur*, ψυχὴ καὶ Ϝείδωλον κτλ. — Antecedit enim pron. ὅ Ε 449, vocalis η (προσέψῃ) in quarta thesi producta δ 824, 835, diphthongus αι (ψυχαί) in semiseptenaria cæsura interpunctione firmata Ψ 72, ω 14, vox βροτῶν λ 476; tum ab illo verbo incipiunt versus δ 796, λ 83, 602, υ 355. — Aspernantur digamma duo loci: Ε 451 ἀμφὶ δ' ἄρ' εἰδώλῳ (δὲ Ϝειδώλῳ Hoffm. Bk.) et λ 213 ἦ τί μοι εἴδωλον (ἦέ τι Ϝείδωλον Bk.).

εἰδάλιμος. Digamma non admittit unus locus ω 279 τέσσαρας εἰδαλίμας κτλ. — (Ϝ)Εἰδοϑέη est in initio versus δ 366.

(Ϝ)ινδάλλομαι. Nihil efficiunt pron. encl. μοί in quarta thesi productum τ 224, breves syllabæ in semiquinaria cæsura productæ Ψ 460, γ 246: antecedit autem longa syllaba in consonam exiens Ρ 213.

Iam ad *duplicata vocabula* venimus. Hæc secundum significationes videndi sciendi apparendi afferamus: primum igitur, quæ *videndi* præbent vim, omnia digammi vestigia servarunt: ἄ-(Ϝ)ισ-το-ς (pro *ἀ-Ϝιδ-το-ς) qui iam non videtur, evanuit, α 235, 242, Ξ 258, ἀ-(Ϝ)ιστό-ω invisibilem reddo i. e. exstinguo κ 259, υ 79, ἀ-(Ϝ)ίδ-ηλο-ς exstinguens, ἀφανίζων Β 455 al., π 29 al., ἀ-(Ϝ)ίζ-ηλο-ς qui videri non potest, ἀφανής Β 318 (cf. Curtius Etym. 605 et Autenrieth Excurs. ad h. l.), tum n. pr. Ἀ-(Ϝ)ίδ-ης Ι 158 al., Ἄ-(Ϝ)ιδ-ος gen. (◡◡⏓) Ε 845 al., sed prima vocali digammi vi producta (—◡◡) Ἄ(Ϝ)ιδος εἴσω Γ 322, Ζ 284 cet., Ἄ(Ϝ)ιδος εἰσαφίκηαι Υ 336 (cf. ἀ(Ϝ)είδει ρ 519, sim. p. 22), Ἀ-(Ϝ)ιδ-ωνεύς Ε 190 al.; deinde hæc habemus, quæ *sciendi* significationem præ se ferunt: ἄ-(Ϝ)ιδρις imperitus Γ 219, κ 282, ἀ-(Ϝ)ιδρείῃ imperitia κ 231 al., ἐπι-(Ϝ)ίστωρ conscius φ 26: mitto πολύ-(Ϝ)ιδρις prudens ο 459 al., πολυ-(Ϝ)ιδρείῃ prudentia β 346 al., νῆ-(Ϝ)ις nescius ϑ 179, νή-(Ϝ)ιδ-α Η 198; accedit n. pr. Πολύ-(Ϝ)ιδο-ς 'qui multa novit' Ε 148, Ν 663: productam vocalem ῑ non tam digammo deberi puto quam ex amplificata radice Ϝειδ evasisse, de v. l. Πολύειδος cf. Spitzner

ad *E* 148; postremo hæc, in quibus inest *apparendi* significatio: *ἀλλο-(ϝ)ειδ-ής*[1] aliis rebus similis, alius vel mutatæ speciei ac formæ *ν* 194, *ἠερ-ο-(ϝ)ειδ-ής* caligini similis *E* 770, *β* 363 al., *θεο-(ϝ)ειδ-ής* deo similis *B* 623, *α* 113 al., *(ϝ)ἰο-(ϝ)ειδ-ής* violæ similis i. e. violaceus, purpureus *Λ* 298, *ε* 56, *λ* 107, *μυλο-(ϝ)ειδ-ής* lapidi molari æqualis *H* 270, *μυρσινο-(ϝ)ειδ-ής* murto similis, murteus h. III 81; mitto *εὐ-(ϝ)ειδ-ής*[2] formosus *Γ* 48.

R. *ϝικ* cedere: *ϝείκ-ω εἴκ-ω* cedo, ?*ἴχ-νο-ς* vestigium.

Sscr. r. *vik̍* *vi-na-k̍-mi vê-vêk̍-mi* separo, secerno; — scand. vet. *vík-ja*, germ. vet. *wich-an*, anglosax. *wic-an* cedere, scand. vet. *veik-r* cedens, se remittens, debilis, cf. *ἐπιεικτός*. — Curtius Etym. 130, Westergaard Rad. 102, Fritzner Ordbog, Schade Altd. Wb. —

---

[1]) Magna est in figura huius vocis constituenda difficultas. Scribunt enim hunc locum *ν* 194 Ameis et La Roche *τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοΐδέα φαινέσκετο πάντα ἄνακτι*, auctore Doederlinio hom. Gl 411. Sed *ἀλλοειδέα* et codices omnes uno solo excepto habent et legisse videntur Apollonius (*ἀλλοειδέα· ἀλλοφανῆ*), Hesychius (*ἀλλοειδής· ἀλλοφανής*), Suidas (*ἀλλοειδής· ὁ ξένον ἔχων εἶδος*), Eustathius (*ἀλλοειδέα δέ, ὧν τὸ εἶδος ἠλλοίωται*). Tum si significationem huius loci respicimus, elucet hoc verbum ad ea duplicata, in quibus vis apparendi inest, propius accedere quam ad ea, quæ videndi vim quandam præ se ferunt. Potius enim *ἀλλο[ε]ιδέα* vertimus aliis rebus similia, quam ea quæ aliter videntur. Atqui illa duplicata omnia in *-ειδής* cadunt, in his autem conspicitur prima radix *ϝιδ*. Neque e voce *ἀειδής* Hesiod. Scut. 477 quicquam ad illam significationem breviori stirpi conciliandam efficitur, quum inter hoc vocabulum atque id, de quo hic agimus, differat haud parvum. Vix enim crediderim inesse in priore membro *ἀλλο-* vim adverbii 'aliter'. Metrum solum postulare videtur figuram *ἀλλοΐδέα*. Mitto enim durissimam hanc synizesin *οει*, ad quam sumendam confugit Lobeck Path. II 135, cui nihil simile e carminibus homericis erui potest. Neque in interpretatione Amisii (Anhang) veri simile quid inest, et violentior videtur coniectura Dindorfii *ἀλλειδέα*. Sed hic varietas lectionis succurrit, quum quatuor codices pro *φαινέσκετο* habent *φαίνετο*. Hanc lectionem Buttmann Lexil. II 270 assumpsit, in eo autem peccat, quod et digamma duplex scribit et cæsura omissa versum iniucundissimum vel minime ferendum profert. Melius Porson addito augmento: quam emendationem si recipimus, ita legendum est: *τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοϝειδέ' ἐφαίνετο πάντα ἄνακτι*. Quod si ita est, vocalis *ο* digammi vi producta existimanda est. Fateor me similem productionem in arsi non vidisse. Sed fortasse hæc ipsa rei insolentia ad mutandum librarios pellexit itaque pro *ἐφαίνετο* scriptum est *(ἐ)φαινέσκετο*. Quum igitur et universa antiquitas librique manu scripti et significatio vocis huic loco aptior figuram *ἀλλοειδέα* defendant, atque difficultas metrica adiuvante varietate lectionis summoveatur, haud scio an huic priores tribuendæ sint.

[2]) Fortasse memoria digammi in versu Hesiodeo Theog. 250 inest, ut legendum sit: *Δωρὶς καὶ Πανόπη καὶ εὐϝειδὴς Γαλάτεια*.

Curtius repugnante Corssenio lat. *vito* pro **vic-(i)-to* huc refert, cf. p. 68 s. v. *Ϝεκών;* atque L. Meyer, Kuhn's Zschr. VII 127, et Schleicher Comp. 317 etiam lat. *vic-em*, got. *vikô* (st. *vik-ôn-*), scand. vet. *vik-a* 'hebdomas' cum vocibus supra allatis coniungunt: quod si recte coniungunt, has voces in linguas goto-germanicas ex alia lingua transportatas esse e servata tenui consona coniicimus. — Est in tit. cret. CIG. n. 2598 v. 2 n. pr. *Ϝικαδίονος* (gen. cas. sing. num.), quod ad hanc radicem retulerunt Helbig et Hey; Boeckhius addit: 'malim *Ϝικαρίωνος*'. Num recte Boeckhius vocem rescripserit, dubitat Ahr. II 43. Apparet vero digamma in gl. Hesych. *γῖξαι· χωρῆσαι* (boeotica est, Ahr. I 189), cui accedit *τῖξον· δεῖξον,* quam gl. in *Ϝῖξον· εἶξον* emendatam vult Schmidtius. Tum vestigia spirantis consonæ cernuntur in eo augmenti genere, quod inest in *ἐ-ειξε* Alcmanis fr. 31, quæ figura testimonio Apollonii confirmatur (cf. ann. Bergkii), atque in duplicatis vocabulis haud paucis.

Ϝείκω εἴκω. Digamma huius verbi comprobant hi loci, ubi producuntur vocabula infirmissima vel terminationes nominum satis leves: *producuntur* enim *a) part. καί* in quarta arsi post semiseptenariam cæsuram, quæ in semiquinariæ locum succedit, *Ω* 718 *ὣς ἔφαθ', οἳ δὲ διέστησαν καὶ Ϝεῖξαν ἀπήνῃ,* — *b) pron. encl. οἱ* in secunda thesi *εἴ πώς οἱ Ϝείξειαν N* 807, cui versui similis est versus *χ* 91, — *c) nom. αἰδοῖ* in quinta arsi, quæ versus sedes productionis videtur esse impatientissima (cf. Hoffmann § 47), *αἰδοῖ Ϝείκων K* 238, — *d) nom. ὕβρει* in secunda thesi *οἳ δ' ὕβρει Ϝείξαντες ξ* 262, *ρ* 431, cf. Hoffmann § 50, 8. — Mitto hiatum in cæsura bucolica *Ω* 100 eosque hiatus, qui sunt post *ι* dat. sing. tert. decl. *X* 459, *λ* 515, *ν* 143, *σ* 139, tum longas vocales vel diphthongos in thesibus productas *K* 122, *M* 224, *P* 230, *X* 321, *β* 14, *ι* 126, 332, *ξ* 157, 221 (*μοί*), *σ* 374. Antecedit vero litera parag. adv. *οὐκ Θ* 164, *N* 321, et longa syllaba in consonam exiens *Ψ* 337. Denique est hoc verbum in initio versuum *E* 348, 606, *I* 110, 598, *N* 225, *Ω* 43, 716, *σ* 10, *χ* 288. *εἶκε Σ* 520 ad rad. *jικ ἔοικα* referendum est. — Duo modo loci digamma aspernantur: *Δ* 509 *μηδ' εἴκετε* (*μὴ Ϝείκετε* Hoffm. Bk.) et *M* 48 *τῇ τ' εἴκουσι* (del. *τ'* Hoffm. et Bk.).

Duplicata vocabula, quæ digammi memoriam servarunt, sunt apud Homerum hæc: *ἀπό-(Ϝ)εικε Γ* 406 (*ἀπόεικε κελεύθου*), ut legunt Spitzner Bekker Dindorf alii Aristarchum sequentes pro vulg. *ἀπόειπε κελεύθους,* — *ὑπο-(Ϝ)είκειν Υ* 266, *ὑπό-(Ϝ)εικε Δ* 204, *ὑπό-(Ϝ)εικον Π* 305, *ὑπο-(Ϝ)είξω O* 211, *ὑπο-(Ϝ)είξομαι Ψ* 602,

ὑπό-(ϝ)ειξεν *O* 227, *π* 42, ὑπο-(ϝ)είξομεν (coni. aor.) *Δ* 62, — ἐπι-(ϝ)εικ-τό-ς *E* 892, *Θ* 307, al. — Alia autem est ratio figurarum ὑπ-είξομαι *Α* 294 et ὑπ-είξεαι *μ* 117 (θεοῖς ὑπο-(ϝ)είξεαι Bekker hom. Bl. II 23).

ἴχνος ἴχνιον. Dubitans hæc vocabula ascripsi, atque consonam initialem aspernantur hi loci: *Σ* 321, *β* 406, *γ* 30, *ε* 193, *η* 38, *ϱ* 317. Alios locos missos facio.

R. ϝικ venire: Ἵκ-ω Ἱκ-άν-ω ἱκ-νέ-ο-μαι venio, pervenio, contingo, Ἱκ-έ-τη-ς supplex, ἱκετ-εύ-ω supplicor, ἱκε-τή-σιο-ς cognomen Iovis, ἴκ-μενο-ς secundus (ventus).

Sscr. r. *viç viç-â-mi* intro, adeo, contingo. — Curtius Etym. 132, Westergaard Rad. 273, Benfey I 350. — In græca lingua nulla exstat consonæ spirantis memoria nisi in duplicato vocabulo ἄ-ικ-το-ς 'non adeundus' h. III 346 ex coni. Hermanni, qui laudat gl. Hesych. ἄικτος· ἀπρόσιτος. Minus certa videtur coniectura Schneidewini Sapph. fr. 109 οὐπέτι ϝίξω. Incepisse tamen a digammo has voces quum e sscr. illo verbo tum e gr. vocabulo ϝοῖκος, quod ab his vocibus non est segregandum, satis efficitur.

Spirantem consonam iam homericis temporibus prorsus evanuisse carmina homerica certissime ostendunt. Quod ut demonstremus, hos locos satis erit attulisse.

ἵκω. Digamma aspernantur loci *δ* 1, 29, 34, 84, 474, 475, 518, 545, 558, 668, 823, *ε* 15, 26, 34, 41, 57, 114, 144, 168, 189, 207, 301, 381, 448.

ἱκάνω ἱκνέομαι. Mitto hiatum, qui est in cæsura pedis tertii trochaica *Σ* 424. Repugnant digammo *α* 409, *β* 41, *γ* 92, *δ* 139, 322, *ε* 289, 445, 449, 457 cet. Accedunt duplicata ἀφ-ικάνω ἀφ-ικνέομαι. — Quæ quum ita sint, non dubito, quin hiatus ἄνδρα ἵκανεν batr. 46 inter illicitos, qui vocantur, hiatus referendus sit; conferantur ib. vv. 72 et 75. Tres illicitos hiatus in hoc carmine iam supra p. 48 annotavimus.

ἱκέτης ἱκετήσιος ἱκετεύω. Consonam initialem non ferunt loci *ζ* 193, *η* 165, 181, *Θ* 546, *λ* 530, *ϱ* 573, *τ* 134. De loco *ν* 213 iam supra p. 17 diximus.

ἴκμενος. Respuunt digamma loci *Α* 479, *β* 420, *ο* 292.

ϝίο-ν ἴο-ν viola, (ϝ)ιό-εις violaceus, (ϝ)ιο-δνεφής (ϝ)ιο-(ϝ)ειδής violaceus, purpureus.

Lat. *vi-ola.* — Curtius Etym. 362. — Certissimum digammi testimonium est gl. Hesych. *γία· ἄνθη* (dor. esse putat Ahr. II 54). Atque quum latino vocabulo *viola* facile adducamur, ut n. pr. *Ἰόλη* huc referendum esse existimemus, commemorandum est *Ϝιολα* legi in vase Cære reperto (Annali 1859, Mon. vol. VI tav. 33, Savelsberg dig. n. 4). Etiam nomen urbis Locrensium *Οἰάνθη* seu *Οἰάνθεια,* quæ *Ὑάνθεια* a Plutarcho est appellata (cf. Ross, lokr. Inschrift 14), Curtius Etym. 523 cum hac voce coniungit. Digamma in hac stirpe ab Æolibus esse servatum commemorat Terentianus Maurus p. 2397 P. Denique non prætereundus est hiatus *δῶρα ἰοστεφάνων* Theogn. 250, cf. Renner, Curtii Stud. I I 145. Si ad hanc stirpem referendum est n. pr. *Ἰόλαος,* observes velim productiones brevium syllabarum in consonas exeuntium, quæ in quinta thesi sunt Hesiod. Scut. 77, 102, 323, 340, 467.

Loci homerici, qui in Iliade atque Odyssea sunt paucissimi, neque requirunt digamma neque aspernantur.

(*Ϝ*)*ἴον* excipit vocem *μαλακοί* in quarta thesi productam *ε* 72.

(*Ϝ*)*ἰόεις* verbum *τίθει* in eadem versus sede excipit *Ψ* 850.

(*Ϝ*)*ἰοδνεφής* hiatus efficit in cæsura trochaica pedis tertii *δ* 135, *ι* 426. — (*Ϝ*)*ἰοειδής:* nihil probat *καθαλλομένη* in tertia thesi productum *Λ* 298, tum antecedunt longæ syllabæ in consonas exeuntes *ε* 56, *λ* 107. — Quæ quum ita sint, Bekkerus sine causa has voces digammo instruxit neglecto uno loco *Ψ* 850. — — In hymnis autem duo loci digammo obstant: h. v 6 *ἠδ' ἴα καλά* et h. VI 18 *θαυμάζοντες ἰοστεφάνου.*

**Ϝίρηξ* Ἴρηξ accipiter.

Curtius Etym. 524 hanc vocem cum gl. Hesych. *βάρβαξ· ἱέραξ, παρὰ Λίβυσι κτλ.* (mitto emendationem Casauboni *βάραξ*) conferendam esse negat, quod illa glossa libyca nominatim dicta ad græcam linguam nihil attineat. Utcumque hoc est, tamen Hesychius alias quoque glossas haud dubie græcas nobis tradidit non solum *ἄρακος· ἱέραξ. Τυρρηνοί* et *ἱάραξ· ἰχθὺς ποιός, Δωρικώτερον· διὰ τὸ ἐοικέναι τῷ πτηνῷ,* sed etiam *βάρακος· ἰχθὺς ποιός* et *βείρακες· ἱέρακες.* Ex his forma græca antiquissima videtur esse statuenda **Ϝαρακ-* **Ϝερακ-,* unde tum gl. Hesych. *βείρακες* evasit vocali *ε* in diphthongum *ει* per epenthesin, quæ vocatur, amplificata, tum præfixa ante digamma initiale vocali prosthetica *ι* vel potius reduplicata syllaba *Ϝι* dor. *ἱ-άραξ* et att. *ἱ-έραξ* originem duxerunt. Inter hom. Ἴρηξ autem et gl. Hesych. *βείρακες* eadem est ratio atque

inter att. Ἴλη, hom. Ἰλαδόν et tarent. βειλαρμοσταί (Hesych.). Veri similior hæc sententia videtur, quam si putamus Ἴρηξ eodem fere modo exstitisse ac Ἱρά *B* 420 ex Ἱερά, quum ista vocalium contractio rarior sit et vox Ἴρηξ nusquam apud Homerum aliam figuram præbeat. De prosthetica vocali ι conferantur vocabula ἰ-ῶλκα pro ὦλκα (Hesych. Suid.), ἰ-ωρός (Hesych., r. ϝορ): reduplicatam syllabam ϝι autem haud temere coniicimus in verbis (ϝ)ἰ-(ϝ)ωγ-ή (p. 51), (ϝ)ἰ-(ϝ)ω-ή (cf. infra). Ut hanc potius quam vocalem protheticam hic sumamus, et spiritu aspero figurarum ἱάραξ ἱέραξ adducimur et hiatu illo ὕες τε ἱεράκες τε, qui est apud Epicharmum fragm. 45 Ahr. (Lorenz p. 237). — Paulo aliter Legerlotz, Kuhn's Zschr. VIII 48, et Brugman, Curtii Stud. IV 117: sed si gl. βάρβαξ ut alienam amovemus, ad coniectam figuram *ϝαρϝαξ vix possumus munita via progredi. Difficultates quasdam in hac voce interpretanda etiam meæ sententiæ subesse haud negaverim. Res una certe constat, digamma huic voci olim adhæsisse.

Consonam initialem loci homerici aspernantur.

ἴρηξ. Antecedit litera parag. adv. κέν *ν* 86, tum longæ syllabæ in consonas exeuntes *O* 237, *Π* 582. — Reliqui loci consonam non ferunt: *N* 62 (ὥστ' ἴρηξ), 819 (θάσσονας ἰρήκων), *Σ* 616 (ἡ δ' ἴρηξ), *Φ* 494 (ὑπ' ἴρηκος), *ε* 66 (τ' ἴρηκες).

*Ϝῖρ-ο-ς Ἶρ-ο-ς n. pr. mendici, Ϝῖρ-ι(δ)-ς Ἶρ-ι-ς n. pr. deæ nuntiæ, (ϝ)ἶρις arcus cælestis.

A rad. ϝερ 'loqui' ducendæ videntur hæ voces. Viam præbent Hesych. gl. ἰρῶ· ἐρῶ, λέγω, ἰρεῖν· λέγειν, ἴρες· λόγοι (ἶρες coni. Steph. Thes. L.G. coll. gl. Hesych. εἴρη, cf. ann. Schmidtii), ἴρη· ἐρώτησις (ἰρῆ cod., em. Schm.), εἴρη· ἐρώτησις. φήμη, κληδών, ad quas glossas accedunt hæ: Ἶρος· ἀπαγγέλλω(ν). πτωχός, πένης, γυμνός, μηδὲν ἔχων et Ἶρις· ἡ θεὸς ἄγγελος. καὶ ἡ ἐν οὐρανῷ ζώνη. καὶ φήμη. Cum his glossis conferendus est ipse homericus locus *σ* 6 Ἶρον δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες, οὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιών, ὅτε πού τις ἀνώγοι. Atque quum Pausanias Descr. Gr. III 19 4 tradit in ara quadam spartana insculpta esse verba ἄγαλμα Βίριδος, facile adducimur, ut hanc deam deorum nuntiam ita a Laconibus nominatam esse credamus; cf. ann. Siebelis (Lipsiæ 1823) ad h. l. Amissam esse consonam initialem indicat Ἄ-ιρος *σ* 73, Ἶρος ἄιρος (ὁ ἀτυχὴς Ἶρος Hesych.). Inter Ἶρ-ο-ς et Ἶρις st. Ἰρ-ιδ- eadem intercedit ratio atque inter θοῦρ-ο-ς et θοῦρις st. θουρ-ιδ-. Productam vocalem ι in diphthongi ει locum suppositam putamus, ut in

Ἰλαδόν al.; conf. gl. Hesych. non solum supra allatæ ἴρῃ atque εἴρῃ sed etiam hæ *Ἄιρος· ἐπὶ κακῷ Ἶρος ὀνομασθείς* et *ἄειρον· ἐπὶ κακῷ ὠνομασμένον* et *ἄειρος· δυστυχής*. — Hanc interpretandi viam ingressus est Doederlein hom. Gl. 521. Iam apud antiquos, Platonem Eustathium auctorem Et. Mg., a verbo εἴρω 'narro' Ἶρις deducitur (Thes. L. G., Et. Mg. s. h. v.). Pottii sententiam I[1] 218, quæ a rad. *ri* 'ire', got. *airu-s* ἄγγελος addita præfixa syllaba *vi* 'dis' egreditur, recte reiecerunt Benfey I 334, Leskien dig. 17.

In carminibus homericis non desunt digammi vestigia, quamquam alii loci consonam initialem non admittunt.

Fῖρος Ἶρος. Unus modo locus digamma certo requirit, σ 334 *μή τίς τοι τάχα Fίρου ἀμείνων ἄλλος ἀναστῇ*, ubi *hiatus* est in fine pedis alterius ante trochaicam tertii pedis cæsuram. — Mitto enim hiatum, qui est in fine pedis primi σ 73 (*ἦ τάχα (F)Ἶρος Ἄϊρος*), itemque eos hiatus, qui post coni. *ὅτι* fiunt σ 333, [393]. Neque quicquam efficitur ex eo, quod brevis syllaba in semiternaria cæsura producitur σ 75. Tum hæc vox excipit *ν ἐφ*. verb. σ 25, longas syllabas in consonas desinentes σ 6, 239; atque est in initio versus σ 96. — Tres loci consonam respuunt: σ 38 ita incipit *ὁ ξεῖνός τε καὶ Ἶρος* (Bk. del. *τε*), σ 56 item *μή τις ἐπ' Ἴρῳ ἦρα φέρων* (del. *ἐπ'* Bk.), σ 233 in medio versu habet *ξείνου γε καὶ Ἴρου*.

Fῖρις Ἶρις. Digammo ascripto hi *hiatus* summoventur 1) in fine pedis secundi Θ 409 *ὣς ἔφατ', ὦρτο δὲ Fῖρις ἀελλόπος ἀγγελέουσα*, qui versus recurrit Ω 77 et 159, — 2) in fine quinti pedis in frequentissimis versuum clausulis *ποδήνεμος ὠκέα Fῖρις* Β 786, Ε 368, Λ 195, Ο 168, 200, Σ 166, 183, 196, Ω 95, *πόδας ὠκέα Fῖρις* Β 790, 795, Γ 129, Θ 425, Λ 199, 210, Σ 202, Ω 87, 188, *ὠκέα Fῖρις* Ο 172. — Ceterum hiatus efficit hæc vox in fine pedis primi (*Βάσκ' ἴθι, (F)Ἶρι*) Θ 399, Λ 186, Ο 158, Ω 144, et in cæsura bucolica Ψ 201, excipit *ι* dat. sing. tert. decl. Ω 117, denique est in initio versuum Γ 121, Θ 398, Λ 185, Ο 55, 144, 157, Σ 182, Ω 143. — Repugnant tres loci Ε 353 (*τὴν μὲν ἄρ' Ἶρις*), 365 (*πὰρ δέ οἱ Ἶρις*), Ψ 198 (*ὠκέα δ' Ἶρις*). — Quum igitur tantum in certis dicendi formulis digammi memoria appareat, haud scio an hi loci versusve ex antiquiore quadam poesi repetendi sint. — — In hymnis *ὠκέα Fῖρις* recurrit in versus clausula h. I 107: obstat autem h. I 102.

Ἶρις vocem *πορφυρέην* excipit Ρ 547. — Obstat vero Λ 27 (*ἑκατέρθ', ἴρισσιν*).

Ϝί-ς *ἶ-ς* (acc. *(Ϝ)ἶν-α*) nervus, vis, *(Ϝ)ἶν-ίο-ν* cervices, *(Ϝ)ἶ-φι* validum, *(Ϝ)ἴ-φι-α* [*μῆλα*] validæ, pingues [oves], *Ϝίφι-το-ς*, *(Ϝ)Ἰφ-εύς*, *(Ϝ)Ἰφι-(Ϝ)άνασσα* al. n. pr., *?ἴφ-θιμο-ς* robustus, splendidus.

Lat. *vi-s* pl. *vir-es* (pro **vis-es*). — Hanc comparationem defendit Curtius Etym. 362, qui a rad. *vi* 'torquere' egrediens stirpem græcoitalicam *vi-* 'contortum vinculum, nervus' in græca lingua ad *Ϝι-ν*, in latina autem ad *vi-s* auctam esse putat. Amovendæ sunt vero ab his vocibus gr. *βί-α* et sscr. rad. *ǵi* 'præstare, vincere', quæ Corssen Beitr. 60 et M. Mueller, Kuhn's Zschr. XV 217, cum vocabulis supra allatis coniungunt, quum sscr. *g ǵ* nonnumquam græco *β* respondeat, nullo vero certo testimonio demonstratum sit, sscr. *g ǵ* et gr. *Ϝ* inter se respondere. De antiquo græcarum vocum digammo nobis persuadent gl. Hesych. *γίς· ἱμάς. καὶ γῆ(?). καὶ ἰσχύς* et, quum *ἰσχύς* ad eandem stirpem referenda videatur, *βίσχυν· ἰσχύν. σφόδρα ὀλίγον. Λάκωνες* ac *γισχύν· ἰσχύν* (*ἡσυχήν* cod., em. Mus.) Accedit testimonium Terentiani Mauri p. 2397 P. Præterea digamma exstat in nomine *Ϝιφιτος*, quod ad sinistram scriptum invenitur in vase Cære reperto (Annali 1859, Mon. vol. VI tav. 33, Savelsberg dig. n. 4). Tum memoria consonæ initialis apparet in duplicato *ἄ-ινος* (Theophr.). — Voces *Ἶφι-ς ἶφι ἴφι-α* pro adiectivis eiusdem stirpis accipiendæ sunt, cf. Lobeck Path. I 358 et Bekker hom. Bl. 160. Non video, cur in verbo *ἴφια* novam stirpem *ἰφιο-* assumpserit Curtius, quum ad adi. *ἶφι-ς ἶφι* referri sine dubio possit, quamquam solum exstat eiusmodi stirpis neutr. plur. exemplum, neque alias longior illa stirps appareat. — In voce *ἴφθιμος* et de prima syllaba *ἰφ-*, num pro *ἰφι-* sit, dubitari potest et minime liquet, quid sit suff. *-θιμο-*. Si significationes vocis respicimus, ad ea, de quibus hic agimus, vocabula trahitur (cf. Autenrieth ad *Λ* 3), sed in usu homerico ab iis differt, quum nullum ostendat consonæ initialis vestigium.

Excepta voce *ἴφθιμος* non desunt his vocabulis digammi testimonia.

Ϝίς Ϝῖνες ἴς ἶνες. Duo loci digamma revocant, quum 1) ***hiatus*** durissimus in fine tertii pedis est *Ψ* 191 *σκήλει' ἀμφὶ περὶ χρόα Ϝίνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν*, et — 2) *part. καί producitur* in sexta thesi *M* 320 *ἀλλ' ἄρα καὶ Ϝίς* || *ἐσθλή*. — Mitto hos hiatus in cæsura bucolica *H* 269, *ι* 538, *λ* 219, *ν* 276, terminationem nominum *η* in thesibus productam *Λ* 668, *β* 409, *μ* 175, *π* 476, *σ* 60, 405, *φ* 101, 130, *χ* 354. Tum excipit hæc vox *ν ἐφ.* verb. *Ψ* 720,

ι 71, τ 186, longas syllabas in consonas exeuntes λ 393, σ 3, atque est in initio versuum *E* 245, *O* 383, *P* 522, φ 283. — Repugnant vero duo loci: *P* 739 fin. *τὸ δ' ἐπιβρέμει ἶς ἀνέμοιο* (*ἀνέμοιο δ' ἐπιβρέμεται Ϝίς* coniecit Rumpf, Jahrb. LXXXI 1860 p. 689), et *Φ* 356 init. *καίετο δ' ἶς ποταμοῖο* (del. *δ'* Bk.).

Ϝινίον duobus modo locis invenitur, quorum uterque digamma postulat, ut hi *hiatus* duriores summoveantur *a*) in fine pedis tertii post semiquinariam *E* 73 *βεβλήκει κεφαλῆς κατὰ Ϝινίον ὀξέι δουρί,* — *b*) in fine pedis primi, ubi post præpositionem nulla est cæsura, *Ξ* 495 *καὶ διὰ Ϝινίου ἦλθεν, κτλ.*

ἶφι. Nihil efficitur ex eo, quod brevis syllaba in semiseptenaria cæsura producitur *Γ* 375 *ἥ οἱ ῥῆξεν ἱμάντα βοὸς ἶφι κταμένοιο,* cf. *Δ* 129 al. p. 30, etiam minus ex eo, quod diphthongus *ου* nom. *Κύπρου* in quarta arsi producitur ρ 443. Tum hiatus efficit hæc vox in bucolica cæsura *Α* 38, 452, σ 57, et excipit firmiorem vocalem ι dat. sing. tert. decl. *Σ* 14, *Τ* 417, *Φ* 208, σ 156; ν ἐφ. nom. antecedit *Α* 151, *Φ* 486. Mitto var. lect. *Υ* 143. — Ceteri loci digamma non ferunt. Sunt hi: *B* 720 *εἰδότες,* *Δ* 287 *ἀνώγετον* (*ἀνώγετε* Bk.), *E* 606 *μενεαινέμεν* (*μενεαίνετε* Bk.), *Z* 478 *Ἰλίου* (durior videtur emendandi ratio Hoffmanni II p. 78), *M* 367 *ὀτρύνετον* (*ὀτρύνετε* Bk.), λ 284 *Μινυηΐῳ* (*Μινυείῳ* Bk.). — Num casu evenit, ut in hac voce nullum certum exstet digammi vestigium? An sine causa istos locos emendavit Bekkerus?

Ϝίφια digamma requirit, quum *part. καί producitur* in quarta arsi in frequentibus his versuum clausulis *βόες καὶ Ϝίφια μῆλα* *I* 406, μ 128, 322, *βόας καὶ Ϝίφια μῆλα* *E* 556, *Θ* 505, 545, λ 108, σ 278, υ 51, ψ 304. — Tum hiatum efficit in fine pedis primi *πολλὰ δὲ* (*Ϝ*)*ἴφια μῆλα* *I* 466, *Ψ* 166, μ 263. — — Obstat h. IV 169 (*βοῦς τε καὶ ἴφια μῆλα*).

E *nominibus propriis* unum *Ϝιφι*(*Ϝ*)*άνασσα* digammo eget, quum *producitur* in quarta arsi *part. καί* *I* 145, 287. — Mitto longam vocalem vel diphthongum productas *P* 306 ante *Ἴφιτος,* λ 296 ante *Ἰφικλείη.* Vocem *βίης* excipit proximum nomen λ 290, pron. *ὁ Ἰφιδάμας* *Α* 257, *Ἴφικλος* *N* 698, ν ἐφ. verb. *Ἰφιτίων* *Υ* 382. Præterea sunt in versuum initio *Ἰφεύς* *Π* 417, *Ἰφιδάμας* *Α* 221, 234, *Ἴφικλος* *B* 705, *Ψ* 636, *Ἰφίνοος* *H* 14, *Ἶφις* *I* 667, *Ἰφιτίδης* *Θ* 128, *Ἴφιτος* φ 14, 22, 37. — Tres loci consonam non admittunt: *B* 518 *υἱέες Ἰφίτου* (levis est emendatio Bentleii *υἷες Ϝιφίτου,* quam sequitur Bk.), *Α* 261 *τοῖο δ' ἐπ' Ἰφιδάμαντι* (*τοῦ δ' ἐπὶ Ϝιφ.* Hoffm.), λ 305 *τὴν δὲ μετ' Ἰφιδέμειαν.*

ἴφθιμος. Nullus locus digamma requirit. Repugnant vero hi: *Α* 3, *Γ* 336, *Δ* 534, *Ε* 625, *Θ* 144, *Λ* 373, *Μ* 410, 417, *Ο* 480, 547, *Π* 137, 620, 659, *Ρ* 749, *Υ* 356, *Ψ* 260, *δ* 365, *κ* 106, *μ* 352, *ο* 364, *π* 89, 244, *τ* 110, *χ* 123, *ω* 26. Ceteros locos hic missos facio.

> ϝἴσο-ς ἴσο-ς ϝίση ἐ-(ϝ)ίση ἴση ϝἴσο-ν ἴσο-ν par, æqualis æquale, (ϝ)ἰσ-άζ-ω exæquo, (ϝ)ἰσό-ω æqualem facio, (ϝ)ἰσό-θεο-ς deo similis et par, (ϝ)ἰσό-μορο-ς qui parem partem habet, (ϝ)ἰσό-πεδο-ν æquus campus, æquum, (ϝ)ἰσο--φαρ-ίζ-ω æquo, æquiparo, (ϝ)ἰσο-φόρο-ι [βόες] æquale iugum ferentes [boves], (Ϝ)Ἴσο-ς (Ϝ)Ἴσ-ανδρο-ς n. pr.

Sscr. *vishu* adv. æque, *vishu-va-m* æquinoctium. — Curtius Etym. 353, Bopp Gl. — Fortasse recte cum his vocibus Fick 190 got. *vis* (st. *vis-a-*) γαλήνη comparavit collata gl. Hesych. ἴσσος· γαλήνη. Stirpem fuisse *visva-* ϝισϝο- et e sscr. vocabulis (*va* = *u*) veri simile est et e græcis figuris. Etiam si cum Schmidtio dubiam habemus gl. Hesych. γισγόν· ἴσον, tamen tum duplicata consona, quæ est in ἴσσος et in ἰσσᾶσθαι· κληροῦσθαι (Hesych.) et in ἰσσοθέοισι CIG. n. 3524 v. 15, tum eo ipso quod inter duas vocales sibilans dentalis in græcis vocibus remansit, adducimur, ut huic consonæ aliam subvenisse censeamus. Initialis vero spirans labialis in ipsis titulis invenitur: ϝισοτελίαν CIG. n. 1562 v. 5, Savelsberg n. 71, ϝισο(τελίαν) CIG. n. 1563 v. 7, ubi Boeckhius mutilam vocem explevit. Accedit gl. Hesych. βιῶρ· ἴσως. σχεδόν. Λάκωνες, de qua cf. Ahr. II 73, 77. Tum vestigium inest in figura hom. ἐ-ίση, quam per voces ἰσόμοιρος ἴση interpretatur Hesychius. Spiritum asperum in digammi locum in quibusdam titulis successisse commemorat Meister, Curtii Stud. IV 397. Apud Pindarum ἴσος in hiatu est Nem. VII 5 (ἐπὶ ϝίσα).

Sunt certa in voce ἴσος digammi vestigia, in ceteris desunt, quamquam obstantes loci in his sunt paucissimi.

ϝἴσος ἴσος. Digamma requiritur 1) his *hiatibus*, qui omnes sunt in fine pedis secundi: κατὰ ϝἶσα *Λ* 336, ἀλλά με ϝἶσον *ξ* 203, σοί ποτε ϝἶσον *Α* 163, ἐπὶ ϝἶσα *Μ* 436, *Ο* 413; et fortasse etiam — 2) *productione* ea, quæ in secunda arsi inest *σ* 27 γρηὶ καμινοῖ ϝἶσος. Terminationem huic similem in arsi productam non vidi. — Tum in bucolica cæsura sunt hiatus *Ι* 284, *Μ* 40, *Φ* 315, *Ψ* 823, *γ* 290, atque in fine primi pedis *Ι* 603; producitur in quarta arsi terminatio nominis βροτολοιγῷ *Δ* 295, *Μ* 130, *Ν* 802, *Υ* 46, *ϑ* 115.

Postea antecedit terminatio *ι* dat. sing. tert. decl. *E* 438, 459, 884, *Λ* 297, 747, *M* 375, *N* 39, *Π* 705, 786, *Σ* 56, 437, *Υ* 51, 447, 493, *Φ* 18, 227, *X* 460, *λ* 243, *ξ* 175, præpositio *περί* *M* 423, vocabulum *νῦν* *ο* 520, verbum *ἕξεαι* *κ* 378, quod per synizesin legendum est, cf. *B* 367, *ζ* 33 al., porro *ν* *ἐφ.* verb. *Λ* 604, *N* 176, *λ* 304. Denique est hæc vox in initio versuum *Λ* 187, *Γ* 454, *E* 71, 441, *H* 205, *I* 318, *Λ* 72, *N* 704, *O* 50, 167, 183, 439, *P* 720, *Σ* 82, *Υ* 101, *X* 132, *α* 432, *λ* 557, *ο* 72. — Octo loci digamma non admittunt: *E* 467 *ὄντ' ἶσον* (*ὃν ϝῖσον* Hoffm. Bk.), *I* 142 *δέ μιν ἶσον* (*δέ ϝε ϝῖσον* Heyn. Bk., cf. v. 284), *Ψ* 736 *ἀέθλια δ' ἶσ' ἀνελόντες* (*ἄεθλα δὲ ϝῖσ' ἀν.* Bentl. Hoffm. Bk., cf. v. 740), *β* 203 *οὐδέ ποτ' ἶσα*, *λ* 484 *ἐτίομεν ἶσα*, *ι* 42 *κίοι ἴσης*, idem recurrit *ι* 549, [*Λ* 705]. — — Nihil probant h. IV 214, h. V 235.

ἐ(ϝ)ίση ubique videtur in fine versus legi et quidem in his dicendi formulis: *σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐίσας* *B* 765 (de equis dictum), *νηὸς ἐίσης* *γ* 10, 431, *νῆας ἐίσας* *Λ* 306, *B* 671, *γ* 180 al., *ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην* sim. *Γ* 347, *N* 157, 160 al., *δαιτὸς ἐίσης* *Λ* 468, 602, *π* 479, *τ* 425 al., *φρένας ἔνδον ἐίσας* *λ* 337, *ξ* 178 al.

(ϝ)ἰσάζω. Nihil efficitur ex eo, quod diphthongus *οι* nominis *Λητοῖ* in cæsura semiquinaria producitur *Ω* 607, ubi Bekker scribit *ϝεισάσκετο.* Tum est hoc verbum in initio versus *M* 435. — *(ϝ)ἰσόω* excipit *ν* *ἐφ.* nom. *η* 212.

(ϝ)ἰσόθεος. Dubito num quid de digammo constitui possit e verbo *μετηύδα* in quarta arsi producto *Ψ* 569, collato *εἶα ἵστασθαι* *τ* 201. Tum in cæsura bucolica hiatus efficit *ἰσόθεος φώς* *Γ* 310, *Δ* 212, *H* 136, *I* 211, *Λ* 472, 644, *O* 559, *Π* 632, *Ψ* 677, *α* 324, *υ* 124. Antecedit *ν* *ἐφ.* verb. *B* 565, *Λ* 428. — *(ϝ)ἰσόπεδον* est in initio versus *N* 142. — *ἰσόμορος* spirantem consonam non admittit *O* 209 *ὁππότ' ἂν ἰσόμορον* (del. *ἂν* Bk.).

ἰσοφαρίζω excipit terminationem *ι* dat. sing. tert. decl. *I* 390, his autem locis consonam initialem accipere non potest *Z* 101, *Φ* 194, 411, ubi Bekkerus auctore Bentleio et collato *Φ* 357 legit *ἀντιφερίζειν.* — *ἰσοφόροι* digamma aspernatur *σ* 373, quum antecedit *ἥλικες.*

(F)Ἴσανδρος est in initio versuum *Z* 197, 203. — *Ἶσος* non est nisi *Λ* 101 *αὐτὰρ ὃ βῆ ῥ' Ἶσον*, ubi Bekker Zenodotum sequens et collato *Z* 171 scribit *βῆ Fῖσον.*

ϝισ-τ-ία ἱσ-τ-ία (att. *ἑστία*) focus.

Lat. *Ves-ta.* — Curtius Etym. 370 et Corssen Ausspr. I 580

(annot.) contra Boppium (Gl. 353) et Fickium (p. 185) has voces non a rad. *vas* 'habitare', sed a rad. **vas* sscr. *ush* lat. *us* 'urere' ducunt. Quamquam iam antiquis temporibus apud quasdam gentes græcas digamma in græca voce videtur evanuisse, id quod et ex homericis duplicatis vocabulis *ἀν-έστιος* *I* 63, *ἐφ-έστιος* *B* 125, *γ* 234 al. et e titulo locr. Oeconomidæ altero vv. 7, 16 apparet, manifestum tamen eius testimonium restat in gl. Hesych. *γιστία· ἐσχάρα,* ut e certa emendatione pro *ἐσχάτη* legendum est collata gl. *ἱστία· ἐσχάρα.* Illam glossam inter doricas glossas recepit Ahr. II 120. Accedit auctoritas Terentiani Mauri p. 1397 P. — Missum hic facio n. pr. *Ἱστίαια* *B* 537.

(ϝ)ἱστία non est nisi in initio versus *ἱστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος, ἣν ἀφικάνω,* qui legitur *ξ* 159, *ϱ* 156, *τ* 304, *υ* 231. — — Eandem versus sedem obtinet *Ἱστία* h. IV 22 atque figura *Ἑστία* h. XXIV 1 et h. XXIX 1, 6, 10.

ϝῑ-τέη *ἰ-τέη* salix, *ϝῐ́-τυ-ς* *ἴ-τυ-ς* curvatura rotæ, orbile.

Sscr. *vi-ti-kâ* vitta, *vê-tasa-s* arundinis species, *vê-tra-s* arundo; — lat. *vi-tta*, *vi-men*, *vi-ti-s*, *vi-tex* (fruticis species, V. agnus castus L.); — scand. vet. *vi-ði-r* salix, germ. vet. *wi-dâ* id. — Curtius Etym. 362, Bopp Gl., Corssen Ausspr. I 540, Fick 191. — Radicem esse sscr. *vê* *vaj-â-mi* 'vieo, tego', lat. *vi-e-o* docet Curtius, in qua radice primam ac propriam vim torquendi, circumvolvendi agnoscimus (Pott Ww. I 615). Græcis vocibus digamma affirmant gl. Hesych. *γιτέα· ἰτέα* (*ἐτέα* cod., em. Mus.) et æol. *ϝίτυς,* quod tradidit Terentianus Maurus p. 2397 P. (v. 658 'quamque *ἴτυν* dicunt Achæi, hanc *vitym*[1] gens Æoli'. Lachmann). Huc Pott et Curtius retulerunt gr. *οἶσο-ς* *οἰσύ-α* salicis species. Num vero, quod putat Curtius Etym. 523, vocalis *ο* a digammo orta sit, in dubium certe potest vocari, quum in lat. *vi-e-o* et sscr. rad. *vê* latere existimandum sit rad. *vĭ*, id quod et e slav. figuris apparet et collatis sscr. *çê* *çê-tê* *κεῖται*, *çĭ-vi-ra-m* 'Lager, Hoflager' (Corssen Ausspr. I 385, Schleicher Comp. 26), atque in ipsa græca lingua exstat hæc brevis vocalis in vocabulo *ἴτυς*. Qua re fieri potest, ut

---

[1]) *βίτυν* scribit Ahr. I 32 annot., sequitur Curtius. Sed neque ullo alio verbo comprobatum est digamma apud Æoles ante vocales esse in consonam *β* immutatum, et Terentianus videtur omnia, quæ attulit, æolica vocabula latinis literis reddidisse, fortasse ob eam causam, quod dubitabat, qua græca nota sonum spirantis labialis exprimeret, vel quo æolicæ dialecti cum lingua latina similitudo magis eluceret.

ab hac vocali ī per amplificationem maiorem profecta sit diphthongus *οι* in vocibus *οἶσος οἰσύα* eadem ratione atque habemus *ἴ-μεν εἶ-μι οἶ-μο-ς, λίβ-ο-ς λείβ-ω λοιβ-ή, στίχ-ος ἔ-στιχ-ο-ν στείχ-ω στοῖχ-ο-ς* al. Ac sscr. illa vocabula *vêtasas* et *vêtras* amplificationem minorem vocalis *i* præ se ferunt. Tum ipse Curtius ex eadem radice *vi* exstitisse censet gr. *ϝοῖ-νο-ς*. In nomine autem urbis lacon. *Οἴτυλος*, quod *Βείτυλος* scriptum est CIG. n. 1323, si quidem cum his vocibus id coniungendum est, veri simile videtur literas *O* et *B* digammi vices sustinere; a Ptolomæo enim *Βίτουλα* vocatur, hodie *Bitylo Vitulo* (Boeckh. l. l., Ahr. II 46, Curtius Etym. 523). Num vero huc referendum sit n. pr. *Ἴτων* (I)**Ϝίτων* Bk., in medio relinquo: certe nihil potest e loco homerico *B* 696 de consona initiali diiudicari.

Digamma servasse videntur apud Homerum hæ voces.

ϝιτέη ἰτέη. *Producitur* enim ante hoc vocabulum *particula καί* in tertia arsi post semiquinariam *κ* 510 *μακραί τ' αἴγειροι καὶ ϝιτέαι ὠλεσίκαρποι*. — Neque graviter obstat *Φ* 350 *καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρῖκαι*, quum facillime digamma hic restituatur deleto vocabulo *τε*, cf. Hoffmann § 130 2.

ϝίτυς. Digamma requirit *hiatus*, qui est in altero pede *Δ* 486 *ἐξέταμ', ὄφρα ϝίτυν κάμψῃ περικαλλέι δίφρῳ*. Ceterum in tertia thesi excipit vocem *χρυσέῃ* *E* 724.

R. **ϝοθ* *ὠθ-έ-ω* trudo, propello.

Sscr. r. *vadh* pf. *va-vâdh-a* pulsare, ferire, tundere; — lat. *ôd-i* repello, arceo (Hor. Carm. III 1), *ôd-iu-m*. — Curtius Etym. 244, Bopp Gl. — E radice *ϝοθ* ea ratione *ὠθ-έ-ω* videtur exstitisse, ut digamma evanescens sequentem vocalem produxerit, cuius rei certissima sunt testimonia *βῶροι, βωλία* l. *βωλίς, βωτάζειν* Hesych., cf. Brugman, Curtii Stud. IV 135. Literas *ϝο* in *ω* abiisse minus recte dicit Ebel, Kuhn's Zschr. IV 166. Productionem bifariam factam haud dubie demonstrat gl. Hesych. *εἴωσεν· ἀπεώσατο*, quacum conferatur *Λειώκριτος* *P* 344 pro **Λεϝοκριτος* (cf. Brugman ib. 175, 154). In verbo *εἴωθα* pro **σέ-σϝοθ-α* duæ consonæ e media voce evanuerunt. Quamquam in eo, de quo hic agimus, verbo nusquam digamma est servatum, tamen vestigia huius consonæ e variis figuris apparent. Ac primum quidem digammo debentur et augmenti genus, quod inest in *ἔ-ωσε* *Π* 410 (pro **ἔ-ϝο(θ)-σ-ε*), *ἐ-ώθει* h. III 305, *ἐ-ώθουν, ἔ-ωσμαι, ἐ-ώσθην* sim. Att., et prosthetica vocalis, quæ conspicitur in gl. Hesych. *ἀπ-ε-ωστόν· ἀπωθητόν* (*ἀπόθητον*

cod., em. Curtius Etym. 529, cf. Suid. *ἀπωστόν· τὸ ἀπωθητόν*) atque in participio *παρ-ε-ωσάμενος* epist. Pythag. 4 (Kühner Ausf. Gram. I 937). Tum digamma in voce *ἐν-νοσί-γαιο-ς* *H* 455, *ε* 423 al. pro **ἐν-ϝοσί-γαιο-ς* antecedenti consonæ *ν* assimilatum est, in voce *εἰν-οσί-φυλλο-ς* autem *B* 632, *ι* 22 al. præeuntem syllabam produxit, nisi forte hic inesse putamus figuram per epenthesin amplificatam *εἰν-*, in *ἐν-οσί-χθων* *H* 745, *α* 74 al. sine compensatione est detrusum. Hesychius nobis tradidit *ἐννοσίχθων* et *εἴνοσις* atque *ἔννοσις· κίνησις*. Tum *ἐννοσίφυλλος* est Simonidis fragm. 41 v. 1. Quæ quum ita sint, sine causa Bekkerus hom. Bl. 164 nullo fere iubente codice pro *ἐννοσίγαιος* scripsit **εἰνοσίγαιος*.

ὠθέω nullum ostendit in carminibus homericis consonæ initialis vestigium. Nihil enim ex eo efficitur, quod adv. *ἄνω* in secunda thesi producitur *λ* 596, cf. Hoffmann § 55 2, vel ex eo, quod brevis syllaba in consonam exiens (*Τρῶες*) in semiseptenaria cæsura interpunctione firmata producitur *Π* 592. Ceterum longas syllabas in consonas desinentes excipit hoc verbum *E* 835, *Θ* 336, *Λ* 143, 320, *M* 420, *O* 418, 694, *λ* 599, et est in initio versuum *Δ* 535, *E* 308, 626, 691, 854, [*Λ* 803,] *N* 148, 193, 688, *Π* 45, 569, 655, *P* 274, *Φ* 241, *ι* 488, *λ* 599, *χ* 20. — Repugnant hi loci: *B* 744, *E* 19, 694, *Z* 62, *Θ* 295, *N* 138, [*O* 668,] *Π* 863, *Φ* 235, *γ* 295. Mitto autem *Λ* 220, qui versus fortasse per synizesin legi potest. Accedunt hæc composita: *ἀν-ωθέω* *ο* 553, *ἀπ-ωθέω* *Θ* 96, 206, 533, *β* 130 al. — — In hymnis obstat h. II 204. Nihil probat h. I 73.

ϝοῖκο-ς οἶκο-ς domus, *(ϝ)οἰκ-ίο-ν* id., *(ϝ)οἰκ-εύς* domesticus, famulus, *(ϝ)οἰκ-έ-ω* domicilium habeo, habito, *(ϝ)οἰκ-ωφελ-ίη* cura rei familiaris.

Sscr. *vêça-s*, *vêç-man* domus; — lat. vet. *veicu-s*, rec. *vicu-s*; — got. *veihs* *κώμη, ἀγρός*. — Curtius Etym. 154, Bopp Gl., Corssen Ausspr. I 380, 718, Meyer goth. Spr. 366, Fick 191. — Radicem esse *vik* sscr. *viç* 'intrare' iam supra commemoravimus. De significationum dissimilitudine, quæ inter sanscritas græcasque voces et latinam goticamque intercedit, conferamus sscr. *vâstu* et gr. *ἄστυ*. Digammo vocis *ϝοῖκος* nihil est certius. Mitto auctoritatem Dionysii Halic. Antiqu. rom. I 20, quum titulorum testimonia suppeditent. Præbent illi hæc: *ϝοικίαν* est in antiquissimo titulo prope Petiliam reperto CIG. n. 4 v. 2, *ϝοικίας* in tit. boeot. CIG. n. 1565 (ex emend. Boeckhii pro *ΕΟΙΚΙΑΣ*); deinde *ΕϜΟΙΚΙ* in tit. prope Argos reperto Rangabé Antiqu. Hellén. n. 361[b] interpretatur *ἧ*

ϝοικί[α]; tum *πεδάϝοικοι* est in tit. argiv. CIG. n. 19 v. 8, quod Boeckhius ad n. 14 **μετα-ϝοικοι μέτοικοι* explicat, cf. Ahr. II 360. Postea titulus locr. Oeconomidæ prior *A* v. 6 præbet *μεταϝοικέοι* (a verbo *μεταϝοικεῖν*), atque in altero Oeconomidæ tit. locr. hæc leguntur: *ϝοικέοντος* v. 29, *ϝοικηταῖς* v. 47, *ἐπίϝοιϙον* vv. 31, 35, 37, *τῷπιϝοίϙῳ* v. 34, *ἐπιϝοίϙους* vv. 5, 32, *ἐπιϝοίϙων* vv. 15, 17, 27, 40, *ἐπιϝοίϙοις* v. 11, *(ἐ)πιϝοικία* v. 1, *μεταϝοικιατᾶν* v. 45. Ex consuetudine Boeotorum diphthongus *οι* in longam vocalem *υ* i. e. *ου* mutata est in his titulis boeoticis, ubi est vox *ϝυκίας*: in tanagræo tit. CIG. n. 1563 a v. 4, in duobus tit. orchom. ib. n. 1564 v. 10 et Rangabé Antiqu. Hellén. 705[b] v. 6 (eundem hunc tit. reddidit E. Curtius Rhein. Mus. II 107), in tit. theb. Rangabé ib. 705 v. 5, in tit. thespio Savelsberg dig. n. 71. Mitto mancum titulum CIG. n. 1562, ubi v. 4 non exstat nisi *FY*... In tabulis heracl. evanuit quidem digamma, memoria tamen mansit in duplicato *ἐπι-οικοδομά* I 102: aliter se habet *ἐπ-οικία* ib. I 98. Præterea vestigia amissæ spirantis apparent in compositis vocibus *ἄ-οικος* atque *ἀ-οίκητος*, *φερέ-οικος* Hesiod. Op. 569, al.; accedunt hiatus, qui sunt apud Pindarum Pyth. VIII 51 (*δὲ ϝοίκοθεν*), Nem. VI 25 (*οὔ τινα ϝοῖκον*, omisit digamma Mommsen): prætereo Pyth. VII 5, ubi *τίνα τ' οἶκον* legit Mommsen; addo vero Mimnermi fragm. 2, 11 (*ἄλλοτε οἶκος*), mitto autem Epicharmi fragm. 19 (Ahr., Lorenz p. 228) *ἐπεὶ δέ χ' εἴκω οἰκάδις καταφθαρείς*, quem locum digammo indigere Ahrens II 44 sine causa censet.

In homericis carminibus loci longe plurimi digamma harum vocum aut requirunt aut admittunt, repugnant vero loci Iliadis perpauci, complures Odysseæ.

ϝοῖκος οἶκος (ϝ)οἴκοθεν (ϝ)οἴκοθι (ϝ)οἴκοι (ϝ)οἶκόνδε (ϝ)οἶκαδε. Digamma has voces servasse concludimus 1) e *productis vocabulis a*) *part. καί*, quæ *α*) in secunda arsi producitur *ἦλθ' (ἔστ') Ὀδυσεὺς καὶ ϝοῖκον ἱκάνεται ψ* 7, 27, 108, — *β*) in quarta arsi *Θ* 513, *I* 393, *δ* 520, — *γ*) in prima thesi *O* 498, — *δ*) in secunda thesi *ζ* 181, — *b*) *pron. μοί* in arsi altera *δ* 318 *ἐσθίεταί μοι ϝοῖκος*, — *c*) *part. δή* in eadem versus sede *φ* 332, *ψ* 36, — *d*) *part. πού*, quæ in secunda thesi producta fortasse consonam amissam prodit *κ* 562; — 2) ex his *hiatibus a*) in fine pedis secundi *κατὰ ϝοῖκον τ* 18, 67, *δὲ ϝοῖκος ξ* 233, *μέν ποτε ϝοῖκος α* 232, *ἐγώ ποτε ϝοῖκον ρ* 419, *τ* 75, *ἔτι ϝοῖκον* l. *ϝοίκοι ξ* 167, *ο* 15, *τ* 313, *ἐνὶ ϝοίκῳ A* 30, *προτὶ ϝοῖκον ω* 358, — *b*) in fine quarti pedis post semiseptenariam cæsuram *κατὰ ϝοῖκον δ* 717, *ω* 272, *ἀπὸ ϝοίκου β* 59, *ρ* 538, *προτὶ ϝοῖκον ρ* 55, — *c*) in fine quinti pedis

πίονα ϝοῖκον ι 35, πήματα ϝοίκῳ ι 535, λ 115, κατὰ ϝοῖκον Z 56, τ 195, 536, κατὰ ϝοίκους α 375, β 140, κατεκείρετε ϝοῖκον χ 36, μίμνετε ϝοίκῳ κ 489, δὲ ϝοῖκον α 248, π 125, [τ 133], δὲ ϝοῖκοι P 738, ἐδείματο ϝοίκους ζ 9, ἐνὶ ϝοίκῳ Z 500, H 127, Θ 284, [α 359,] γ 349, δ 4, 112, 144, ι 206, 478, λ 190, μ 451, ν 61, ξ 331, ο 157, 174, 200, 417, 516, π 121, 140, ρ 532, τ 115, 288, 314, 514, 598, υ 34, 129, 308, φ 27, 353, χ 117, 169, ψ 57, 153, ω 365; — 3) ex hac *brevis vocabuli* in prima thesi *productione* πρὸς ϝοῖκον Πηλῆος I 147, 289. — Mitto vero hos hiatus in fine pedis primi H 79, X 342, ο 210, atque in bucolica cæsura Γ 72, 93, 404, Ω 287, β 48, γ 303, η 188, σ 408, itemque eos, qui sunt post verbum ἀπώλεσα δ 95, pron. ὅ Α 632, terminationem ι dat. sing. tert. decl. τ 237, al. Tum nihil efficere videntur diphthongi terminationum nominum in quarta arsi productæ ϑ 324 (αἰδοῖ) et φ 398 (αὐτῷ), vel longæ vocales diphthongive nominum verborumve in thesibus productæ Z 495, α 17, β 186, δ 613, λ 410, ο 113, B 290, 354, 357, Γ 390, Δ 180, 397, Ω 581, α 317 al., vel particula δή in altera thesi producta B 158, 174, ε 204. Porro has brevium syllabarum productiones missas facio, quæ omnes in semiseptenaria cæsura sunt: antecedunt tum cæsuræ et tertii pedis trochaica et ea, quæ primum pedem claudit, Α 606, α 424, γ 396, η 229, ν 17, α 360, ζ 110, φ 354, ψ 292, tum semiternaria et trochaica illa pedis tertii Z 189, Ψ 229, tum sola pedis tertii cæsura trochaica ξ 87. Postea antecedunt literæ parag. pron. ἐγών Z 365, α 397, adv. κέν I 414, ἀπόπροϑεν ρ 408, ν ἐφ. nom. ζ 183, η 68, ν ἐφ. verb. β 45, 226, ξ 280, pleniores figuræ præp. εἰς Z 490, α 356 al., ἐξ φ 188, 375, 388 al., longæ syllabæ in consonas exeuntes δ 261, ζ 159, η 314, Ψ 856 al. Postremo ab his vocibus incipiunt versus haud pauci: Α 113, 170, Γ 233, Δ 103, 121, al., α 12, 251, 258, β 64, 136, 176, 179, 238, 343, γ 160, 233, δ 476, 701, ε 19, 42, 108, 115, 220, ζ 315, η 77, ϑ 102, 252, 466, ι 261, 350, 533, κ 42, 474, 484, λ 132, 389, 432, al. Qui ad hoc genus pertinent loci, eos ut universos congererem, non diligentius egi. — Iam ad eos locos venimus, qui digamma aspernantur. Ex iis hi videntur facili coniectura sanari posse: Α 19 εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσϑαι (καὶ ϝοίκαδ' ἱκ. Heyn. Hoffm. Bk.), H 364 et 391 καὶ ἔτ' οἴκοϑεν (del. ἔτ' Heyn. Hoffm. Bk.), β 52 μὲν ἐς οἶκον . . . νέεσϑαι (Bk. del. præpositionem), δ 596 κέ μ' οἴκου (με ϝοίκου Bk.), ι 530 πτολιπόρϑιον οἴκαδ' ἱκέσϑαι (πτολίπορϑον sex cod., quæ figura multo est usitatior, hic suo iure assumpsit Bk.: videtur amplior figura e versu 504 in hunc versum esse inducta), ν 125 αὐτ' οἶκον (αὖ cod. A, recepit Bk.), ο 436 μ' οἴκαδ' (succur-

rit v. l. *οἴκαδ'*, quam habent quinque cod., sq. Bk.). Paulo audacius Hoffmannus *Ω* 572 *δ' οἴκοιο* in *δὲ δόμοιο* mutavit, Bekker hunc locum integrum reliquit. Iam qui restant loci emendationem ægre ferentes, sunt hi: *η* 326 (*ἀπήνυσαν*), *κ* 35 (*ἄργυρον*), *ν* 42 (*δ'*), 121 et 305 (*ὤπασαν*), *ξ* 318 et *ρ* 84 (*ἐς*), *ο* 21 (*βούλεται*). 66 (*ἐέλδεται*), *π* 70 (*ὑποδέξομαι*), 463 (*εἰρύαται*), *σ* 419 (*κατακείομεν*), *υ* 232 (*ἐλεύσεται*), *φ* 211 et *χ* 35 (*ὑπότροπον*), *ψ* 8 et *ω* 208 (*οἱ*). Mitto coniecturas Bekkeri hom. Bl. 317 (II 23).

In minoribus homericis carminibus hæc inveniuntur consonæ spirantis vestigia: h. III 61 *κατὰ Ϝοῖκον* (2), h. VI 17 *καὶ Ϝοἶκαδ'* (est quarta arsis), h. XXIV 4 *ἀνὰ Ϝοῖκον* (2); addo ep. XIII 3 *αὔξει* in secunda arsi produci. Repugnant h. III 285, h. V 302, ep. XIII 5, batr. 80. Ceteros locos mitto: h. III 36, [379,] h. IV 30, h. XXX 10, batr. 262.

Ϝοικίον οἰκίον. Unus modo locus digamma requirere videtur *ξ* 210 *αὐτὰρ ἐμοὶ μάλα παῦρα δόσαν καὶ Ϝοικί' ἔνειμαν*, ubi part. *καί* in quarta arsi *producitur*. — Nam hiatus *M* 221 *ζωόν· ἄφαρ δ' ἀφέηκε, πάρος φίλα (Ϝ)οἰκί' ἱκέσθαι*, quem Hoffmannus § 128 pro certo digammi testimonio habet, haud dubie cæsura bucolica satis excusatur, quum gravior antecedat cæsura pedis tertii trochaica ob eamque causam levissima putanda sit semiseptenaria, cf. *χ* 408. Deinde mitto hos in bucolica cæsura hiatus, qui sunt post *ὁδῷ ἔπι Z* 15, *Π* 261, *Ὕλῃ ἔνι H* 221, *Ἰθάκῃ ἔνι δ* 555, *ι* 505, [531,] *ω* 104, *Φερῇς ἔνι δ* 798, *Σάμῃ δ' ἐνὶ ν* 288, *Ἀβυδόθι P* 584, *Κορινθόθι N* 664: interpunctio accedit bucolicæ cæsuræ *β* 335. Tum excipit hæc vox firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. *Π* 595, longam syllabam in consonam exeuntem *π* 385; est denique in initio versuum *M* 168, *P* 308, *Υ* 64, *μ* 4, *φ* 215. — Repugnant duo loci: *B* 750 *οἳ περὶ Δωδώνην δυσχείμερον οἰκί' ἔθεντο*, quem locum in *δυσχείμερα Ϝοικί' ἔθεντο* ingeniosius quam veri similius emendavit Bentleius: videntur enim huiusmodi epitheta ab Homero pæne ubique cum nomine urbis vel terræ coniungi. Alter est locus *β* 154 *διά τ' οἰκία*, ubi *τ'* delevit Bekkerus. — — In hymnis digamma aspernatur h. I 46. Nihil efficit hiatus h. I 137. Mitto h. I 78, h. III 555.

(Ϝ)οἰκεύς οἰκεύς. Fortasse neque huic voci digamma abrogandum est, quamquam nihil certi repetimus ex eo, quod brevis syllaba in consonam exiens in semiseptenaria producitur *ρ* 533, cf. *κ* 471 al. p. 30: gravior interpunctio cæsuræ tertii pedis trochaicæ accedit *τ* 273. Tum hiatum efficit hæc vox in fine pedis primi *ξ* 4, diphthongum *ῳ* in secunda thesi productam excipit *ξ* 63 et lon-

gas syllabas in consonas desinentes *E* 413, *δ* 245, est denique in initio versus *Z* 366. — Unus locus digamma prorsus respuit, *π* 303 *μήτε τις οἰκήων κτλ.*

(ϝ)οἰκέω. Mitto brevem syllabam in semiternaria productam *Δ* 18: tum ab hoc verbo incipit versus *ζ* 204. Ceteris locis sunt figuræ augmento instructæ *ᾤκεον ᾤκει ᾤκηθεν*. Manifestum est, si digamma servarunt hi loci, sine augmento scribendas esse illas figuras *ϝοίκεον ϝοίκει ϝοίκηθεν,* in quo peccavit Bekkerus. Sed de digammo horum locorum certo diiudicari non potest. Nam *ᾤκηθεν* vel *ϝοίκηθεν* hiatum efficit in fine pedis primi *B* 668 (*τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν* l. *ϝοίκηθεν κτλ.*); *ᾤκεον* est in initio versuum *Ξ* 116, *ι* 400 et excipit longam syllabam in consonam exeuntem *Υ* 218; denique figuram *ᾤκει* antecedit vox *ἀζόμενοι ι* 200. — At digamma aperte abiecit *duplicatum ἀπ-ῴκισε μ* 135. — — In hymnis nihil probant h. I 172 (*οἰκεῖ*), h. V 399 (*οἰκήσεις*).

οἰκωφελίη consonam initialem aspernatur uno loco *ξ* 223 (*οὐδ' οἰκωφελίη*).

> *ϝοῖ-νο-ς οἶ-νο-ς* vinum, *(ϝ)οἰνό-ω* ebrium facio, *(ϝ)οἰν-ίζ-ο-μαι* vinum mihi comparo, *(ϝ)οἰνο-βαρεί-ων, -βαρής* vino gravis, *(ϝ)οἰνό-πεδο-ς* vinifer, *(ϝ)οἶν-οψ* vini colorem ferens, purpureus, al.

Lat. *vi-nu-m.* — Curtius Etym. 363, Corssen Ausspr. I 541. — Et hi docti viri et Pott Ww. I 619 contra Kuhnium et Pictet hæc verba ad rad. sscr. *vê* lat. *vieo* referunt, cf. p. 131. A digammo vocem *ϝοῖνος* antiquitus incepisse diserte Ioannes Grammaticus confirmat (Ahr. I 31 annot. 4). Tum hanc vocem agnoscimus in n. pr. ***Βοινοβίου,*** quod est in titulo cretensi recentiore CIG. n. 2576 v. 10: de altero n. pr. ***Ροίνοπα*** in tit. cret. CIG. n. 2554 v. 127, quod in ***Βοίνοπα*** emendatum vult Boeckhius, dubitat Ahrens II 48. Hesychius autem hæc affert: *γοῖνος· οἶνος, γοίνακες· βλαστοί* (sc. *ἀμπέλου*), *γοινά(ρ)υτις· οἰνοχόη* (est dor. pro *οἰνήρυσις,* Ahr. II 63), *γοινέες· κόρακες* (coll. *οἰνάς· γένος κόρακος* et *οἰνιάξ· εἶδος κόρακος*). Porro in *υ* vocalem digamma transiit in his glossis eiusdem, quæ quum ab eadem radice profectæ existimandæ sint, cognatasque præbeant significationes, hic afferamus: *υἰήν· τὴν ἄμπελον, υἰόν· ἀναδενδράδα* i. e. labruscam vitem; Curtius Etym. 513 scribit *υἰήν* et *υἰόν,* Schmidt autem *ὑιήν* sed *υἰόν:* at veri simile videtur vocalem *υ*, ubi digammi vices sustineat, antiquiorem sonum servavisse vel ut diphthongum *ου* esse pronuntiatam, cf.

Ὑέλη Herod. et Οὐέλια Dionys. Hal., itaque non cum sequente vocali ι in diphthongum coaluisse. In figura augmento syllabico instructa ἐ-ῳνοχόει Δ 3, υ 255 et in duplicato ἐπι-(ϝ)οινοχοεύοι h. IV 204 vestigia digammi apparent. Incerta videtur coniectura Grotefendii ϝοίνῳ in Alcæi fragm. 39 v. 1, cf. ann. Bergkii. Paulo maioris fortasse est momenti, quod Theogn. 413 sunt variæ lect. μετ' οἶνος μέ γ' οἶνος, e quibus Bergkius antiquitus fuisse με ϝοῖνος suspicatur.

Manifestissima sunt in carminibus homericis digammi vestigia, quamquam repugnantes loci non desunt.

ϝοῖνος οἶνος. De digammo in hac voce servato statuimus 1) ex his *productis vocabulis a) part.* *καί,* quæ *α)* in secunda arsi post semiternariam producitur *Γ* 246 *ἄρνε δύω καὶ ϝοῖνον ἐύφρονα, καρπὸν ἀρούρης,* — *β)* in quarta arsi post semiseptenariam *Ι* 489, *γ* 479, *ε* 165, *μ* 327, *ν* 69, — *γ)* in prima thesi *π* 110, — *δ)* in secunda thesi *σίτου καὶ ϝοίνοιο* l. *ϝοίνου Ι* 706, *Τ* 161, *ξ* 46, *υ* 378, — *b) pron.* *μοί,* quod *α)* in secunda arsi producitur *β* 349 *μαῖ, ἄγε δή μοι ϝοῖνον κτλ.,* et — *β)* in prima *Ζ* 264 *μή μοι ϝοῖνον ἄειρε κτλ.,* — *c) pron.* *τοί,* quod in secunda thesi productum legitur *Ι* 71 *πλεῖαί τοι ϝοίνου κλισίαι κτλ.,* — *d) verb.* *πίοι,* in quo levissima diphthongus optativi *οι* in secunda thesi ante graviorem tertii pedis cæsuram producitur *χ* 11 *ὄφρα πίοι ϝοίνοιο· φόνος κτλ.,* cf. Hoffmann § 58 3; — 2) ex his *hiatibus* minime ferendis post ea quæ sequuntur vocabula *a)* in fine secundi pedis *αἴθοπα Λ* 775, *ξ* 447, *π* 14, *πίε ι* 347, *σέ σ* 331, 391, — *b)* in fine quinti pedis *αἴθοπα* (in frequentissima illa versus clausula *αἴθοπα ϝοῖνον*) *Α* 462, *Δ* 259, *Ε* 341, *Ζ* 266, *Ξ* 5, *Π* 226, 230, *Ω* 641, *β* 57, *γ* 459, *η* 295, *ι* 360, *ν* 8, *ο* 500, *ρ* 536, *ω* 364, *εὐήνορα δ* 622, *μελιηδέα Κ* 579, *ξ* 78, *π* 52, *σ* 151, 426, *πίνετε κ* 460, *μ* 23, *ὅδε Γ* 300, *δέ Γ* 269, *Π* 231, *Ω* 306, *γ* 332, *τέ ϑ* 470, *ν* 244, *ξ* 109, *ο* 391, *υ* 252, *ἐδαμάσσατο ι* 516, *ἐξέσσυτο ι* 373, *ἠφύσσετο ψ* 305. — Deinde hi sunt in cæsura bucolica hiatus *Ζ* 258, 261, *η* 182, *ι* 163, 208, *κ* 356, *μ* 19, *ν* 53, *π* 444, *τ* 197. Tum mitto terminationem nominis *πίϑοι* in altera thesi productam *β* 340 et has brevium syllabarum in consonas exeuntium productiones in secunda thesi *γ* 139, *ϑ* 70, et in quinta *Θ* 232, *β* 431, ubi est *ἐπιστεφέας (ϝ)οἴνοιο,* atque *ε* 265, *ι* 196, 346, in quibus versibus est *μέλανος (ϝ)οἴνοιο* (cf. p. 31). Antecedit firmior vocalis *ι* dat. sing. tert. decl. *Ψ* 237, 250, *Ω* 791, *κ* 519, *λ* 27, *υ* 69, *ν ἐφ.* verb. *ι* 362, *φ* 297, præp. *εἰς δ* 220, longæ syllabæ in consonas exeuntes *Θ* 506, 546 al. Denique ab hac voce initium capiunt hi versus *Γ* 295, *Δ* 346, *Μ* 320, *Ψ*

220, α 340, β 290, γ 391, 472, η 164, ι 111, 204, 358, κ 235. — Quindecim loci digamma aspernantur. Ex iis quatuor modo emendavit Bekkerus: ι 454 δαμασσάμενος φρένας οἴνῳ (v. l. φρένα cod. L recepit Bk.), α 110 οἳ μὲν ἄρ' οἶνον (ἄρ' omisit Bk. cum Eust. et Schol. Vindob.), ο 507 κρειῶν τε καὶ οἴνου (Bk. ϝοίνου scribens sine dubio τε deletum voluit), τ 122 βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ (φρένα ϝοίνῳ Bk.). Ceteri loci sunt hi: Η 467 (παρέστασαν), Ι 224 (δ'), Σ 545 (μελιηδέος οἴνου), β 379 (οἱ), γ 40 (δ'), 46 (μελιηδέος οἴνου), 51 (ἡδέος οἴνου), ζ 77 (δ'), λ 61 (ἀθέσφατος), ο 334 (ἠδ'), υ 260 (δ'). — — In hymnis hiatus non est nisi h. XXIX 6 μελιηδέα ϝοῖνον (5). Mitto h. V 208, h. VII 35. Obstat h. V 206 (i. q. Σ 545).

(ϝ)οἰνόω longas syllabas in consonas desinentes excipit π 292, τ 11. — οἰνίζομαι hiatus efficit in bucolica cæsura Θ 506, 546, — respuit digamma Η 472 (ἄρ').

(ϝ)οἰνοβαρείων hiatus efficit in cæsura bucolica ι 374, κ 555, φ 304. — (ϝ)οἰνοβαρής est in initio versus Α 225. — (ϝ)οἰνόπεδος vocalem υ excipit Ι 579 et longas syllabas in consonas exeuntes α 193, λ 193 (— addo h. III 207 —). — (ϝ)οἰνοπληθής brevem syllabam in semiquinaria cæsura producit ο 406. — (ϝ)οἰνοποτάζω hiatus efficit in fine pedis primi ζ 309 et in bucolica cæsura Υ 84, atque excipit ν ἐφ. nom. υ 262. — (ϝ)οἰνοποτήρ in hiatu est in cæsura bucolica ϑ 456.

ϝοινοχοέω οἰνοχοέω. Duo certissima digammi vestigia agnoscimus 1) in hac *particulæ* καί in quarta arsi *productione* ο 323 ὀπτῆσαι καὶ ϝοινοχοῆσαι (mitto v. l. τε καί), — 2) in versu γ 472 οἶνον ϝοινοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσιν, ubi in prima arsi *brevem syllabam* ante hoc verbum *productam* invenimus. Hanc enim lectionem et plurimi codices habent et optimi fere ac receperunt Bk. Dind. La Roche Ameis[5], aliam ἐνοινοχοεῦντες sequuntur Wolf Didot Ameis[4], defendit Kayser Philol. XVIII 712. — In bucolica cæsura hiatus efficit hoc verbum Β 127, α 143, δ 233, excipit autem firmiorem vocalem ι dat. sing. tert. decl. Υ 234. Tum in initio versuum Α 598 et ο 141 est (ϝ)οἰνοχόει (de v. l. ᾠνοχόει cf. La Roche ad ο 141). — Repugnat unus solus locus φ 142 (ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει). — Præterea figura augmento duplici, quod vocatur, instructa ἐῳνοχόει Δ 3, υ 255 amissum digamma indicat, nisi forte servata hac consona ἐϝοινοχόει scribendum est ad similitudinem figuræ (ϝ)οἰνοχόει Α 598, ο 141.

οἰνοχόος hiatum efficit in cæsura bucolica Β 128 et est in initio versus ι 10. — Tres qui restant loci digamma non admittunt;

hos emendavit Bekkerus: *σ* 396 *ὃ δ' ἄρ' οἰνοχόον* (*ἄρ'* omisit Bk.), *σ* 418 et *φ* 263 *ἀλλ' ἄγετ', οἰνοχόος* (*σ* 418 *ἀλλά γε* tres cod., *ἀλλ' ἄγε Ϝοινοχόος* Bk.).

Ϝοῖνοψ. Digamma in hac voce servatum demonstrant hi *hiatus*: *a*) in fine pedis tertii, quam versus sedem minime ferre hiatum constat, *N* 703 *ἀλλ' ὥστ' ἐν νειῷ βόε Ϝοίνοπε πηκτὸν ἄροτρον*, et *ν* 32 *νειὸν ἀν' ἕλκητον βόε Ϝοίνοπε πηκτὸν ἄροτρον*, — *b*) in fine primi pedis, ubi post præpositionem nulla est cæsura, *α* 183 *πλέων ἐπὶ Ϝοίνοπα πόντον κτλ.*, — *c*) in fine quarti pedis, ubi antecedit semiseptenaria, *ἐνὶ Ϝοίνοπι πόντῳ* *Ψ* 316, *ε* 221, *τ* 274, *ἐπὶ Ϝοίνοπα πόντον* *Α* 350 (Spitzn. Pierron, *ἐπ' ἀπείρονα* Aristarchus Bk. Dind. Koch), *Β* 613, *Ε* 771, *Η* 88, *Ψ* 143, *β* 421, *γ* 286, *δ* 474: in his versibus inesse bucolicam cæsuram ita, ut præpositio *ἐπί* a proximis verbis, quæ sunt *περάαν λεύσσων ἰδὼν πλέων* al., per tmesin segregata esse existimetur ideoque quam artissime cum iis coniungenda, prorsus negaverim. Namque ut hac ratione contorta et vix ferenda exsistit interpretatio, ita cum sequenti nomine coniuncta præpositione facillime fluit oratio. — Dubito autem de iis versibus, qui in hæc verba cadunt *μέσῳ ἐνὶ* (*Ϝ*)*οἴνοπι πόντῳ* *ε* 132, *η* 250, *μ* 388, *τ* 172: hic inest fortasse haud levis bucolica cæsura, cf. Hoffmann § 8, ubi de re simili disserit. Præterea præp. *εἰς* excipit hæc vox *ε* 349 et firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. *ζ* 170. — — Ex hymnis duos addo in cæsura bucolica hiatus h. II 216, h. VII 7.

Ϝοινεύς Οἰνεύς. Digamma revocare videntur duo *hiatus*, quorum uterque est in fine quinti pedis, *ἱππηλάτα Ϝοινεύς* *Ι* 581 et *ἱππότα Ϝοινεύς* *Ξ* 117. Etsi in simili vocabulo hanc brevem vocalem *α* nusquam elisione summotam vidi, tamen non intellego, cur non in verorum hiatuum numerum hi referendi sint. Rarissime enim fit, ut hæc vocalis firmiorem sibi asciverit naturam. — Minus certum testimonium repetimus e loco *Ι* 543 *τὸν δ' υἱὸς* (*Ϝ*)*Οἰνῆος ἀπέκτεινεν Μελέαγρος*, cf. *Β* 39 al. p. 28. Tum est hoc verbum in initio versuum *Ζ* 216, 219, *Ι* 535 et excipit longam syllabam in consonam exeuntem *Ι* 540. — Repugnat autem *Β* 641 (*οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος*). Ad quem locum accedunt duo loci, ubi est *Οἰνείδης*: *Ε* 813 (*δαΐφρονος*) et *Κ* [497] (*τὴν νύκτ'*).

Ϝοινόμαος Οἰνόμαος. Digamma requiritur durissimo *hiatu*, qui est in fine pedis secundi inter semiternariam cæsuram et semiseptenariam, *Ν* 506 *Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Ϝοινόμαον βάλε γαστέρα μέσσην*. — *Μ* 140 hiatus est in bucolica cæsura. — Aspernatur digam-

ma *E* 706 (*Αἰτώλιον Οἰνόμαόν τε*). Annotandum est proximo hoc loco alium induci virum atque illis locis.

(F)Οἰνοπίδης est in initio versus *E* 707. — *(F)Οἴνοψ* hiatum in cæsura bucolica efficit *φ* 144.

R. *Ϝορ* *(Ϝ)ὅρ-ο-μαι* tueor, custodio, *(Ϝ)οὖρ-ο-ς* custos, *ἔφορος*, — *(Ϝ)ὁρ-ά-ω* intueor, cerno.

Lat. *ver-e-o-r* (pr. sine dubio i. q. 'speculor', inde 'caveo, metuens inspicio, suspicio'); — got. *vars visan νήφειν* (cautum, providum esse), *daura-var-d-s θυρωρός, var-ei* cautio, *πανουργία*. — Doederlein hom. Gl. 2274, Curtius Etym. 324, Meyer goth. Spr. 367, Pott Ww. II 1 582 sq. — Dubitari potest, utrum in dicendi formula *ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄρονται* ξ 104 sim. *ἐπί* pro adverbio accipiendum sit, cuius rei non sane desunt exempla, an pro præpositione, quæ a verbo per tmesin sit seiuncta. Pro hac interpretatione afferri possunt composita *ἐπί-ουρος, ἐφ-οράω*. Sed hæc quæstio non hic gravioris est momenti, qua re eam mittam. — Amissam spirantem revocat gl. Hesych., quæ Suidæ auctoritate firmatur, *βοῦροι· ὀφθαλμοί*. Nihil vero certi ad digamma approbandum e gl. *πυλαυρός* efficitur, quum illa videatur e figura **πυλα-Ϝορ-ό-ς* ea ratione exstitisse, ut exstincto digammo *αο* in *αυ* abierit, cf. Ahr. I 202. Simile quid de gl. *πυλευρόν* iudicandum esse veri simile videtur. Nam digamma in vocalem *υ* transiisse atque deinde sequentem vocalem *ο* extrusam esse a græca consuetudine videtur abhorrere. Contra vestigia huius consonæ haud dubia exstant in compositis vocibus *ἐπί-(Ϝ)ουρος* *N* 450, *ν* 405, *ο* 39, *ἀ-(Ϝ)όρα-το-ς* Att., deinde in singulari augmenti natura, quæ in verbo *ὁράω* conspicitur: *ἑ-ώρων* pro **ἤ-ορων *ἐ-Ϝόρα-ο-ν*, *ἑ-ώρακα* pro **ἤ-ορακα *ἐ-Ϝόρα-κ-α* (cf. Brugman, Curtii Stud. IV 166), postremo in eo ipso, quod producta vocali utuntur *οὖρο-ς, ἰ-ωρό-ς, ὥρα* (cf. germ. vet. *war-a* intuitio, consideratio, cura), cf. Brugman ib. p. 174. Sine dubio etiam prosthetica vocalis *ι* vocabuli *ἰ-ωρός*, quod *ὁ οἴκου φύλαξ* explicat Hesychius, digammo debetur, nisi forte reduplicatam syllabam *Ϝι* in illo vocabulo putamus inesse. — *πυλᾰ-ωρό-ς* *Φ* 530 esse pro *πυλᾱ-ορό-ς* transposita vocalium quantitate docet Curtius.

Nulla digammi vestigia in his vocibus carmina homerica præbent.

ὄρομαι tribus modo est locis, qui omnes consonom initialem

aspernantur: ξ 104 ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄρονται, γ 471 ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄροντο, Ψ 112 ἐπὶ δ' ἀνὴρ ἐσθλὸς ὀρώρει.

οὖρος est in initio versus ο 89. Præterea semper legitur Γερήνιος οὖρος Ἀχαιῶν Θ 80, Λ 840, Ο 370, 659, γ 411.

ὁράω. Consonæ initiali repugnant hi loci: Α 56, 198, Γ 234, Ε 244, 872, Λ 337, α 229, 301, δ 47, 540, 833, ε 439, η 145, ϑ 314, ι 295, κ 99, 181, 498, π 107, σ 143, 219, 344, τ 514, υ 317, ω 452. Alios locos hic missos facio. Accedunt duplicata ἐσ-οράω ε 272, π 29, ψ 303, ἐφ-οράω ρ 487. Mitto εἰσ-οράω Γ 342, δ 75 al.

*ϝοργή ὀργή impetus, contentio.

Sscr. r. ûrg' valere, robustum esse, ûrg'-â ûrg'-a-s vis, robur. — Curtius Etym. 174, Bopp Gl. — Non est hæc vox nisi h. v 205 post ν ἐφ. verbi εὔαδεν.

*Ϝορτυγίη Ὀρτυγ-ίη Terra coturnicum.

Gr. ϝόρτ-υξ coturnix; — sscr. vart-ikâ ûrt-ikâ coturnix, vart--aka-s coturnicis genus (Bopp Gl.). — Curtius Etym. 325. — Digamma græcarum vocum glossa Hesych. γόρτυξ· ὄρτυξ certissime confirmatur. — Ὀρτυγίη est in initio versus ο 404, aspernatur vero spirantem consonam ε 123 (ἕως μιν ἐν Ὀρτυγίῃ κτλ.). — Accedit h. I 16 (τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ).

R. ϝοτ *ϝουτ-ά-ω οὐτ-ά-ω (ϝ)οὐτ-άζ-ω vulnero, (ϝ)ὠτ--ειλή vulnus.

Got. vund-s vulneratus, ga-vund-on τραυματίζειν; anglosax. vund, germ. vet. wund-a wunt-a vulnus, anglosax. vund-ian vulnerare. — Pott I[1] 122 et Kuhn's Zschr. VI 263, Gab. u. Loebe Gl., Mueller Etym. Wb. d. engl. Spr. (Coethen 1867) II 560. — In goto-germanicis linguis nasalem consonam insertam videmus. Seiungo sscr. r. vjath 'agitari, pertubari', quum significatio alio ducat. Ad digamma græcarum vocum comprobandum maximi sunt momenti gl. Hesych. βωτάζειν· βάλλειν (βωτεάζειν cod., em. Schmidt) et γατάλαι· οὐλαί (fort. γατηλαί): γατειλαί coniecit Kuster probantibus et Ahrensio II 53 et Schmidtio, sed collata figura lesb. ὠτέλλα (Ahr. I 58) veri simile fit att. ὠτειλή ad figuram quandam priscam duabus consonis instructam esse referendum, unde exspectaveris dor. γατηλαί, ut dor. χῆρες (Ahr. II 159) ion. att. χεῖρες lesb. χέρρες (Ahr. I 60)

sim. inter se respondent, cf. Brugman, Curtii Stud. IV 121. Praeterea in illa glossa non cum hoc docto viro ib. 175 antiquissimam quandam vocalem *α* servatam esse puto, sed vocalem *α* hic in locum longæ vocalis *ω* dorico more successisse, cf. Ahr. II 181. Animadvertendæ sunt vicissitudines vocalis *ω* et diphthongi *ου*, quæ in att. *οὐτάζειν* et dor. *βωτάζειν*, att. *ὠτειλή* conspiciuntur. Vestigium digammi ostendit duplicatum *ἄ-ουτος* Σ 536, Hesiod. Scut. 157, sed aliter se habent *ἀν-ούτατος* Δ 540, *ἀν-ουτητί* X 371.

Spirantem consonam amissam loci homerici certissime demonstrant.

οὐτάω. Hoc verbum est in initio versuum E 376, Δ 469, Z 64, Λ 260, 491, Ξ 447, 517, T 53, Φ 68, 397, ι 301, τ 449, χ 293. Tum antecedunt longæ syllabæ in consonas exeuntes Λ 434, O 745, P 43, Φ 400, 402, τ 452. — Ceteri loci consonam initialem non ferunt. Sunt hi: Δ 525, E 132, 821, 858, Θ 537, Λ 490, 659, 826, N 192, 561, 764, Ξ 128, 379, 511, 518, O 746, Π 24, 311, 820, P 86, Y 455, X 375, λ 40, χ 356.

οὐτάζω. Ab hoc verbo incipiunt versus Λ 421, 661, N 546, 552, 607, Ξ 424, Π 26, Y 459; antecedit vox *πρίν* Π 322, longæ syllabæ in consonas exeuntes E 336, λ 536. — Repugnant hi loci: E 56, 361, 458, 883, H 258, 273, Λ 338, M 427, N 438, 646, Ξ 443, 476, O 523, 528, Π 317, 467, 597, P 344, 601, Y 402, Φ 576.

ὠτειλή excipit præp. *ἐξ* Δ 140, E 870, Λ 266, Π 862, P 297, κ 164, ω 189, longas syllabas in consonas exeuntes Ξ 518, P 86, T 25, tum est in initio versus τ 456. — Obstant duo loci Σ 351, Φ 122.

*ϝουλ-ή οὐλ-ή cicatrix.

Sscr. *vraṇa-m vraṇa-s* vulnus; — lat. *vuln-us*. — Schleicher Comp. 68, Bopp Gl., Fick 184. — E stirpe antiquissima *vran-*, græcoital. *voln-* prima græca figura **ϝολν-ή* orta putanda est, a qua ducimus **ϝουλ-ή οὐλ-ή* eodem modo, atque att. *βούλ-ο-μαι βουλ-ή*, cret. *βώλ-ο-μαι βωλ-ά* (Ahr. II 160), æol. *βόλλ-ο-μαι βόλλ-α* (Ahr. I 59) e figuris **βολ-νο-μαι* **βολ-νη* videntur exstitisse, cf. Curtius Etym. 502. — *οὐλή* apud Homerum non invenitur nisi in initio versuum τ 391, 393, 464.

*ϝουρανό-ς οὐρανό-ς coelum.

Sscr. *Varuṇa-s* n. pr. aquarum deus, occidentalis plagæ custos. — Curtius Etym. 326, Bopp Gl. — Annotandæ sunt variæ dialec-

torum græcarum figuræ: et **ὄρανος** (Ahr. I 101) et **ὤρανος** (Ahr. I 93) apud Lesbios in usu erat, apud Dorienses autem figura **ὠρανός** fuisse traditur (Ahr. II 162). Digammi nulla exstat memoria nisi in producta vocali initiali, de qua cf. Brugman, Curtii Stud. IV 135 sq.

οὐρανός. Nullus locus digamma postulat. Repugnant hi: *Α* 317, 497, *Β* 153, 458, *Γ* 3, *Δ* 44, *Ε* 749, 769, *Ζ* 128, *Θ* 16, 46, 68, [74,] 192, 364, 393, 394, 549, *Μ* 338, *Ξ* 60, 174, *Ο* 36, 192, *Π* 364, 777, *Ρ* 425, *Σ* 483, 485, *Τ* 128, 130, 362, *Φ* 199, 267, 388, *Χ* 318, *Ψ* 868, *Ω* 97, *α* 54, 67, *δ* 378, 400, 479, *ε* 169, 184, 294, 303, *ζ* 150, *η* 199, 209, *θ* 74, *ι* 20, 69, *λ* 17, 133, 316, *μ* 73, 315, 344, 381, 404, *ν* 269, *ξ* 302, *ο* 329, *ρ* 565, *τ* 40, 108, *υ* 113, *χ* 39, *ψ* 280. Ceteros locos missos facio.

οὐρανίων. Omnes loci consonam initialem aspernantur. Sunt hi: *Α* 570, *Ε* 373, 898, *Ρ* 195, *Φ* 275, 509, *Ω* 547, 612, *η* 242, *ι* 15, *ν* 41. — *οὐρανομήκης*. Nihil probat *ε* 239. — — Minora carmina homerica in hac quæstione omisi. Addo tantum obstantes locos h. XXXI 3, h. XXXII 3.

R. **ϝοχ ὀχ ὄχ-ος* vehiculum, currus, *ὀχ-έ-ω* porto, fero, *ὀχέ-ο-μαι* vehor, *ὀχετ-ηγό-ς* qui cursum aquæ ducit, — *ὀχ-λέ-ω, ὀχ-λ-ίζ-ω* moveo, molior, — *ὄχ-θ-η* tumulus, ripa, *ὀχ-θ-έ-ω* gravor, indignor.

Sscr. r. *vah vah-â-mi* traho, veho, *vâha-s, vâh-ana-m* equus, currus, *vâh-asa-s* aquæ ductus; — lat. *veh-o, vehe-s, (vi-a, vex-o)*; — got. *ga-vig-an, vag-jan σαλεύειν, vêg-s σεισμός, κλύδων* (tempestas), pl. *κύματα, (vig-s* via). — Curtius Etym. 181, Bopp Gl., Meyer goth. Spr. 365, Fick 177, 187. — Ad radicem *σεχ ἔχ-ω* 'teneo' referenda sunt *ὄχο-ς* 'tenax: conservator' *ε* 404 et *ὀχ-εύ-ς* 'retinaculum: lorum, fibulæ cinguli, pessulus'. De illa radice ab hac seiungenda atque de transitionibus significationum eius, de qua agimus, radicis disputat Curtius. Græcum verbum *ὄχε-τλο-ν* optime respondet sanscrito *vahi-tra-m* 'navis' et latino *vehi-culu-m*, quod pro **vehe-tlo-m* esse ostendit Bugge, Kuhn's Zschr. XX 142. — Iam antiquitus in his vocibus digamma videtur evanuisse. Dubium digammi huius radicis testimonium affert gl. Hesych. *γόλανα· ἀγκύλη. ἀντιλαβεύς*, quam in *γοχάνα* mutatam vult Ahrens II 55, quum explicatio alio glossam trahere videatur. Atque haud scio an eodem modo se habeant et vocabulum *συν-εοχ-μό-ς* 'cohærentia' *Ξ* 465 et gl. Hesych. *ἐεχμένη· συνεχομένη*, quas voces cum radice *σεχ ἐχ* 'tenere' potius quam,

ut vult Curtius, cum hac radice **Foχ* *ὀχ* coniungendas esse ducimus. Forsitan etiam ita præfixa vocalis iustam accipiat excusationem. Aliter Thes. L. Gr. III 2632, ubi *ἐεχμένη* dicitur 'pleonasmum *τοῦ* *ἐ* habere' et confertur cum figura *ἐέσχατος* (Suidas et Zonaras), cf. Curtius Etym. 529 fin. — Quum nulla in græca lingua huius radicis figura vocalem, quæ græcoitalica videtur fuisse *ε*, retinuerit, radicem græcam **Foχ* *ὀχ*, non **Fεχ* *ἐχ* scripsi. — *ὄχθη* sine dubio ad hanc radicem referendum est, quum significat aliquid, quod sursum subvehitur seu tollitur, atque conferatur lat. *tum-ulu-s* a verbo *tum-e-o*. In verbo *ὀχθέω* tertiam significationem Curtianam agnoscimus.

Iam homericis temporibus hæc verba digamma prorsus abiecisse e carminibus apparet, quum nullus locus consonam initialem requirat, plurimi autem eam non admittant.

ὄχος. Antecedit *ν ἐφ.* nom. *Θ* 290, *Λ* 699, præpositio *ἐξ* *Γ* 29, *Δ* 419, *E* 47, 294, 369, *Θ* 50, 122, 314, *Λ* 211, 621, *M* 81, *N* 35, 749, *O* 452, *Π* 379, 426, *P* 619, *Y* 487, longæ syllabæ in consonas exeuntes *Δ* 306, *E* 221, *Θ* 105, *Λ* 512, 517, *Σ* 224, 231. — Repugnant vero digammo hi loci: *Δ* 297, *E* 28, 107, 219, 722, 745, 794, *Θ* 41, 136, 389, 565, *I* 384, *K* 403, *Λ* 160, *M* 91, 114, 119, *N* 23, *O* 3, 453, *Π* 811, *X* 22, *Ψ* 7, 130, 518, *δ* 533. — In hymnis obstant h. II 56, h. V 377. Mitto h. V 19.

ὀχέω excipit *ν ἐφ.* nom. *Ω* 731, *ε* 54, literam parag. pron. *ἐγών* *λ* 619, longas syllabas in consonas exeuntes *α* 297, *φ* 302. — Obstant *K* 403, *P* 77, *η* 211.

ὀχετηγός vocem *ἀνήρ* subsequitur *Φ* 257.

ὀχλέω est in initio versus *Φ* 261. — *ὀχλίζω*: consonam initialem respuunt *M* 448, *ι* 242. Accedunt *Ω* 567 et *ψ* 188, ubi est duplicatum *μετ-οχλίσσειε(ν)*.

ὄχθη excipit *ν ἐφ.* verb. *Φ* 171 et est in initio versuum *Λ* 499, *Φ* 10. — Reliqui loci consonam initialem aspernantur: *Δ* 475, 487, *Z* 34, *M* 313, *Ξ* 445, *O* 356, *Σ* 533, *Φ* 17, 172, 337.

ὀχθέω. *ὀχθήσας* est in initio versuum *Λ* 403, *P* 90, *Σ* 5, *Y* 343, *Φ* 53, 552, *X* 98, *Ψ* 143, *ε* 298, 355, 407, 464, *ψ* 182; tum eandem versus sedem obtinet *ὤχθησαν* *Λ* 570, *O* 101. — In omnibus, qui restant, locis legitur *μέγ' ὀχθήσας*; sunt illi hi: *Λ* 517, *Δ* 30, *H* 454, *Θ* 208, *O* 184, *Π* 48, *P* 18, *Σ* 97, *T* 419, *X* 14, *δ* 30, 332, *ο* 325, *φ* 248.

****Fῶνο-ς* *ὦνο-ς* pretium rei venalis, *(F)ὠνη-τό-ς* emptus.**

Sscr. *vasna-s* pretium rei venalis, *vasna-m* merces pro re conducta, 'hyra'; — lat. *vênu-m*, *vên-do*, *vên-eo*. — Curtius Etym. 300, Fick 187. — Dubitari potest, utrum producta vocalis ω digammo debeatur an sibilanti consonæ, quam in antiquiore huius verbi figura fuisse e sanscrita lingua cognovimus. Reperimus enim in ionica dialecto digamma initiale sequentem vocalem ο non solum in ου produxisse, ut in verbis *οὐλαμός οὖλος* 'lanuginosus' *οὐρανός οὖρος* 'custos' *οὐτάζω*, sed nonnumquam etiam in ω, ut ostendunt verba *ὠθέω ὠτειλή*. Sed veri simile videtur e figura græcoitalica *vasno-* in utraque lingua productam vocalem ex lege productionis suppletoriæ exstitisse. Constat enim lat. verbum *vênu-m* ex antiquiore figura **vesnu-* esse ortum, collatis *pô-no* pro **pos-no*, *cê-na* umbr. *ces-na*, *ahê-n-eu-s* umbr. *ahes-ne-s* al., cf. Corssen Beitr. 432, Ausspr. I 280. Neque profecto a græca lingua hoc productionis suppletoriæ genus est alienum; abundant exempla, quamquam prorsus simile verbum eruere non possumus. Conferamus tamen: herod. *εἵνυμι* pro *ἕννυμι* ex **Ϝεσ-νυ-μι*, ion. att. *ἡμεῖς*, dor. boeot. *ἁμές*, lesb. *ἄμμες*, quas figuras ab **ἄσμες* profectas esse e sscr. *asmê* apparet, et mutato ordine consonarum ion. att. *ἔφηνα* dor. *ἔφᾱνα* lesb. *ἔφαννα* ex **ἔφανσα*, ion. att. *ὦμο-ς* ex **ὀμσο-ς* coll. sscr. *ąsa-s*, got. *amsa*, lat. (interiecta vocali) *um-e-ru-s*. Cf. Brugman, Curtii Stud. IV 90 sqq. Temere Meyer vgl. Gram. I 307 et Brugman ib. 175 figuram **Ϝῶνος* fuisse negarunt, quod apud Homerum nulla sint consonæ spirantis vestigia. Quod addit Brugman se ex **(Ϝ)όσνος* apud Iones ortum exspectavisse **οὖνος*, conferatur ion. att. *ὦμος*, de quo supra diximus. — Solum digammi in hac stirpe vestigium exstat in figuris augmento syllabico instructis *ἐ-ωνούμην ἐ-ώνημαι ἐ-ωνήθην ἐ-ωνησάμην*.

ὦνος est in initio versus ο 463. — Reliqui loci consonam initialem non admittunt: Φ 41, Ψ 746, ξ 297, ο 388, 429, 445, 452. — — Nihil probat ep. XIV 4.

ὠνητός excipit particulam *δέ* elisione minutam ξ 202.

Cap. II.

De vocibus a palatali spirante ante vocales olim incipientibus.

Ne digamma carminibus homericis attribueretur, primo multi se opposuerunt, quod hæc æolica scilicet consona nihil ad homericam linguam attineret. Hoc quidem nunc aliter iudicatur, quum demonstratum sit digamma non æolicæ solum dialecti ac laconicæ fuisse proprium sed universæ linguæ græcæ antiquiori commune. Quod si contendimus etiam iota consonam 'jod', quam palatalem spirantem docti viri dicunt, in carminibus homericis componendis viguisse, fortasse nonnulli putabunt nos consonam a græca lingua prorsus alienam ad Homerum delegare. Est quidem, ut hæc spirans nusquam ab antiquis grammaticis commemorata in nulla dialecto scripta exstet, atque etiam ne notam quidem inter literas græcas accepisse videatur, quam ob causam haud multum abest, quin negari posse videatur eam græcæ linguæ umquam fuisse. Sed hinc id tantum efficitur, iam tum hanc consonam omnino in græca lingua fuisse obsoletam, quum primum literis lingua constitueretur, et si — id quod rationibus haud levibus allatis veri simillimum fit — in hac vel illa dialecto græca in vulgari sermone hic consonæ sonus retineretur, eos, qui verba vernacula sonumque istum literis vellent mandare, nota apta destituti ad alias adhibendas notas confugisse.

Ac non solum in græcoitalica lingua, quæ appellatur, fuisse hanc, de qua diximus, consonam ex eo apparet, quod in italicis dialectis est servata, sed etiam in ipsa græca lingua antiquiore per haud breve temporis spatium eam viguisse ex eo certissime efficitur, quod in aliis dialectis græcis aliis modis mutata est hæc consona. Quod quidem fieri non potuisset, nisi primo sono servato veræ consonæ vices antiquissimis illis temporibus sustinuisset. Hanc doctrinam, quam subtilissimis allatis rationibus uberrime exposuerunt docti viri, liceat mihi paucis verbis illustrare. Constat igitur consonas *δj* in attica lingua in duplicem consonam vel consonarum *dz* diphthongum *ζ* transire, in boeotica autem dialecto ac laconica, ubi sint in initio vocum, abiecta palatali consona solam dentalem servari, et in mediis vocibus assimilata dentali consonæ spirante palatali sæpissime in earum locum succedere consonas *δδ*, ut figura **Δjεv-ς* (sscr. *djâu-s*) fit att. *Ζεύ-ς*, boeot. et lacon. *Δεύ-ς*, tum att. *ὄζ-ω*, boeot. et (auctore Eustathio) dor. *ὄδ-δω* utrumque e figura **ὄδ-jω* pro

*ῥέγ-jω orta sunt. Ratione attico mori consimili in lesbiaco-æolica dialecto duplex hæc consona ζ literis δι in communi græca lingua servatis respondet, velut ζὰ νυκτός, ζάβατος al., quæ immutatio nonnumquam in atticam linguam irrepsit (ζά-πεδον Xenophanes, ζα-πληθής Æschylus al.). Tum notissimum est et figuram att. ζυγό-ν et boeot. δυγό-ν a figura quadam *δjυγό-ν (fort. i. q. δυογό-ν Plato, Curtius Etym. 559) pro *jυγό-ν (cf. lat. *jugu-m*, sscr. *juga-m*) ducendas esse: eadem via att. ζώ-νη ζῶ-μα ζω-σ-τήρ et lacon. δω-μό-ς a radice *δjω *jω (slav. *jas* Curtius 573) profecta sunt. Quin etiam e contrario dentalis consona δ nonnumquam videtur sonum spirantis palatalis progenerasse sibique adiunxisse, e qua consonarum coniunctione tum duplex consona ζ evasit, tum ubi obsoleta est primum dentalis consona inde etiam palatalis, vel sola palatalis vel nulla omnino restabat consona. Certissimum huius immutationis testimonium est δορκάς vel δόρξ (Nicander Ther. 42), quæ vox has figuras præbet: ζορκάς (pro *δjορκάς, Herod. δ' 192) et ζόρξ (pro *δjόρξ, Callim. h. in Dian. 97, Hesych. al.) tum ἴορκες (pro *jόρκες Hesych.), denique ὀρχάς (Cyrill.). Postremo quum æol. κέννος ion. κεινός κενεός att. κενός ad figuram *κενjο-ς (sscr. *çûnja-s* pro *çvanja-s inanis) referenda sint, æol. κτέννω att. κτείνω ad *κτεν-jω, att. poet. στερρός att. vulg. στερεός ion. fem. στεῖρα ad figuram *στερjο-ς (ved. acc. *starja-m*), æol. φθέρρω att. φθείρω ad *φθερ-jω, e variis his consonæ *j* immutationibus, quæ ceterum plurimis confirmantur verbis, gravissimum argumentum repetimus, quo illam consonam in antiquiore græca lingua viguisse plurimumque ad hanc linguam conformandam valuisse contendamus. Difficile sæpe est, utra antiquior sit vis consonæ *j* vel ϝ an vocalis ι vel υ, statuere, sed quum in proximis vocabulis primum sonum consonæ esse sanscritis figuris coniiciendum videatur neque æol. κέννος nisi per figuram *κενjο-ς exstitisse existimandum sit, non intellego cur Curtius Etym. 616 figuram græcam antiquissimam *κενιος fuisse putet. Ita ambages quæruntur, et p. 201 figuram *στερjο-ς ipse assumpsit. Quod vocalis ι nonnumquam in consonam *j* transit, ut in verbis πέρροχος περρέχειν pro περίοχος περιέχειν, hoc volubilitatem vocalis soni apud Æoles indicat, sed nequaquam efficit consonam *j* ubique e vocali exstitisse.

Iam vero ne posterioribus quidem temporibus sonus spirantis palatalis prorsus videtur e græca lingua evanuisse. Occurrunt enim in hac vel illa dialecto singulares vocum græcarum figuræ, quæ literas — γ ι ϝ — præbeant in eo ipso vocum loco scriptas, ubi vel ex aliis græcis figuris comparatis vel e cognatis linguis constat iota

sive vocalem sive consonam adhæsisse et veri simillimum est spirantem palatalem potius quam eam, quæ scripta est, literam esse pronuntiatam. Igitur quum cypr. *θέαγον* = ion. *θεήιον* et *ἄγουρος* (η 64 Aristophanes auctore Bekkero) = *ἄωρος* (cf. zend. *yâre*, got. *jêr*) nobis sunt tradita, nequaquam sonum palatalis spirantis in mediam gutturalem esse immutatum ducimus, quæ immutatio a græca lingua plane est aliena, sed illum sonum etiam tum vigentem per hanc consonam, quam nonnumquam in tenuem quandam debilemque vim abiisse e boeot. *ἰών ἰώ* pro *ἐγών ἐγώ* (Ahr. I 206) intellegimus, esse redditum. — Spirantem palatalem in initio vocum græcarum — de alienis nominibus propriis non quæro — in vocalem *ι* transiisse nullo verbo demonstratum est. De figura *ἰέναι* infra dicam. Quam ob causam haud scio an Hesych. *ἴορκες* sit pro **jόρκες* accipiendum. — Tum de figuris *Τλασίαϝο* et *ϝότι* in titulis traditis veri simillima est sententia Curtii, qui Etym. 368, 553 putat digamma hic, ut sonus spirantis palatalis indicaretur, esse per ignorantiam vel negligentiam sculptoris adhibitum. Apparet sonos utriusque huius spirantis prope evanescentis satis debiles tenuesque fuisse ideoque perfacile inter se confusos. — Accedit quod etiam in neogræca lingua plurima et digammi et palatalis spirantis vestigia conspiciuntur, unde coniiciendum est sonum huius spirantis nequaquam in dialectis græcis prorsus evanuisse (Curtius Etym. 553).

Vidimus igitur tantum afuisse, ut hic palatalis spirantis sonus a natura atque indole græcæ linguæ abhorreret, ut concedendum sit plurimum eum valuisse maximumque ad hanc linguam conformandam habuisse momentum. Ac si quando in usu fuit hæc consona, quæritur quam diu vel ad quam græcæ linguæ ætatem viguerit. Estne veri simile eam homericis temporibus etiam tum viguisse?

E neglectis productionibus hiatibusque illicitis, qui ante ea sunt vocabula, quæ a digammo olim incepisse satis constat, coniecimus hanc consonam in illis vocabulis in carminibus componendis nondum esse exstinctam. Atqui in aliis quoque vocibus eædem salebræ metricæ occurrunt et quidem in iis, quas non a digammo sed a palatali spirante incepisse vel e cognatarum linguarum comparatione vel ex iis legibus, e quibus græcam linguam natam esse videmus, pro certo statuimus. Quæ salebræ quum illis, quas ante digammata verba esse diximus, sint simillimæ, sine dubio consimili ratione summovendæ sunt. Huc accedit ut in mediis vocibus iota vocalis nonnumquam ita proferenda sit, ut cum sequenti vocali per durissimam synizesin coniuncta accipiatur vel quodam modo eiecta

esse putetur vel in consonæ vim sonumque sumatur abiisse. Quæ quum ita sint, non dubitamus in eorum sententiam transire, qui hanc quoque spirantem carminibus homericis tribuendam censent.

Antequam ad ipsam rem, quam in hoc capite tractandam nobis proposuimus, transeamus, primum de iota, quod in mediis vocibus scriptum nullam efficit syllabam, quæramus. Tum de iis vocibus, quarum in initio palatalis spirans in homericis carminibus condendis etiam tum videatur viguisse, disserendum est nobis; postremo eas voces breviter enumerabimus, in quibus huius consonæ nulla exstent vestigia.

Prima igitur quæstio nobis erit de iota in mediis vocibus scripto. Quam in duo genera distribuimus. Unum genus eorum est verborum, in quibus literam iota antecedant longæ syllabæ. Ac primum quidem de iis agam, ubi longa hæc syllaba consonante litera clauditur. Huc pertinent:

Αἰγυπτίη *δ* 229, *Αἰγυπτίων* *ξ* 263, *ϱ* 432, *Αἰγυπτίης* *δ* 127, *Αἰγυπτίους* *δ* 83, *ξ* 286, *Αἰγυπτίας* *I* 382: his omnibus locis pro tribus longis syllabis valet hoc nomen, ut apparet e versu

δ 229 *Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα,*

Ἱστίαιαν in versu

B 537 *Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν*

Addo *μειδιάσας* batr. 56. Aliter se habet *Αἰγύπτιος* (— — ⏑ ⏑) *β* 15, *δ* 385. Thiersch Gram. § 146 8 inter hæc verba retulit *σχετλίη* *Γ* 414, ut sit illud pro duabus longis syllabis legendum. Veri similior tamen ea explicandi ratio videtur, ex qua consonas mutam liquidamque vocalem antecedentem non produxisse putemus, cuius rei non sane desunt exempla. Hanc sententiam amplexi sunt Bekker hom. Bl. 35, O. Meyer quæst. hom. 34, La Roche Unters. 4.

Iam, ut ad verba illa supra allata redeamus, tres interpretandi modos ea videntur habere. Westphal Metrik d. Griech. II 79 antiquis quibusdam grammaticis præeuntibus vocales *υ* et *ι*, quæ in vocibus *Αἰγυπτίη* *Ἱστίαιαν* coniunctas consonas *πτ* et *στ* antecedunt, correptas esse putat. Durissima hæc est explicatio, cui nihil potest e carminibus homericis simile erui. Nam quod sunt *ἠδὲ Σκάμανδρος* *E* 774, *ὑλήεσσα Ζάκυνθος* *ι* 24 aliaque eiusdem generis (La Roche Unters. 42), ibi sibilans litera cum muta coniuncta, non duæ mutæ ut sunt in *Αἰγυπτίη*, vocalem correptam esse sinunt. Atque haud scio an auctoribus libris haud paucis ac schol. A ad *A* 1 et collatis verbis *κεδασθέντες* *B* 398, *δαφοινός* *B* 308 sim.

sumendæ sint figuræ *Κάμανδρος Δάκυνθος*, cf. La Roche Unters. 43, Curtius Etym. 564. — Aliter rem interpretantur Spitzner vers. her. 187, Thiersch Gram. § 149 3, Kühner Ausf. Gram. I 180. Hi docti viri iota cum sequenti vocali diphthongove per synizesin coniunctum itaque proferendum esse censent. Sed valde insolens eiusmodi synizesis — *ια ιη ιω ιῃ ιου ιαι* — est, ac nescio an prorsus sit ex homerico dicendi genere summovenda. Mitto *ἱερεύουσ'* ξ 94, quum et codices complures et Eustathius et loci ipsi homerici ρ 181, τ 198, υ 3, 251 *'Ιρεύουσ'* probent; atque hanc lectionem receperunt Bekker Dindorf Ameis La Roche. In verbo *δακρύοισι* σ 173 nulla est synizesis, quum α ante consonas mutam liquidamque corripitur, ut τ 122 *φῇ δὲ δακρυπλώειν*, cf. La Roche Unters. 8. Et in clausula versuum *B* 651, *H* 166 al. *'Ενυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ* potius ῳ et ἀ per synizesin proferenda videntur quam *να*, collatis locis ρ 375 *ὦ ἀρίγνωτε συβῶτα* (cf. La Roche Unters. 5) et *P* 89 *ἀσβέστῳ· οὐδ' υἱὸν λάθεν κτλ.*, ubi tamen coniectura est Barnesii *υἷα λάθ'* Bekkero probata. Difficilius est de verbis *πόλιος πόλιας* (*ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλιος αἰπεῖα κολώνη* *B* 811, *προπάροιθε πόλιος κατεναντίον ἔλθω* *Φ* 567, *καὶ πάντων ἴσασι πόλιας καὶ πίονας ἀγρούς* ϑ 560, *αὐτούς τε πόλιάς τ' εὖ ναιεταώσας* ϑ 574) quid statuendum sit diiudicare. Heyne ad *B* 811 postquam varias lectiones *πόλιος πόληος πόλεος* e codicibus antiquisque editionibus protulit, ultimam præferendam censet. Quem impugnat Spitzner, quod "inutili genitivo *πόλεος* Homeri sermonem auctum voluerit": addit illum, *πολέος* intellegit, ad adi. *πολύς* referendum esse. Quum vero in carminibus homericis et figura *πτόλεϊ* nobis tradita est *P* 152, *Ω* 707, ubi versu ipso satis defenditur, et *πόλει* *Z* 317 al., *πόλεις* *B* 648 al., tum figuræ *πόληι* *Γ* 50, *πόληος* frequentissime ut ζ 40, *πόληες* *Δ* 45 al., *πόληας* ρ 486 occurrunt, non video cur non illam quoque *πόλεος* homerico sermoni attribuamus. Accedit quod *Δ* 308 figuram *πόλεας* pro *πόλιας* et codices nonnulli habent et Herodianus Ptolemæus Aristarchus tenent, cf. Heyne et Spitzner ad h. l. Ac si hanc lectionem *πόλεος* *B* 811 et *Φ* 567 accipimus, offendere non debet synizesis vocalium *εο*, quum et hæ vocales alias sæpissime confluant et conferri possit figura attica *πόλεως*. Quod si quis hanc figuram non agnoscit, facilius sine dubio usitata figura *πόληος* per synizesin legitur quam illa *πόλιος*, cf. *οὐκ ὄγχνη*, *οὐ* ω 247 et fort. *ἧος* (pro *ἕως*) β 148 al., *τῆος* (pro *τέως*) κ 348 al. Iam vero quod ad alteram figuram accus. *πόλιας* attinet, facile caremus et varia lectione ad ϑ 574 *πόλεις* et coniectura Bekkeri *πόλις*, quum e

vulgata *πόλιας* per synizesin prolata herodotea *πόλις* exstitisse putanda sit. Conf. Buttmann Sprachl. § 51 Anm. 5 annot. At si durior videtur in iis, de quibus diximus, verbis synizesis vel mea quidem sententia potius summovenda, eam, quæ est in *Αἰγυπτίῃ Ἱστίαιαν*, ne ferendam quidem esse censeo. Est enim synizesis primus ad contractionem gradus vel pro eo contractionis genere accipienda, quod auribus quidem intellegatur, oculis non cernatur. Qua re imprimis in terminationibus nominum verborumque locum habet, ubi postea firma subsistebat contractio. Neque in illis vocibus contractionem quandam vocalium *ιη ιου ιαι* cet., quod contractionis genus prorsus a græca lingua abhorret, possumus agnoscere. — Quæ quum ita sint, ad tertiam interpretandi rationem confugiendum videtur, eam dico, ex qua vocalem *ι* in his vocibus in consonam *j* abiisse putamus, ut pronuntiandæ sint *Αἰγύπτjῃ Αἰγύπτjων Ἱστjαιαν*. Hanc sententiam profitentur Savelsberg dig. 3, O. Meyer quæst. 33[1]: dubitat Ameis ad *δ* 83.

Huic loco occurrere solent docti eruditique viri dicentes, quum poetæ necesse esset hæc nomina versui includere neque ea omnino possent metro heroico aptari, fieri non potuisse, quin versus claudus vel mancus exsisteret: *ὁ ποιητής* — inquit grammaticus quidam Bekk. Anecd. 1176 (La Roche Unters. 44) — *κατεφρόνησε τὸ χρειῶδες τοῦ μέτρου διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς ἐννοίας*. Ad hæc id tantum habeo quod respondeam, versum aliquo modo recitandum esse, neque facile crediderim eum, etsi scriptus offendit, etiam in recitando saltasse. Satis constat apud latinos poetas nonnumquam eodem modo proferenda esse verba, in quibus soluta oratio vocalem *i* servat, ut versus bene fluat: velut abjete pro abiete Verg. Æn. II 16, parjetibus ib. 442, consiljum Hor. carm. III 4, 41; qua de re disserit Corssen Ausspr. II 754.

At — dicat quispiam — etiam attici poetæ hic illic verba sic versui inserunt, ut *ι*, quod in mediis illis verbis est, nullam sylla-

---

[1]) Etiam figuram *πόλιος* eodem modo explicantem hunc virum fugit quod nova addita consona prior syllaba producitur. Ex eadem causa etiam Autenrieth (Ameis *ϑ* 560 Zusätse) operam perdidit. Schmidt Griechische Metrik (Leipzig 1872) p. 124 contendit brevem syllabam ante mutum iota, quod vocatur, apud atticos poetas brevem remanere. Quod si ita est, hoc lenissimum esse huius literæ — sive vocalis sive potius consonæ — sonum demonstrat vel leniorem seu magis tenuem quam qui, si proferatur audiaturque, aliquam moram recitanti admoveat, qualem sonum apud Homerum non possumus agnoscere, quum hæc verbi *πόλιος* quæstio alia ratione explicari possit et palatalis spirantis veræ consonæ vestigia alia appareant eaque certissima.

bam efficiat[1]. Ita quidem, sed etiam in his verbis iota vocalis pro consona videtur esse proferenda. Quod a natura græcæ linguæ posterioris prorsus abhorruisse non debemus existimare, quum æol. *κάρζα* pro *καρδία* et ipsæ atticæ figuræ *ζα-πληθής* (Aeschylus), *ζά-πυρος* (idem), *ζά-χρυσος* (Euripides) satis demonstrent, vocalem *ι* haud difficulter consonæ vim quandam potestatemque sibi ascivisse, neque omnino in dialectis prorsus desint vestigia, quibus ducti sumamus sonum spirantis palatalis etiam per recentiores ætates quamvis raro obtinuisse.

Sequitur ut de iis verbis disseram, in quibus iota otiosum, ut ita dicam, in mediis vocibus scriptum antecedat longa vocalis. Sunt hæc verba locique:

δηίοιο[2] (— — ⏑) *B* 415, *Z* 331, *Θ* 181, *Λ* 667, *Π* 127,
δηίῳ (— —) *H* 241,
δήιον πῦρ (— ́ —) *I* 347, 674,
δηίων (— —) *B* 544, *M* 57, *O* 533,
δηίοισι (— — ⏑) *Δ* 373, *I* 317, *P* 148,
δηίους (— —) *K* 358,
ἦια (— ⏓) *ε* 266, *ι* 212,
ἠίων (— —) *ε* 368.

Alia est ratio earum formarum vel locorum, in quibus syllaba iota excipiens corripitur: *δήιον ἄνδρα* *Z* 481, *X* 84, *δήιον ἐς πόλεμον* *Δ* 281, *ἦια πάντα* *δ* 363, *μ* 329; tum *ἦϊα* (producta in thesi vocali *ι*) est *N* 103, *β* 289, 410. Utrumque admittit *δηίου ἐκ πολέμου* *H* 119, 174, *P* 189, cf. Hoffmann § 48 3.

Spitzner Pros. § 6 5 *d* putat longam vocalem *η* ante insequentem vocalem *ι* correptam esse. Item Pierron ad *B* 544, Kühner Ausf. Gram. I 241. De diphthongis *αι οι* al. in mediis verbis ante vocales correptis infra dicemus. Longas vocales vero in hac sede correptas apud alios poetas paucissimas invenimus, nullas credo apud Homerum. Nam quod est *Λ* 380 *βέβληαι, οὐδ' ἅλιον κτλ.*, ibi synizesin inesse puto non vocalium *ηαι*, quæ durior videtur nihilque subsidii e loco Hesiod. Op. 647, ut nunc legitur, recipit, sed diphthongorum *αι οὐ*. Constat enim diphthongum *αι* et alias

[1]) Exempla huius rei certissima collegit Květala, Beiträge zur Kritik u. Erklärung d. Sophokles (Sitzungsberichte d. kaiserl. Akademie d. Wissensch., Philos. hist. Classe, XLIX B. 1865 Wien) p. 513.

[2]) Ita Bekker Ameis Koch; *δηϊοιο* Wolf Heyne Spitzner Dindorf Pierron. Causam huius scripturæ non video. Supervacaneum videtur ita distinguere, quum diphthongus quædam *ηι* scripta in græca lingua non inveniatur.

haud raro elisione summoveri et, ubi est terminatio sec. pers. passivi sive præs. temp. sive perf., *O* 245 *ἧσ' ὀλιγηπελέων*. Quod si est ubi elisione sommoveatur hæc diphthongi *αι* terminatio, facile adducimur ut credamus hanc diphthongum ante vocalem insequentis verbi debilitata cum illa vocali in unum sonum confluxisse. Nihil obstat interpunctio, cf. *ω* 247, *P* 89 al. Alter est locus *ζ* 303 *ἥρωος. ἀλλ' κτλ.* Sed et codicum complurium scriptura *ἥρως* commotus et eo, quod similes vocales facilius confluere videntur, ut demonstrant loci *Σ* 458 *υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ* (ubi tamen varia est lectio, cf. Spitzner ad h. l.) et *α* 226 *εἰλαπίνη ἠὲ γάμος,* non dubito quin illic quoque synizesis, non longæ vocalis correptio, statuenda sit. — Alia est interpretatio Thierschii Gram. § 149 4, quem sequitur Kühner Ausf. Gram. I 180. Putat enim vocales *ηι* synizesi coniungendas esse, sed simile quid neque prolatum est neque credo potest proferri, nisi hoc ita acceptum voluerunt illi docti viri, ut *δηίοιο* nihil aliud esset nisi *δῄοιο,* quod contendit La Roche Unters. 215. Atque pro *ἤια ε* 266, *ι* 212, quam scripturam omnes codices (excepto fortasse Stuttgartensi ad posteriorem locum, cuius mentionem omisit La Roche) tenent, Dindorf Bekker Ameis *ᾖα* scribunt. Sed quum temerarium videatur scripturam *δηίοιο ἤια* sim. codicum auctoritate firmissime stabilitam mutare, aut hanc scripturam *ηι* pro vetusta diphthongi *ῃ* scribendæ ratione habeamus aut novam interpretandi viam ingredientes iota hic quoque consonæ vices sustinere censeamus. Quæ sententia sine dubio doctis viris minus probata forsitan in eo causam quandam inveniat, quod voci *δήιος* auctore Prisciano Inst. I 17 H. olim figura *δάϝιος* fuit, cuius si apud Homerum servata est memoria, **δῄ(ϝ)ϳοιο* proferendum est.

Iam ad alteram huius quæstionis partem transeamus. Hæc illo genere iota literæ in mediis verbis scriptæ continetur, in quo iota cum antecedente vocali in diphthongum coniunctum vidimus, quam diphthongum pro brevi syllaba accipiamus cogente metro necesse est. Huius generis hæc habemus:

υἱός (⏑ ⏑ l. ⏑ —)

Δ 473 *Ἀνθεμίωνος υἱὸν Τελαμ.*	*I* 84 *Κρείοντος υἱὸν Λυκ.*
E 612 *Σελάγου υἱόν, ὅς*	*P* 575 *Ποδῆς, υἱὸς Ἠετίωνος,*
Z 130 *Δρύαντος υἱὸς κρατερός*	590 *Ποδῆν, υἱὸν Ἠετίωνος,*
H 47 *Ἕκτορ, υἱὲ Πριάμοιο*	*λ* 270 *Ἀμφιτρύωνος υἱὸς μένος*

Locus *H* 47 recurrit *Λ* 200, *O* 244. De iis, qui sequuntur, locis ambigitur:

Α 489 *Πηλῆος*[1] *υἱός, πόδας* *Π* 21 *Πηλῆος*[1] *υἱὲ μέγα*
Β 566 *Μηκιστῆος*[1] *υἱὸς Ταλ.*
Locus *Β* 566 repetitur *Ψ* 678, *Π* 21 autem *Τ* 216 et *λ* 478.

οἷος (◡ ◡)
Ν 275 *οἶδ' ἀρετὴν οἷός ἐσσι* *η* 312 *τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι*
Σ 105 *τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις* *υ* 89 *τοῖος ἐὼν οἷος ἦεν*

ἔμπαιος (— ◡ ◡)
υ 379 *ἔμπαιον οὐδὲ βίης*

χαμαιεῦναι (◡ ◡ — —) *Π* 235
χαμαιευνάδες (◡ ◡ — ◡ ◡) *κ* 243, *ξ* 15.

Contra est *κακῶν ἔμπαιος ἀλήτης* *φ* 400. Supersedemus afferre locos, ubi *υἱός* et *οἷος* primis syllabis longis utuntur. Minus momenti tribuendum est duplicatis verbis *χαμαιεῦναι χαμαιευνάδες*, quum in ipsa verborum commissura fiat correptio. Primo putavi pro singulis bina verba esse scribenda, ut tres præbent codices, quod tamen nunc omitto. At vero melius sine dubio Spitzner Bekker Ameis al. scribunt *ἐπεὶ ἤ* *Α* 156, 169 al. quam Dindorf Pierron *ἐπειή*, cf. La Roche Textkr. 267, Ameis ad *ι* 276 Anhang.

Qua tandem ratione has diphthongos, quæ in verbis supra allatis insunt, correptas esse putemus? Per synizesin proferenda esse verba *οἷος* et *ἔμπαιον* coniicit Thiersch Gram. § 149 4. At nihil ad hanc rem demonstrandam e loco *ξ* 222 *τοῖος ἔα ἐν πολέμῳ* potest repeti, cf. Ameis ad h. l. Mirum videatur illud *υἱος*. Atque aliam interpretandi viam idem vir doctus Gram. § 168 13 ingrediens censet diphthongos *υι οι αι* in his mediis vocibus ante insequentes vocales esse correptas. Hac ratione apud atticos poetas diphthongos in mediis vocibus nonnumquam corripi satis constat; cui rei iam dudum cognitæ probatæque rationis quasi fundamenta subiicit Curtius, Curtii Stud. I 2 285. Potest quidem esse, ut hæc diphthongorum in mediis verbis correptio etiam homerica sit: id negare neque possum neque volo, sed, si dixerit poeta *ὑός ἔμπαος* sim., exspectaveris has figuras a recitatoribus esse retentas atque inde literis mandatas, præsertim quum et *ὑός* alibi et in titulis et in codicibus haud raro inveniatur (cf. Lobeck Path. I 136) et in carminibus homericis figuræ, in quibus imminutam diphthongum conspiciamus, nobis occurrant a communi græco sermone fere alienæ,

[1]) Ita legunt Bekker Ameis Koch, *Πηλέος* vero et *Μηκιστέος* Heyne Spitzner Dindorf La Roche Pierron. Dubitat Thiersch Gram. § 194 46 b. Etiam his locis expulsis ceteri manent atque illis hi satis sustinentur, si quidem codicum utuntur auctoritate. Contra *Πηλέος υἱέ, χόλῳ* *Π* 202.

ut *βαθέης* *E* 142, *βαθέην* *Π* 766, sed item *βαθείης*, *βαθεῖαν*. Atque haud scio an alia quadam via hæ diphthongi, quæ in mediis verbis ante vocales sunt, detrimentum quoddam accipiant, ea dico, qua vocalis *ι* mollius tenuiusque prolata in consonæ sonum transgressa sit. Quam immutationem exemplis demonstrare etsi non possum, veri similius tamen videtur voces *υἱός* *οἷος* *ἔμπαιον* illis, quos attuli, locis hac ratione correptas accepisse syllabas quam elisione quadam vocalis iota facta. Accedit quod aliis ex rationibus satis constat palatalem spirantem in condendis carminibus viguisse quum ex iis, quas supra attulimus, tum ex aliis, ad quas exponendas iam aggredimur.

Iam ad eam huius disputationis partem venimus, ubi enarrandæ sunt nobis eæ voces, quæ a palatali spirante in antiquiore lingua græca incipientes hanc consonam in carminibus homericis condendis videntur conservasse.

R. *je* aor. **jῆ-κ-α* *ἧ-κ-α* misi, jeci, **jί-jε-μαι* *ἵ-ε-μαι* contendo, studeo, cupio. — *(j)εἴ-σ-ο-μαι* *(j)εἰ-σ-ά-μην* ibo ivi.

Sscr. *jâ-mi* eo, proficiscor, caus. *jâ-pajâ-mi* facio ut quis abeat, removeo; — gr. *ἵ-η-μι* (pro **jί-jη-μι*) mitto, jacio; — lat. *ja-c-io.* — Bopp Gl., Westergaard Rad. 15, Curtius Etym. 373.

Hæc verba contra Curtium a rad. *i* sscr. *ê-mi*, gr. *εἶ-μι*, lat. *e-o (i-mus)* seiungo, non quia prorsus sint ab ea aliena, sed intra græcæ linguæ ætates nullum inter radices illas *i* *ι* et *jâ* *jε* quæque ab hac vel illa radice profecta sunt vocabula videtur fuisse commercium. Inf. *ἰ-έ-ναι* a rad. *jε* ducendum esse, id quod putat Curtius Etym. 553, recte negat Corssen Ausspr. I 454: radicem verbi *εἶμι* esse *ι* inter omnes constat et vocalis *ε* in ista figura sine dubio nihil aliud est nisi interiecta illa verborum stirpes casusque coniungens vocalis, cf. hom. *ἴ-μεν* *ἴ-μεναι*. Fortasse tamen radix *jε* in novam figuram *jι* immutata in prima vi eundi græcæ linguæ servata est, si quidem ab ea orta sunt verba *εἴσομαι* *εἰσάμην*. Constat enim in formis syllabico, quod vocatur, augmento instructis *ἐ-είσατο* *O* 415, *χ* 89, *ἐ-εισάσθην* *O* 544 et in duplicatis *ἐπι-είσομαι* *Λ* 367, *Υ* 454, *ο* 504, *ἐπι-εισαμένη* *Φ* 424, *κατα-είσατο* *Λ* 358 — de locis homericis infra dicam — certissima inesse consonæ initialis vestigia. Quas ob causas ita has figuras explicare malumus quam cum Curtio Etym. 530 ad falsam analogiam, quam vocant,

confugere, præsertim quum non eandem solum atque in verbo *ϝεί-δομαι* figuram *ἐ-είσατο*, sed etiam novam *ἐ-εισάσθην* et duplicata verba prorsus alia hic inveniamus. Num vero quid duplicato *ἄ-οιμος* (Hesych.) tribuendum sit, valde dubito. — In gr. *ἕ-η-κ-α* et lat. *ja-c-io*, sscr. *jâ-pajâ-mi* et fortasse gr. *ἰ-ά-π-τ-ω* eandem inesse putamus radicem *ja*, quam in sscr. *jâ-mi*, gr. *ἐ-είσατο* agnoscimus, ad eamque in singulis linguis accessisse illic gutturalem consonam hic labialem, qua addita aliam quandam significationem, agendi vim dico, verba illa videntur accepisse. Cf. Curtius Etym. 61—63, Schleicher Comp. 344. Eandem significationem etiam *ἵημι* sibi ascivit adiuvante fortasse reduplicatione, conf. rad. *στα* *ἕ-στη-ν* et *ἵ-στη-μι*. De verbo *ἰάλλω* 'mitto, proiicio' dubitavi, num ab eadem hac radice profectum sit, ut *στέλλω* a rad. *στα* ducendum est. Intransitivam vim 'propero'[1] primam esse homericis locis ductus vix concedo Curtio, qui Etym. 502 aliam explicandi viam ingressus est. Ac si cum ea, de qua hic agimus, radice coniungenda sunt illa verba *ἰ-ά-π-τ-ω* et *ἰ-ά-λ-λω* (pro **ἰ-α-λ-jω*), prima vocalis reduplicationis lege orta existimanda est (cf. att. *ἰάλλω* et gl. Hesych. *ἐφίαλεν*), non a consona *j* profecta, cuius immutationis — de initio vocum dicimus —, si gl. Hesych. *ἴορκες* excipimus, vix ullum certum exemplum in græca lingua est prolatum. Durior ea videtur sententia, quam Corssen l. l. proposuit. Mitto Ebelium, Kuhn's Zschr. IV 164. — Vestigium spirantis initialis, quam in verbo *ἧκα* olim fuisse censemus, apparet in figura augmento syllabico, quod vocatur, instructa *ἕ-ηκεν* *Α* 48 (*μετὰ δ' ἰὸν ἕηκεν*), quæ figura in duplicatis verbis frequentissima est: *ἀν-έηκε* *Ε* 882, *ἀφ-έηκε* *Μ* 221 al., *ἐν-έηκε* *Κ* 89, [*δ* 233], *ἐφ-έηκα* *Σ* 108, *Υ* 346, *ν* 38, *ξ* 464, *καθ-έηκα* *Ω* 642, *μεθ-έηκεν* *Ω* 48, *ξυν-έηκε* *Α* 8, *Β* 182, al., *προ-έηκε* *Ε* 290, *β* 147, *γ* 183, *δ* 161, *ε* 268, 316 al. Atque *ἕ-ηκα* a figura **ἐ-jηκ-α* **ἐ-ἧκ-α* proficiscens asperum spiritum sibi conciliavit ut *εἱπόμην* a figura **ἐ-σεπ-ό-μην* **ἐ-ἑπ-ό-μην* sim. — Difficile est verbum *ἵεμαι* 'contendo, studeo' a verbo *ἵεμαι* 'contendo, propero', quocum sæpe in codicibus confunditur, recte secernere. Ahrens, Conjug. auf *μι* (Nordhausen 1838) p. 24, stirpem quandam a verbo *ἵεμαι* alienam, cui contendendi properandi vis esset quæque a digammo inciperet, sumendam censet. Sed etiam palatalem spirantem apud Homerum nondum prorsus evanuisse, ex aliis vocibus efficitur, et significationem verbi a vi mittendi iactandi ad vim se mittendi i. e. contendendi cupiendi transiisse ex homericis

[1]) Hanc vim editores lex. Passov. non agnoscunt nisi Hesiod. Th. 269.

locis *μάλιστα δὲ ἵετο θυμῷ* *B* 589, *ὁ δὲ ἵετο θυμῷ* *N* 386, *βαλέειν δέ ἑ ἵετο θυμός* *Θ* 301, 310 facile coniicimus, cf. Fulda Unters. 76. Præterea in hac quæstione accedo ad eam sententiam, quam proposuit Curtius, Philol. III 6, qui e correpta vocali *ι* de forma *ἵεμαι* statuit. Et duobus modo locis corripitur *M* 274 et *χ* 304, ubi spiritus lenis a libris et optimis et plurimis defendi videtur. Significationes vero horum verborum, quippe quæ ab eodem fonte ductæ sint, etiam iuxta fluere non est quod nos offendat. In producta reduplicationis syllaba vehementiorem vim inesse putat Curtius collato *νη-νέ-ω* al. Contra activam formam *ἵημι* passivamque (*Δ* 77) et fere ubique (excepto uno loco *μ* 192 *ὣς φάσαν ἱεῖσαι ὄπα κτλ.*, nam *X* 206 (*ἱέμεναι*), *χ* 251 (*ἀφίετε*), sim. vocalis *ι* ex metri necessitate producitur) brevi uti vocali iota neque consonæ initialis vestigia in homericis carminibus ulla præbere præteriens commemoro.

jῆκα ἧκα. Duo sunt *hiatus* duriores uterque in fine secundi pedis, qui huic verbo consonam initialem defendunt: *Δ* 75 *οἷον δ' ἀστέρα jῆκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω* et *Ξ* 182 *ἐν δ' ἄρα ἕρματα jῆκεν ἐυτρήτοισι λοβοῖσιν.* *Δ* 75 variam lectionem *ἀστέρ' ἔηκε* receperunt Bentl. Heyne Bk., sed certissima hic vulgata videtur; *Ξ* 182 *ἐνῆκεν* coniecit Heyne, ut hiatum summoveret. — Tum est *Ψ* 400 *ἵπποις ἧκε μένος κτλ.*, ubi Bekker, etsi hiatum *Ξ* 182 integrum reliquit, nescio qua causa digamma ascripsit (*ϝῆκε*). Porro *ἧκε* excipit vocem *περιστρέψας* *Θ* 189 et est in initio versuum *Λ* 383, *E* 513, *H* 269, *Θ* 76, *N* 204, *Ξ* 151, *Π* 736, *Ψ* 840, 863, *ι* 538, *κ* 159, *μ* 442. — Obstant vero consonæ initiali *B* 309, *Δ* 498, *E* 125, *Θ* 134, 247, *K* 274, *Λ* 53, *M* 205, *O* 19, 575, *Π* 608, *Σ* 182, *Φ* 120, *Ω* 315, 375, *ι* 245, 342, *ο* 458, *φ* 328, 415, 420, *χ* 84, *ψ* 33, *ω* 177. Ad quos locos accedunt *duplicata ἀν-ῆκεν* *ξ* 465, *ἐν-ήκαμεν* *μ* 401, *ἐφ-ῆκα* *δ* 339 al., *μεθ-ῆκεν* *ε* 460, 471. Mitto *προ-ῆκε* *P* 545.

jΙ'jεμαι Ἵεμαι. Hoc verbum in carminibus homericis condendis spirantem palatalem servasse statuimus 1) ex *hiatibus* his durissimis *a*) in fine tertii pedis *Λ* 537 *αἵ τ' ἀπ' ἐπισσώτρων. ὁ δὲ jὶjετο δῦναι ὅμιλον* et *Y* 502 *αἵ τ' ἀπ' ἐπισσώτρων· ὁ δὲ jὶjετο κῦδος ἀρέσθαι,* — *b*) in fine pedis quarti præeunte semiseptenaria graviore *N* 386 *αἰὲν ἔχ' ἡνίοχος θεράπων· ὁ δὲ jὶjετο θυμῷ,* — 2) e *vocali η verbi ἔστη* in prima arsi *producta* *Φ* 70 *ἔστη, jιjεμένη χροὸς ἄμεναι ἀνδρομέοιο,* cf. Hoffmann § 59 2. De loco *Y* 280 (*ἐγχείη ἐνὶ γαίῃ*) *ἔστη ἱεμένη, διὰ δ' ἀμφοτέρους ἕλε κύκλους* paulum dubito, num *ἱεμένη* hic reddendum sit 'iacta, missa (hasta)', quum desit sive adverbium ut *πρόσσω* sive infinitivus significationem studendi vel cupiendi illustrans; forsitan tamen tale quid subaudire liceat et

conferre locos *O* 543, 317. — Ceteri loci aut minus probant aut consonæ initiali plane repugnant. Mitto igitur et eos hiatus, qui in primi pedis fine sunt post hæc vocabula *οἴκαδε B* 154, *γ* 160, *ι* 261, *ἄστυδε ρ* 5, *ἀλλ' ἐμέ φ* 72, et has longarum vocalium in prima arsi productiones: *ἄμφω γ* 344 (Hoffmann § 49 2), *εἴα Π* 396 (cf. *τ* 201), *πρόσσω N* 291, *O* 543, *Π* 382 (cf. *P* 734): addo *αἰχμή Υ* 399, in quo loco consimilis dubitatio subest atque in loco *Υ* 280, de quo iam diximus. Deinde hi sunt in bucolica cæsura hiatus *B* 589, *E* 434, *M* 68, *N* 424, *α* 6; tum *Θ* 301 et 310 *βαλέειν δέ ἑ (j)ἵ(j)ετο θυμός* antecedit pronomen *ἕ*, quod quidem elisione summotum nusquam scilicet videmus, sed quin elisionem tulerit, non dubitandum est nobis considerantibus veram homericam figuram esse *Fέ*; at sunt hiatus hi in cæsura bucolica. Postea *ν ἐφ.* verb. antecedit *O* 450, *P* 292, *δ* 284, *π* 430, *φ* 129, *χ* 409, *ν ἐφ.* nom. *P* 276, longæ syllabæ in consonas exeuntes *Ψ* 371, 718, 767. Denique ab hoc verbo incipiunt versus *Θ* 241, 313, *Λ* 168, *N* 501, 585, 707, *Π* 359, 383, 507, 761, 866, *Σ* 547, *Υ* 469, *α* 58, *δ* 823, *κ* 529, *ν* 334, 426, *ξ* 282, *ο* 30, 69, 201, *τ* 187, *υ* 356, *χ* 256, 273, *ψ* 353. — Quatuor modo loci consonam spirantem non ferunt: *Σ* 501 *ἄμφω δ' ἱέσθην*, *β* 327 *ἐπεί νύ περ ἵεται αἰνῶς*, *κ* 246 *ἔπος, ἱέμενός περ*, *ξ* 142 *ὀδύρομαι, ἱέμενός περ*. — — Nihil probat h. II 294 (*νόστον ἱέμενοι κτλ.*). Versus h. III 88 ab hoc verbo initium capit.

jείσομαι εἴσομαι (j)εισάμην. Manifestissimus est *hiatus*, quippe qui inter semiseptenariam cæsuram et bucolicam sit interiectus, *Ξ* 8 *αὐτὰρ ἐγὼν ἐλθὼν τάχα jείσομαι ἐς περιωπήν.* — Alii hiatus cæsura bucolica satis excusari videntur: *διαπρὸ δὲ εἴσατο καὶ τῆς Δ* 138, *διαπρὸ δὲ εἴσατο χαλκός E* 538, *P* 518, *ω* 524. Tum in initio sunt versuum *εἴσατο M* 118, *εἴσομαι Φ* 335, et legitur *π* 313 *αὔτως εἴσῃ*. — Duo loci consonam prorsus abnuunt: *Ω* 462 *πάλιν εἴσομαι* et *ο* 213 *δεῦρ' εἴσεται*. Accedit *duplicatum μετ-εισάμενος N* 90, *P* 285.

R. *jικ *jεῖκ-ε εἶκ-ε* aptum videbatur, **jέ-jοικ-α ἔ-οικ-α* similis sum, videor mihi, impers. decet, *ἴ-σκ-ω* (pro **jικ--σκ-ω*) similem reddo vel habeo, *ἐ-ί-σκ-ω* (pro **jε-jικ--σκ-ω*) similem reddo, similem habeo, puto, *(j)ἴκ-ελο-ς, (j)εἴκ-ελο-ς* similis.

Difficillimos hæ voces habent explicatus. Et ex ipsa earum formatione (*ἔ-οικ-α, ἐ-ί-σκ-ω*) et e duplicatis vocabulis (*ἐπι-είκε-*

λος, θεο-είκελος, ἀ-εικής al.) et e locis homericis plurimis, quos infra enumerabimus, satis apparet a consona quadam eas antiquitus incepisse. Sed quænam hæc fuerit, magna est inter doctos viros dissensio. Nihil ad hanc rem explicandam e dialectis græcis est erutum nisi quod a Cyrillo Bremensi attulit M. Schmidt, Philol. XIV 205, *βείκιλον· ὅμοιον*, qua glossa pro fundamento satis firmo utens Savelsberg, Kuhn's Zschr. XVI 369 sq., has voces et a digammo olim incepisse et cum gr. *ϝῖσο-ς* conferendas esse contendit. Illa vero glossa Cyrilliana ex universa antiquitate sola residens per ipsam suam solitudinem nos monere videtur, ne nimium ei tribuamus, præsertim quum desint cognatæ voces ex aliis linguis repetitæ neque illa Savelsbergii interpretatio possit accipi. Ex omnibus igitur de origine harum vocum sententiis veri simillima ea videtur, quam refutatis aliorum opinionibus proposuit Curtius Etym. 610 sq. Duas sumit inter se cognatas radices principes *dik* et *djak*. Illam agnoscimus in verbis sscr. *diç-â-mi* monstro, gr. *δείκ-νυ-μι*, lat. *in-dĭc-o, dīc-o* (Curtius Etym. 129). Ex eadem radice *dik δικ* secundum propriam græcæ linguæ legem, ex qua *δ* consona sonum spirantis palatalis progenerat sibique adiungit, evasit *δjικ*, unde evanescentibus primum dentali consona, inde etiam palatali factæ sunt figuræ *jικ ἰκ*; cf. vox *δορκάς δόρξ* quæque inde ductæ sunt figuræ (p. 148). Hæc ita orta radix *jικ ἰκ* passivam, quam vocant, significationem accepit: **jείκ-ω*, impf. *(j)εῖκ-ε* *Σ* 520, pf. **jέ-jοικ-α ἔ-οικ-α* proprie 'demonstratur, ostenditur', inde tum 'perspicuum fit, aptum vel æquum videtur, decet', tum 'per aliquem ostendor, per aliquem effigies mea exprimitur, alĭcui sum similis'. De transitionibus significationum conferatur *εἴδομαι* 'videor, appareo, similis sum'. Apte dicit Curtius inter *ἔοικα* et rad. *δικ δείκ-νυ-μι* eandem intercedere rationem atque inter *πέποιθα* et rad. *πιθ πείθ-ω: πέποιθα* enim nihil aliud est quam 'per aliquem mihi persuasum est' i. e. 'fidem alicui habeo'. Quam tertiam *ἔοικα* præbet significationem 'videor mihi', ut *χ* 348 *ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥς τε θεῷ*, hæc a prima illa 'demonstratur' profecta est eadem fere ratione atque habemus *δοκεῖ, δοκῶ μοι, δοκῶ* 'videtur, videor mihi, puto' (cf. *H* 192). Alteram vero Curtius proponit radicem principem *djak*, unde in græca lingua *δjοκ*, quod et in *δεοκ δευκ* et in *δοκ* abiit, in sanscrita autem et *jaç* et *daç*, in latina *dec* originem duxisse putat. Ad græcas illas radices *δευκ δοκ* pertinent *ἀ-δευκ-ής* *δ* 489 i. e. *ἀπεοικώς* (Curtius 448) et *Πολυ-δευκ-ής* i. e. 'decorus', tum *δοκ-έ-ει δοκ-έ-ω*, de cuius verbi notionibus modo dixi; ad sanscritas autem *jaç-as* 'gloria, splendor', *daç-as-jâ-mi* 've-

neror', ad quas voces proxime accedunt lat. *dec-or*, *dec-us*, *dec-et*. Hæc est necessitudo etymologica. Si vero de significationum transitionibus quærimus, a vi demonstrandi ostendendi ad significationes huic affines, quæ sunt 'conspicuum vel insignem reddere, eximium putare i. e. venerari' quæque inde efficiuntur notiones splendoris decōris decŏrisque, verba illa transiisse haud temere sumimus. 'Aliquid me decet' nihil aliud est quam 'aliquid me demonstrat, conspicuum reddit, decorat', cf. dictum suet. 'det pryder en yngling'. Conf. Corssen Beitr. 48. Quum *ἔοικα* non cum accusativo casu, sed cum dativo coniungatur, alia via hoc verbum progressum esse apparet. — Hactenus tantum ex comparatione quum alienarum tum græcarum vocum rem disseruimus. Neque tamen intra ipsas græci verbi figuras prorsus deest testimonium, quo ad palatalem spirantem sumendam adducamur. Est enim Σ 418 *εἰοικυῖαι*, quæ figura et codicum auctoritate et ipso versus metro satis videtur stabilita. Recurrit eadem in Dionysii Orbis descriptione (v. 7 *σφενδόνῃ εἰοικυῖα· μίαν δέ ἑ καίπερ ἐοῦσαν*) atque apud Athenæum Deipnosoph. XIV 632 *f* coniectura Heynii est revocata, cf. Spitzner ad Θ 305. Atqui hæc figura *εἰοικυῖα* non iure potest ex **ϝεϝοικυῖα* orta esse existimari, namque e lege productionis suppletoriæ ista facta esset **ἠοικυῖα*[1]. Transiit hic *j* consonans in vocalem *ι*, cuius immutationis frequentissima sunt in græca lingua exempla ut verb. præs. in *-ιω*, nom. gen. sing. in *-οιο*, adi. in *-ιο-ς* al. Conf. Brugman, Curtii Stud. IV 166, 179. Aliam vero figuram *εἴοικα*, cuius et Brugman l. l. et Kühner Ausf. Gram. I 509 mentionem fecerunt, fateor me nusquam invenisse, nisi forte eandem *εἰοικυῖα* ita commemoratam voluerunt. — Fuerunt qui ex hiatu Pind. Pyth. III 59 *τὰ ἐοικότα* et e brevi syllaba producta Epich. fr. 113 Ahr. (B 81 Lorenz) *Ὅδε τις ἀγρόθεν ἔοικε κτλ.* de digammo initiali verbi *ἔοικα* statuendum esse censuerint. Sed in fragm. Epich. corrupti versus sequentes etiam hunc suspectum reddunt, et quid hiatui pindarico tribuendum sit, sane dubito. Certe audacius sit ex his locis digamma verbo illi olim adhæsisse coniicere.

Iam de grammatica figurarum huius verbi ratione perpauca loquamur. Agnoscimus et simplicem radicem *jικ ἰκ* et amplificationes eius primam alteramque *(j)εἰκ (j)οἰκ*. Illa *εἰκ* apparet in unica imperf. figura *εἶκ-ε* Σ 520. Bekker hom. Bl. 137 hanc figuram ad verbum *εἴκω* 'cedo' retulit coll. Χ 321. Vix accipienda ta-

[1]) Errat Ebel, Kuhn's Zschr. IV 170: *πλείω* non e **πλεϝ-ω* esse ortum, sed e **πλεϝ-jω* satis constat.

men est hæc interpretatio, neque ille locus similem significationem videtur præbere, quum ibi non impersonaliter, ut dicitur, sit positum[1]. Inter figuras ἔ-οικ-α et ἔ-ικ-τον atque ἐ-ΐκ-την eadem intercedit ratio atque inter οἶδ-α et ἴδ-μεν, πέ-ποιθ-α et ἐ-πέ-πιθ-μεν itemque inter ἐ-οικ-ώς et ἐ-ικ-υῖα eadem fere atque inter εἰδ-ώς et ἰδ-υῖα, τε-θηλ-ώς μ 103 et τε-θαλ-υῖα ν 245, λε-ληκ-ώς et λε-λακ-υῖα al. Quum ex his verbis appareat et brevi stirpe femininam figuram uti neque reduplicatam syllabam ei deesse (perf. οἶδα per omnes modos reduplicatione carere satis constat), efficitur non εἰκ-υῖα sed ἐ-ικ-υῖα esse legendum, atque ita non potest solum legi, quum ubique in arsi posita sit prima verbi syllaba, sed etiam oportet, quoniam tribus locis Ψ 66 et δ 122 et μ 79 quintæ arsis sedem hæc syllaba obtinet, cf. La Roche Unters. 85, 94, 107. ἐ-ικ-ώς autem, quæ figura semel modo Φ 254 occurrit, ad similitudinem figuræ femininæ factum vel ex illa ortum videtur; εἰ-οικ-υῖαι vero stirpem amplificatam e metri quadam necessitate, quum prima syllaba tertiaque producantur, accepit ut πε-πληγ-υῖα πε-φρικ-υῖα al. De figuris participii cf. Ahrens, Rhein. Mus. II 177 sq. Stirps εἰκ omnino non in perfecto invenitur; reduplicatione carent figuræ herodoteæ οἶκα οἰκώς. Figura plusquampf. ἐ-ῴκ-ει a figura quadam *ἐ-jε-jοίκ-ει *ἠ-ε-οίκ-ει *ἠ-οίκ-ει profecta est; atque ἐ-οίκ-εσαν nullo addito augmento tradita est *N* 102 (Heyne Spitzner Dindorf al.). — In verbo ἐ-ίσκω pro *jε-jίκ-σκ-ω reduplicationem quandam, non prostheticam vocalem ε, inesse hiatus homerici nobis persuadent. Stirpem εἰκ diducta diphthongo in ἐικ abiisse vix crediderim. Peculiaris quidem esset hæc reduplicati præsentis temporis vocalis ε, sed forsitan ad stirpem totius verbi pertineat hæc reduplicatio, si quidem conferre licet ἤ-ικ-ται Nic. Ther. 658, προσ-ῄιξαι Eurip. Alc. 1063, προσ-ήικται Hesych. et in producta vocali η augmentum temporale, quod vocatur, agnoscere, quod vices reduplicationis perfecti temporis sustinet. Homericas autem figuras ἔ-ικ-το ἤ-ικ-το cum verbo ἴσκω (r. jικ) coniungimus. Atque etiam, si passivam vim harum figurarum consideramus, potius cum verbis ἴσκω ἐίσκω coniunguntur quam cum verbo εἴκε ἔοικα, quod eandem vim activis terminationibus additam præbet. — Adiectiva vero ἴκ-ελο-ς et εἴκ--ελο-ς ad suam utrumque verbi stirpem ἰκ εἰκ referenda esse satis apparet.

---

[1]) Mitto εἶκεν Arist. Av. 1298 cod. Rav., quæ figura ad similitudinem participii perf. εἰκώς videtur esse facta, cf. dor. εἶκας (Ahr. II 340), att. poet. εἴξασι, εἰκέναι. Maioris fortasse est momenti εἴξω Arist. Nub. 1001.

Ad homericos locos examinandos transeamus. Et certissima apparent servatæ initialis consonæ vestigia neque desunt loci repugnantes.

(*j*)*εἶκε* uno loco *Σ* 520 excipit *ν ἐφ.* pronominis *σφίσιν*.

jέjοικα jέjοικας jέjοικε(ν) jεjοικώς ἔοικεν. Palatali spirante ascripta *hiatus* ante has figuras summoventur post ea quæ sequuntur vocabula *a*) in secundo pede *ὄσσα α* 278, 292, *β* 197, 223, *σέ Β* 190, *π* 202, *δέ ω* 254, *οὐδέ Ξ* 212, *ϑ* 358, *τέ υ* 194, — *b*) in quinto pede *καλά α* 208, *ὦπα Γ* 158, *πάντα Λ* 613, *Φ* 600, *ἄγχιστα ν* 80, *σέ χ* 196, *δέ Ο* 90, *γ* 357, *οὐδέ Λ* 119, *Μ* 212, *Τ* 79, *Φ* 436, *Ψ* 493, *γ* 335, *ε* 212, *η* 159, *φ* 319, 322. — Mitto eos hiatus, qui sunt in cæsura trochaica pedis tertii *Ε* 800, *α* 46, *γ* 124, 125, *δ* 239, itemque eos, qui sunt post *φημί δ* 141, *τ* 380, *τὶ ζ* 301, firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. *Λ* 47, *Β* 20, *Γ* 170, 219, 449, *Ε* 87, 604, *Δ* 546, *Μ* 385, *Ν* 357, 754, *Ξ* 136, *Ο* 237, 586, *Π* 582, 742, *Ρ* 323, *Ψ* 430, *Ω* 347, *δ* 143, 245, *ε* 51, *ζ* 187, *ϑ* 164, 166, *κ* 278, *λ* 606, 608, *μ* 413, *ϱ* 416, 500, *σ* 128, 240, *τ* 381, *υ* 227, *ω* 253. Tum antecedit *ν ἐφ.* nom. *Β* 337, 800, *Γ* 151, 222, *Ε* 522, 560, 782, *Η* 59, 256, *Ι* 70, *Κ* 440, 547, *Λ* 27, *Μ* 146, *Ρ* 725, *ζ* 243, *η* 209, *κ* 120, 390, *ξ* 21, *π* 200, *ϱ* 485, postremo *ν ἐφ.* verb. *χ* 348. — Repugnant undecim loci, e quibus tres sanatos voluit Hoffmannus: sunt hi *Γ* 286 et 459 *ἥν τιν' ἔοικεν* (*ἥν τε* Hoffm. coll. *Ψ* 649 al.), *Ψ* 649 *ἧς τέ μ' ἔοικε* (del. *μ'* Hoffm.). Restant *Β* 233 *οὐ μὲν ἔοικεν*, *Δ* 286 *οὐ γὰϱ ἔοικ'*, *Υ* 371 et 372 *χεῖϱας ἔοικεν*, *Φ* 379 *οὐ γὰϱ ἔοικεν*, *ζ* 60 *αὐτῷ ἔοικε*, *ϑ* 146 *δεδάηκας· ἔοικε*, *ϱ* 511 *γὰϱ ἔοικεν*. Accedit *duplicatum ἐπ-έοικε*, quæ figura consonam initialem eiectam ostendit. Simplex verbum *ἔοικε* revocandæ consonæ causa loco illius inductum vult Hoffmannus, sed, si quidem nullam huius mutationis libri præbent materiam, in vulgato subsistendum videtur. Est autem illud compositum *Λ* 126, *Δ* 341, *Ι* 392, *Κ* 146, *Χ* 71, *Ω* 595, *ζ* 193, *λ* 186, *ξ* 511, *υ* 293, *ω* 481. — — Qui in hymnis sunt loci nihil efficiunt: h. II 222, 286, h. III 265, 358, 377, h. IV 55, h. VII 3.

jεjοίκει (*j*)*ἐ*(*j*)*οίκεσαν.* Prior figura duriores *hiatus* efficit in quinto pede post ea quæ sequuntur vocabula: *οἷα ω* 273, *ὦπα α* 411, *πάντα δ* 654, *ω* 446, *ἄγχιστα Β* 58, *Ξ* 474, *ἄντα Ω* 630, *δέ Σ* 548, *οὐδέ Ω* 258, *ι* 190. — Antecedit verbum *τοῖσι(ν) π* 288, *τ* 7. Figura *ἐοίκεσαν* excipit *ν ἐφ.* nom. uno loco *Ν* 102. Nullus igitur locus obstat nisi *ω* 295, ubi est *duplicatum ἐπ-εῴκει*. — — Clausula versus *Ω* 630 recurrit h. V 241.

(j)ε̃(j)ικτον (j)ἐ(j)ίκτην. Nihil efficitur e paucis locis, ubi sunt hæ figuræ. Illa excipit terminationem gen. sing. *οιο δ* 27, hæc autem terminationem dat. sing. *ι Λ* 104, [*δ* 662], et *ν ἐφ.* nom. *Φ* 285, *Ψ* 379.

(j)ἐ(j)ικώς (j)ἐ(j)ικυῖα ἐικυῖα. Vix possumus quicquam e loco *Θ* 305 *καλὴ Κασσιάνειρα, δέμας ἐικυῖα θεῇσιν* concludere: namque interpunctione firmari tertii pedis cæsuram nihil refert, cf. *Θ* 248, *Π* 57. Etiam minus ceteræ brevium syllabarum productiones valent, quæ ante figuram *ἐικυῖα* fiunt in semiternaria cæsura *Γ* 386, *ϑ* 194, *ν* 222, in semiseptenaria *Ι* 399. Deinde figura fem. *ἐικυῖα* longas vocales vel diphthongos in thesibus productas excipit *Δ* 78, *Ζ* 389, *Λ* 638, *Τ* 286, 350, *Χ* 151, 227, *δ* 122, *ε* 353, *η* 20, *μ* 79, tum verbum *ἔην η* 291. Figura masc. *ἐικώς* autem uno loco *Φ* 254 excipit pron. *τῷ* in prima thesi productum. — Tres loci obstant: *β* 383 *Τηλεμάχῳ δ' ἐικυῖα* (*δ'* om. octo libri, quos sequuntur Bk. LR.), *ε* 337 *αἰθυίῃ δ' ἐικυῖα, Ψ* 66 *κάλ', ἐικυῖα.* Coniectura Hoffmanni **ἰκυῖα* reiicienda est, quum reduplicationem perfecti amissam nulla alia figura ostendat: alia est ratio figuræ *ἰδυῖα,* quæ ad verbum *οἶδα* omni reduplicationis vestigio carens referenda sit. — — Mitto diphthongum *αι* vocis *γύναι* in quarta thesi productam h. IV 153, quamquam hanc diphthongum levissimam habet Hoffmannus § 51 1. Nihil curo incertam lectionem *ἀλλ' ἐικυῖα* h. IV 136.

(j)ειοικυῖαι. Uno loco antecedit *ν ἐφ.* nom. *Σ* 418 *νεήνισιν ειοικυῖαι.*

(j)ΐσκω. Dubium servatæ consonæ initialis testimonium repetimus e pronomine *σοί* in secunda thesi producto *Π* 41 *αἴ κ' ἐμὲ σοὶ (j)ΐσκοντες κτλ.*, cf. p. 33 et Hoffmann § 50 4. Tum in eadem versus sede producitur firmissima diphthongus pronominis *τῷ Λ* 799, et *δ* 279 antecedit vocabulum *φωνήν*[1]).

jεjίσκω ἐΐσκω. Duo *hiatus* duriores in quinto pede spirantem palatalem revocant: *πάντα jεjίσκω Ε* 181 et *ἄγχιστα jεjίσκω ζ* 152. — In cæsura trochaica pedis tertii est hiatus *Γ* 197. Tum antecedunt vocales firmiores pron. indef. *τὶ Ν* 446, termin. *ι* dat. sing.

---

[1]) Mitto *ἴσκε τ* 203 et *χ* 31, quod verbum ad rad *σεκ σεπ* 'dicere, loqui' referendum est; *τ* 203 *ἴσκε . . ἐτύμοισιν ὁμοῖα: ὁμοῖα* supervacaneum videtur, si vertimus 'ea (falsa, *ψεύδεα*) veris similia reddidit', et *χ* 31 *ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ,* ubi vertere non possumus 'suspicatus est l. cogitavit', quum v. 26 diserte indicet verba illa esse aperte dicta. Ceterum constat hoc verbum hac significatione frequenter esse ab Apollonio Rhodio usurpatum, neque ille hanc figuram usurpasset, nisi ex antiquioribus græcis carminibus eam sumpsisset. Cf. Buttmann Lexil. II 83, Sprachl. II 206, Curtius Etym. 427.

tert. decl. *Ω* 371, *ϑ* 159, *ν* 313, *υ* 362, pron. *σύ δ* 148, denique *ν* ἐφ. nom. *π* 187. — Repugnant quatuor loci, e quibus duo ipsa verbi figura, dico augmenti genere, consonam initialem obsoletam ostendunt: sunt enim *ἠίσκομεν Φ* 332 et *ἤισκεν δ* 247. Ceteri loci sunt *ι* 321 *ἄμμες ἐίσκομεν* et *λ* 363 *σ' ἐίσκομεν*. Accedit var. lect. *ἤισκεν* pro *ἐσίδεσκεν* e schol. repetita *ψ* 94, cf. Ameis ad h. l. Anhang. — — Mitto h. IV 109.

(j)ἔ(j)ικτο ἤικτο. Illa figura non est nisi *Ψ* 107 *ἐπέτελλεν, ἔικτο* (l. fort. *ἐπέτελλε, jέjικτο*), unde apparet nihil posse concludi. Hæc autem semper est in dicendi formula *δέμας δ' ἤικτο γυναικί δ* 796, *ν* 288, *π* 157, *υ* 31, ubi audacius sit coniicere *δέμας δὲ jέjικτο γυναικί*.

jίκελος ἴκελος. Forsitan liceat de servata spirante consona ex eo statuere, quod *terminatio ι dat. sing. tert. decl.* ante hanc vocem in *secunda* thesi *producitur* his locis: *ἡ δ' ἀνδρὶ jικέλη Τρώων κατεδύσεθ' ὅμιλον Δ* 86 et *Ἀρτέμιδι jικέλη ἠὲ χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ ρ* 37, *τ* 54. Nullo alio enim loco in secunda thesi ante vocalem insequentis verbi hanc terminationem productam vidi, atque fatendum est semiternariam cæsuram, si hic adsit, esse levissimam. — Tum longæ vocales vel diphthongi in thesibus ante hanc vocem producuntur *E* 450, *Λ* 467, *Π* 11, *Σ* 591, *Ω* 80, 699, 758, *δ* 249, *ε* 54, *ν* 157, item brevis syllaba finalis verbi *κορώνῃσιν* in semiquinaria cæsura *μ* 418, *ξ* 308. Longa syllaba in consonam exiens antecedit *B* 478. — Obstat unus modo locus *T* 282 *ἔπειτ', ἰκέλη*.

jείκελος εἴκελος. *Hiatum* durissimum in fine tertii pedis præeunte semiquinaria hæc vox efficit *τ* 384 *ἡμέας ἀμφοτέρους, μάλα jεικέλω ἀλλήλοιιν*. — In cæsura bucolica sunt hiatus *X* 134, *κ* 304; tum excipit hæc vox termin. *ι* dat. sing. tert. decl. *Δ* 253, *N* 53, 330, 688, *P* 88, 281, *Σ* 154, *Y* 423, *φ* 411, *χ* 240, et *ν* ἐφ. verb. *υ* 88. — Repugnat unus locus *λ* 207 *σκιῇ εἴκελον* (*ἴκελον σκιῇ* Bk. hom. Bl. II 24). — — Nihil probat h. VII 21.

Duplicata vocabula omnia memoriam spirantis consonæ servarunt. Sunt hæc: *ἐπι-(j)είκελος* consimilis *A* 265, *Δ* 394 al., *ο* 414 al., *ϑεο-(j)είκελος* deo similis *A* 131 al., *γ* 416 al., *ἀ-(j)εικής* non conveniens, turpis *A* 97, 341, 398 al., *β* 250, *γ* 265 al., *ἀ-(j)εικείῃ Ω* 19, *υ* 308, *ἀ-(j)εικίζω Π* 545, 559 cet., *σ* 222, *ἀ-(j)εικέλιος Ξ* 84, *δ* 244 al., *ἀ-(j)εικελίως ϑ* 231 cet., *ἀ-ικῶς X* 336, *ἀ-(j)εκήλιος* (?) *Σ* 77, *ἐπι-(j)εικής* decens, conveniens, *A* 547 al., *β* 207 al., *μενο-(j)εικής* animo l. voluntati conveniens, sufficiens, gratus *I* 90, 227 al., *ε* 166, 267 al.

**jιωκ-ή* Ἰωκ-ή (acc. (*j*)*ἰῶκ-α*) persecutio, impetus pugnantium.

Quin hæc vox et vocabulum consimilis significationis Ἰωχ-μό-ς ab eadem stirpe ducenda sint atque *δίωξις διωγ-μό-ς* ion. *διωκ-τύ-ς*, nemo in dubium revocaverit. Succurrunt glossæ hæ Hesych. *ἰωκά· δίωξις, ὁρμή, ἰωκή· δίωξις, μάχη, βοή, ἴωξις· δίωξις, ἰωχμός· μάχη, δίωξις, διωγμός κτλ.* Qua ratione autem orta sint, videamus. Ut igitur **δjορκάς ζορκάς* e *δορκάς* exstitit, ita e radice *δι δι-ωκ* nova radicis figura **δjι* **δjι-ωκ*, unde profecta videtur vox **δjιωκ-ή*; abiecta autem dentali consona resedit **jιωκ-ή*, cuius figuræ, ni fallor, in hiatibus homericis superest memoria: similia sunt **jίκελος* et Hesych. gl. *ἴορκες*, si licet eam pro **jόρκες* accipere; tertium *ἰωκή* eundem mutationis gradum obtinet atque *ἴκελος* et *ὀρχάς*, in quibus vocibus evanuerunt et dentalis consona et palatalis. Quod si ita est, minus recte videtur Curtius Etym. 608 de hac re iudicasse. — Observandum est vocem Ἰωχμός et consonam initialem in carminibus homericis (*Θ* 89, 158) aspernari et primam vocalem longam accepisse. Hac in voce literam *κ* in *χ* abiisse docet Curtius Etym. 457.

jιωκή ἰῶκα. Duo sunt in quinto pede *hiatus* durissimi: *E* 521 *οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν οὔτε jιωκάς* et *E* 740 *ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα jιωκή.* — Repugnat unus locus *Λ* 601 (*αἰπὺν ἰῶκα*).

St. pron. relat. **jo ὁ* **jώς ὥς* (postpos.) ut, ceu.

Sscr. *ja-s jâ ja-t* qui quæ quod, *jâ-t* ut. — Contra Savelsbergium, Kuhn's Zschr. VIII 402, et Lottnerum, ib. IX 320, quorum alter st. *kva* lat. *qui*, alter st. pron. tert. pers. *sva σϝε* ut veram formam originemque pronominis græci relativi protulit, hanc comparationem omni iure gravissimis allatis rationibus defenderunt Curtius Etym. 368 et Windisch, Curtii Stud. II 209 sqq., neque habeo quæ ad eorum dissertationes addam. In aliis græcis vocabulis ab eadem stirpe profectis, *ὅς ὅτι ὡς* (non postpos.) *ὅθεν ὅθι* al., nulla consonæ initialis in carminibus homericis apparere vestigia infra paucis exponam; atque quod solum illud *ὥς* postpositivum diutius spirantem palatalem retinuit, haud scio an ipse artissimus ille, quo cum præeunte vocabulo coniungitur, nexus istam consonam alias tantum non ubique obsoletam huic particulæ servaverit.

Quatuor et quadraginta loci consona palatali videntur indigere vel exceptis locis similibus octo et viginti loci; obstant viginti tres vel similibus locis detractis septendecim loci. Ceteri nihil efficiunt.

jώς ὡς. De servata spirante palatali statuimus 1) ex *brevibus syllabis* in consonas exeuntibus his locis *productis:* apparet ex artissimo illo vinculo, quo vox ὡς cum antecedente vocabulo cohæret, quam ob causam prope ad similitudinem encliticarum vocum accedat, nullam prorsus esse ante vocem ὡς cæsuram: sunt illi loci hi *a*) in secunda thesi *αἴ κε κακὸς jώς Z* 443, — *b*) in quarta thesi *θεὸς jὼς τίετο δήμῳ Λ* 58, ξ 205, *θεὸν jώς I* 155, 297, *M* 176, ε 36, η 71, θ 173, ι 280, ψ 339, *μόλιβος jώς Λ* 237, *κακὸν jώς B* 190, *O* 196, *φυτὸν jώς Σ* 57, 438, *κύνες jώς E* 476, *σύες jώς λ* 413, *συὸς jὼς σ* 29, *νῦν γε πάις jώς δ* 32, *πέλεκυς jώς Γ* 60, — *c*) in sexta thesi *ἀθάνατος jώς ζ* 309, *αἴγειρος jώς Δ* 482, *αἰγυπιὸς jώς N* 531, *ἠέλιος jώς Ξ* 185, ι 234, *ἠέλιον jώς σ* 296, *θεὸς jὼς Γ* 230, *θεὸν jώς I* 302, *X* 434, *νηπύτιον jώς Y* 200, 431, *τηλύγετον jώς N* 470, *βόες jώς Λ* 172, *ὄρνιθες jώς Γ* 2, *ὄρνιθας jώς B* 764; — 2) fortasse etiam ex eo *hiatu*, qui est σ 323 *παῖδα δὲ jὼς ἀτίταλλε, δίδου δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ*, ubi semiternaria cæsura potius quam ea, quæ primum pedem claudit, inesse putanda est; — 3) tum e *longis vocalibus* ι η *et diphthongo* οι his locis *productis a*) in quarta thesi *Διὶ jώς B* 781, — *b*) in sexta *μελίῃ jώς N* 178, *λύκοι jώς Δ* 471, *Λ* 72, *Π* 156, *νηπύτιοι jώς N* 292, *Y* 244. Namque terminatio ι dat. sing. tert. decl. ante voces a vocalibus incipientes non producitur nisi in gravioribus cæsuris semiquinaria et semiseptenaria (cf. p. 17 sq.): hic autem prorsus deest cæsura. Neque cæsura quadam, quæ in sexta thesi nulla est, ceteræ productiones adiuvantur; ac quamquam terminationes nominum η et οι in prima arsi et quarta nonnumquam, in thesibus autem sæpius producuntur, apparet cæsurarum vi has productiones effici: agnoscenda est enim semiseptenaria *K* 420, *Φ* 459, γ 141, ζ 388 al. — Mitto autem alias productiones, quæ in quarta thesi fiunt, *θεῷ jώς X* 394, θ 453, 467, ο 181 et *θεοῦ jώς δ* 160, quum hæ diphthongi ῳ et ου etiam in infirmioribus arsibus secunda et tertia, quæ nulla cæsura coguntur, productæ inveniantur. Tum excipit vox ὡς longas syllabas in consonas exeuntes verborum *ἀστήρ T* 381, *δρυόχους τ* 574, *θεούς M* 312, *ἴρηξ Σ* 616, *κύων O* 579, *λέβης μ* 237, *λέων E* 299, *Λ* 129, *Y* 164, *Ω* 572, *μήτηρ Ψ* 783, *νομεύς δ* 413, *οἰωνῶν λ* 605, *παῖς Θ* 271, *πατήρ Ω* 770, ο 152, ρ 397. — Repugnant consonæ initiali hi loci: *Γ* 196 *αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν, E* 78 ... *θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ,* quæ versus clausula recurrit *K* 33, *N* 218, *Π* 605, deinde *Z* 295 et ο 108 *ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν· κτλ., Θ* 94 ... *βαλών, κακὸς ὣς ἐν ὁμίλῳ, Λ* 147 *ὅλμον δ' ὣς ἔσσευε κτλ., Λ* 383 *οἵ τέ σε πεφρίκασι λέονθ' ὣς μηκάδες αἶγες, M* 156 ... *νιφάδες*

δ' ὥς πῖπτον ἔραζε, M 293 (*Σαρπηδόνα μητίετα Ζεύς*) *ὦρσεν ἐπ' Ἀργείοισι, λέονθ' ὥς βουσὶν ἕλιξιν, N* 137 . . . *ὀλοοίτροχος ὥς ἀπὸ πέτρης, Π* 756 *τὼ περὶ Κεβριόναο λέονθ' ὥς δηρινθήτην, Ω* 41 . . . *λέων δ' ὥς ἄγρια οἶδεν, α* 320 *ὄρνις δ' ὥς ἀνοπαῖα διέπτατο· κτλ., β* 47 . . . *πατὴρ δ' ὥς ἤπιος ἦεν*, quæ versus clausula recurrit *β* 234, *ε* 12, tum *η* 11 . . . *θεοῦ δ' ὥς δῆμος ἄκουεν, κ* 124 *ἰχθῦς δ' ὥς πείροντες κτλ., μ* 396 . . . *βοῶν δ' ὥς γίγνετο φωνή, χ* 299 . . . *βόες ὥς ἀγελαῖαι. Λ* 383 et *M* 156 pro *ὥς* Spitzner Dindorf alii scribunt *ὡς* accentu omisso, item *μ* 396 Bekker Dindorf, qua de re conf. Ameis ad *μ* 396 Anhang. Inter hos locos non retuli *Θ* 306 *μήκων δ' ὥς ἑτέρωσε κάρη βάλεν κτλ.*, quum hic particulæ illi enuntiationem adiungenti nova particula in versu 308 respondeat: *ὥς ἑτέρωσ' ἤμυσε κάρη κτλ.*, unde apparet non eiusdem generis hunc locum esse atque eos, de quibus egimus. — — In hymnis obstat h. II 270 (*νόημ' ὥς*). Longæ syllabæ in consonas exeuntes antecedunt h. III 86, h. V 280.

Restat, ut eas voces brevissime afferam, quæ a palatali spirante ante vocales olim incipientes nulla huius spirantis vestigia in carminibus homericis præbent. Quarum in numero hæ sunt præcipuæ.

R. **jag ἀγ ἅζ-ο-μαι* metuo, veneror, *ἁγ-νό-ς* venerabilis, sanctus, ?*ἅγ-η* admiratio. — Sscr. *jag'-â-mi* colo, sacrifico. Curtius Etym. 162, Bopp Gl. — In verbo *ἅζομαι* consonæ initiali repugnant *E* 434, 830; ceteri loci nihil efficiunt. *ἁγνός* consonam non recipit *ε* 123, *σ* 202, *υ* 71, ubi est *Ἄρτεμις ἁγνή*; *ἄγη* item *Φ* 221, *γ* 227, *π* 243.

εἰν-ά-τερ-ες· αἱ τοῖς ἀλλήλων ἀδελφοῖς γεγαμημέναι, ἀνδραδελφαί Schol. L ad *Z* 378, *αἱ γυναῖκες τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφῶν* Schol. B ad *X* 473. — Sscr. st. *jâ-târ*, nom. sg. *jâ-tâ jâ-tṛ* mariti fratris uxor; lat. *jan-i-tr-îc-es* 'duorum inter se fratrum uxores' Isidor. Curtius Etym. 288, Bopp Gl., Corssen Beitr. 265. — Ex antiquissima figura **jan-tar* interiecta inter radicem syllabamque suffixam vocali græcoitalica figura **jan-a-tar* exstitit. In græca voce diphthongum *εἰ-* ab *ἐε- jε-* profectam esse censet Curtius Etym. 557. Quas alias attulit voces, aut huic similes non sunt aut non sunt certæ. Forsitan diphthongus per epenthesin evaserit: est enim hæc vox prorsus homerica. — Digamma huic voci ascripsit Bekkerus. Sed deerant non etymologicæ solum rationes sed etiam metricæ. Namque ex eo, quod particulam *ἤ* in tertia arsi pro-

ductam hæc vox excipit *Z* 378, *Ω* 769, nihil efficitur, cf. Hoffmann § 52 1 et supra p. 34. Duo, qui restant, loci consonam prorsus abnuunt *Z* 383 *οὔτ' εἰνατέρων* et *X* 473 *γαλόῳ τε καὶ εἰνατέρες*, quos locos digammi sui gratia Bekkerus mutare non dubitavit.

ἥβη pubertas, iuventus, *ἡβά-ω* puber sum. — Has voces cum sscr. *juvan*, lat. *juven-i-s*, got. *jugg-s* confert Curtius Etym. 538. — Amissam consonam initialem ostendunt loci *E* 550, *Θ* 518, *I* 446, *Λ* 225, *M* 382, *N* 484, *Π* 857, *X* 363, *Ψ* 432, *Ω* 348, 565, 604, *ε* 69, *ϑ* 181, *κ* 279, *λ* 317, *ο* 366, *π* 174, *σ* 217, *τ* 532, *ψ* 187. Atque quum n. pr. *Ἥβη*, quod quatuor locis legitur, duobus locis *E* 905, *λ* 603 consonam initialem respuat, facile adducimur, ut hiatum *πότνια Ἥβη Δ* 2 ad similitudinem quandam frequentissimæ versus clausulæ *πότνια Ἥρη* ortum esse existimemus. Quartus locus est *E* 722, qui versus ab hoc nomine incipit.

ἡν-ία habenæ, *ἡνί-οχο-ς ἡνι-οχεύ-ς* qui habenas tenet, auriga, *ἡνιοχεύ-ω* aurigor. — Ad sscr. rad. *jam* refrenare, cohibere, *jan-tṛ* auriga has voces refert Curtius Etym. 497. — Consonam initialem aspernantur, ut non multis rem notam demonstrem, *E* 226, 230, 231, 262, 322, 365, 505, 580, 840, 851.

ἧπαρ ἥπατ-ος (st. *ἡπαρτ-*). — Sscr. *jakṛt*, lat. *jecur*. Curtius Etym. 420. — Loci, qui initialem consonam non ferunt, sunt hi: *Υ* 469, 470, *Ω* 212, *ι* 301, *λ* 578, *χ* 83. Ceterum non est hæc vox nisi in initio versuum *Λ* 579, *N* 412, *P* 349.

ἵ-η-μι mitto, iacio. — De origine huius verbi iam supra dixi. Hic de locis homericis nonnulla addam. Figuræ a reduplicata syllaba *ἱ-* incipientes excipiunt *ν ἐφ.* nom. *B* 774, *δ* 626, *ρ* 168, *ν ἐφ.* adv. *X* 316, verbum *ἕα X* 206 (est in fine pedis primi). Consonam initialem non ferunt hi loci: *Λ* 479, *Γ* 12, 152, 221, *Δ* 397, *M* 25, *N* 650, *T* 383, *Φ* 158, *β* 420, *η* 130, *ι* 449, *λ* 7, 239, *μ* 192, *ο* 292. Fut. *ἥσω* est in initio versuum *P* 515, *ϑ* 203, consonam respuit *O* 359. Accedit magnus duplicatorum numerus, ex quo hæc satis erit attulisse: *ἀν-ίησιν δ* 568, *ἀφ-ίετε χ* 251, *ἐν-ίησι μ* 65, *ἐφ-ίεις Λ* 51, *καϑ-ίετε Φ* 132, *μεϑ-ίει K* 121, *ξυν-ίει α* 271.

ὅ-ς ἥ ὅ pron. relat., *ὅ-ϑεν ὅ-ϑι ὡς ἧ-χι ὅ-σο-ς ὅ-τε ὅ-τι ὄ-φρα* al. — Stirpem huius pronominis olim a palatali spirante incepisse, iam commemoravi. Apparet nulla consona initiali indigere neque eos hiatus, qui in fine pedis primi sunt ante *ὅς N* 300, ante *ὅττι O* 227, *Ψ* 71, vel in cæsura trochaica pedis tertii ante *ὅϑι E* 857, ante *ὅσος B* 523, vel in bucolica cæsura ante *ὡς B* 3, ante *ἧχι Λ* 76, ante *ὄφρα E* 221, *Θ* 105, *O* 232, neque productiones brevium

syllabarum in consonas exeuntium, quæ in semiternaria cæsura fiunt *Α* 244, *Η* 389, *Κ* 7, *Σ* 591 al., in semiquinaria *Α* 527, *Ξ* 349, *Π* 192, 709 al., in semiseptenaria *Κ* 450, in seminovenaria *Α* 85. Tum mitto diphthongos in quarta vel prima arsi productas *Ο* 23, *Β* 209, *Φ* 459, itemque breves vocales finales in cæsura semiquinaria productas *Θ* 556, *κ* 322, *Ω* 285, qua de re conf. supra p. 17. Restat locus *Ω* 61 *Πηλεῖ, ὃς περὶ κῆρι κτλ.*; quod si talis diphthongi *ει* productio alibi non invenitur, sine dubio de firmiore huius diphthongi natura potius ex hoc loco iudicandum est nobis quam de servata consona pronominis relativi. Obstantes locos, quos quæque pars carminum plurimos præbet, hic afferre supersedemus.

ὑμεῖς ὔμμες vos, *ὑμέ-τερο-ς* vester. — Sscr. *jushmê*, got. *ju-s* vos. Curtius Etym. 369, Schleicher Comp. 636. — Spirantem palatalem amissam demonstrant loci *Α* 335, *Δ* 249, *Ε* 686, *Ζ* 77, *Η* 387, *Κ* 380, 551, *Ν* 95, 97, 625 al., *α* 376, *β* 316, 320, *δ* 94, 415, 689, 729, *ϑ* 156, *ι* 16 al. Ceteros missos facio.

St. *ὑσ-μῑν-* (pro **ὑϑ-μῑν-*) dat. *ὑσμῖν-ι, ὑσμίν-η* pugna. — Sscr. *judh-j-ê* pugno, *judh-mâna-m* pugna. Curtius Etym. 369. — Apparet ex dicendi formulis *ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ* *Δ* 462 al. vel *κρατερὴ ὑσμίνη* *Ρ* 543 similibusve locis nihil posse de servata palatali consona constitui. Atque obstant consonæ initiali *Β* 863, *Α* 72, 297, *Ο* 340, *Υ* 395.

ὥρ-η tempus anni, ver, tempus opportunum, *ὥρ-ιο-ς* tempestivus. — Zend. *yâre* annus; got. *jêr* *ἔτος*. Curtius Etym. 332. — In duplicatis *ἄ-ωρος ἀ-ώριος παν-α-ώριος* vestigia consonæ initialis apparent; aliter autem se habet *ἐννέ-ωρος* (*ἐνναετής* Hesych.). Atque versus homerici eam respuunt: *Β* 468, *Ε* 749, *Ζ* 148, *Θ* 393, 433, al., *λ* 295, 330, 373, 379, *ξ* 294, 407, *ο* 126, *ρ* 176, *τ* 152, 510, *φ* 428, *ω* 144, 344. Ceteros locos prætereo. Constat nihil probare *ο* 394 (*πρὶν ὥρη κτλ.*).

Cap. III.

De vocibus nonnullis a vocalibus literis incipientibus, quarum consona initialis est dubia. Recensentur aliquot vocabula, quæ a digammo quondam incepisse falso putarunt docti viri.

Eas voces, quæ a vocalibus literis incipientes dubia utuntur consona initiali, in duo genera distribuimus: unum est earum, quæ haud dubia præ se ferunt consonæ initialis vestigia, etsi quænam hæc fuerit ambigitur, alterum earum, de quibus non facile diiudicatur, utrum omnino a consona quadam olim inceperint necne. Ac primum quidem illius generis hæ sunt præcipuæ.

αἴνυ-μαι capio, demo.

Ex solo duplicato vocabulo *ἀπο-αίνυμαι* *N* 262, *ἀπο-αίνυται* *ρ* 322, *ἀπο-αίνυτο* *μ* 419, *ξ* 309, coniicitur verbum *αἴνυμαι* a consona quadam antiquitus incepisse. Neque immerito. Non est enim quod cum Hoffmanno I p. 82 eam ob causam, quia *ἀπό* in duplicato verbo *ἀπο-αιρεῖσθαι* ultimam vocalem servat, hanc vocalem firmiorem esse censeamus. De illo verbo infra. De re ipsa supra p. 37 iam diximus. — De origine huius verbi nihil constat. Prorsus repudianda est sententia Doederlinii hom. Gl. 22. Mitto etiam interpretationem Benfeii I 335. Neque multum proficit gl. Hesych. *γαίνεται· ἀνύει,* quam in *γαίνυται· αἴνυται* emendatam vult Thiersch Gram. § 153 6, approbante Ahrensio II 53. Audacior enim videtur hæc emendatio.

αἴνυμαι est in initio versuum *Δ* 374, *Ο* 459, tum longas syllabas in consonas desinentes excipit *Φ* 490, *ι* 225, 232, 249, 429. — Consonæ initiali repugnant *Δ* 531, *Λ* 580, *N* 550, *ξ* 144, *φ* 53, *χ* 500.

ἀπο-αίνυμαι sim. quatuor locis esse iam commemoravimus. Mitto *ἐξ-αίνυτο* *Ε* 155, *Υ* 459, *ο* 206. — Reliqua duplicata consonam aperte abiecerunt: *ἀπ-αίνυμαι* *Λ* 582, *Ο* 595, *Ρ* 85, *συν-αίνυτο* *Φ* 502.

R. *ἀρ ἀλ ἑλ* *αἱρ-έ-ω,* aor. *ἑλ-ο-ν,* capio, sumo, *ἑλ-ωρ,* *ἑλ-ώρ-ιο-ν* captum, præda.

Ad eandem radicem, quæ in varias figuras *ἀρ ἀλ ἑλ* abierit, præs. *αἱρ-έ-ω* et aor. *ἑλ-ο-ν* referenda esse veri simillimum fit, quum

e titulis has medias figuras repetimus: cret. ἀφ-αιλῆται atque ἀφ-αιλήσεσθαι et locr. aor. ἀρέσται i. e. *ἀρέσθαι pro ἑλέσθαι, cf. Curtius Etym. 509, Curtii Stud. II 448, et Allen, Curtii Stud. III 245. Consonam initialem produnt ἀπο-αιρεῖσθαι *A* 230, ἀπο-αίρεο *A* 275 et augmenti genus, quod in aor. εἷλον inest, de quo disputarunt Curtius, Temp. u. Modi 142, et Ebel, Kuhn's Zschr. IV 168. Sed quænam hæc consona fuerit, minime liquet. Verbum ἀλ-ί-σκ-ο-μαι alio referendum est (Curtius 502). Thiersch Gram. § 153 27 e figura homerica γέντο *Θ* 43, *N* 25 al. collatis glossis Hesych. γέντο· ἔλαβεν, ἀνέλαβεν, γένου· λάβε (adde ἔγεντο· ἔλαβεν) egrediens ad digamma sumendum confugit. Idem fere Benfey II 142. Sed quum liquida consona in nasalem immutata, quam immutationem homericam esse vix doricis allatis figuris ἦνθε pro ἦλθε, κέντο pro κέλετο (Ahr. II 110) comprobatur, tum id quod in hoc solo homerico verbo et in hac una huius verbi figura gutturalis consona digammi commenticii vices sustinet, nos impellunt, ut rem in dubio relinquamus. Cf. Kühner Ausf. Gram. I 123, 89, Curtius Etym. 560. Neque quicquam e loco alcaico fragm. 68 potest repeti, ubi ἐκϝέλετο coniecit Blomfield, ἐκ σ' ἕλετο I. Bekker pro corrupta codicum scriptura ἐκ δὲ λέγετο sim. — Ab ea radice, quam in verbo ἕλον conspicimus, ducendum videtur vocabulum ἕλ-ωρ. Derivationem Heynii a verbo εἰλέω (Ilias IV 8) iam Hoffmannus I 90 repudiavit.

Consonam initialem horum verborum in carminibus homericis componendis esse servatam, nequaquam e locis efficitur, ac magnus est repugnantium locorum numerus.

αἱρέω. Mitto productiones brevium syllabarum in consonas exeuntium, quæ in semiquinaria cæsura fiunt *B* 329, *Σ* 260; tum excipit hoc verbum longas syllabas in consonas desinentes *B* 141, *I* 28, *P* 488, et est in initio versuum *B* 34, *K* 193, *N* 42, *Φ* 555. — Reliqui loci consonam non admittunt; sunt hi: *B* 37, *Γ* 446, *K* 235, *Ξ* 328, *P* 67, *Σ* 322, *Ω* 206, *β* 357. Accedunt figuræ augmento temporali, quod vocatur, instructæ ᾕρει *Δ* 23, *H* 479, *ϑ* 304, *λ* 43 al., ᾕρεον *Ω* 579, *τ* 61, ᾑρεῖτ' *φ* 40, et duplicata ἀν-αιρήσεσθαι *φ* 261, *χ* 9, ἀφ-αιρεῖται *A* 182, *μ* 64, ἀφ-αιρήσεσθαι *A* 161, *Ψ* 544, καθ-αιρήσουσι *Λ* 453.

ἕλον ἑλόμην. Unus locus *hiatum* præbet, ad quem excusandum consona initiali hoc verbum indigeat. Est *E* 118 δὸς δέ τέ μ' ἄνδρα ἑλεῖν καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν, ubi hiatus est in fine pedis secundi. Quum vero ceteri loci, in quibus hiatus vel productiones hæc vox efficit, aliis rebus iuste excusentur, et loci

longe plurimi consonam non ferant, non dubitavi hunc hiatum inter illicitos, qui vocantur, supra referre. — Quod brevis vocalis in semiquinaria cæsura producitur *E* 576 ἔνθα Πυλαιμένεα ἑλέτην ἀτάλαντον Ἄρηι, ex eo nihil certi statuimus collatis locis *Θ* 556, *κ* 322 al. (p. 17). Etsi hoc in versu deest interpunctio, tamen satis gravitatis ac ponderis cæsuræ semiquinariæ videtur esse tribuendum, cf. p. 22 et 27. Ex iis, qui restant, locis sufficiet hos attulisse. Excipit hoc verbum terminationem gen. sing. οιο *B* 332, pron. σεῖο *X* 253, vocem αἰπύ *O* 71, diphthongos in thesibus productas *E* 37, 210, *P* 276, *X* 142. Antecedit ν ἐφ. verb. *Δ* 356, 507, *B* 240, ν ἐφ. nom. *δ* 66, *ζ* 91, *ϑ* 68, 372, ν ἐφ. part. κέν *B* 12, longæ syllabæ in consonas exeuntes *E* 127, *γ* 37 al. — Respuunt consonam initialem loci *Δ* 137, 139, 323, 324, 501, *B* 127, 228, 399, *Γ* 72, 78, 316, 424, *Δ* 239, 542, *E* 30, 50, 75, 136, 144, 317, 346, 353, 529, *Z* 35, 38, 302, *H* 8, 56, 71, 106, 370, 466, 482, *Θ* 13, 53, 319 al., *α* 121, 318, *β* 81, *γ* 372, 374, *δ* 463, 506, 596, 746, 750, 786, *ε* 121, 292, *η* 168, 252, *ϑ* 84, 88, 89, 106, 436, 500 cet. Tum consonam amissam ostendunt et figuræ augmento ornatæ εἷλον εἷλε(ν) εἵλετο sim. et duplicata verba ἀν-ελόντες *γ* 453, ἀν-έλοντο *Δ* 449, ἀφ-ελών *ι* 313, ἀφ-ελέσθαι *E* 622, ἐξαφ-έλησθε *χ* 444, καθ-έλῃσι *β* 100, καθ-ελοῦσα *ω* 296, μεθ-έλεσκε *ϑ* 376, σύν-ελεν *Π* 740, συν-ελών *υ* 95, quæque sunt eiusdem generis. Mitto ἔξ-ελον *ι* 160, ἀποπρο-ελών *ρ* 457.

ἕλωρ ἑλώριον. Nihil efficiunt hiatus duo, qui sunt in cæsura trochaica pedis tertii *Δ* 4, *E* 684; tum antecedit terminatio gen. sing. οιο *P* 667, ν ἐφ. est traditum *E* 488, *P* 151, *γ* 271, *ε* 473, *ω* 292. — Repugnant vero consonæ initiali *Σ* 93 Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα (Πατρόκλου δὲ Ϝέλωρα Bk.) et *ν* 208, ubi ante ἕλωρ corripitur μοί. Quæ quum ita sint, Bekkerus sine causa hæc vocabula digammo instruxit, præsertim quum nequaquam demonstratum sit ab hac consona antiquitus ea incepisse.

ἅπ-τ-ω annecto, alligo, attingo, ἀφ-ά-ω tracto, ἁψίς nexus, ἅψος iunctura membrorum, membrum.

Quam supra p. 41 proposui verbi ἅπτω interpretationem, forsitan illa quidem aliquid adiumenti assumat e figura æolica ἄσσω (Et. Mg. s. v. ἄσσον), cuius mentionem fecit Müller, Kuhn's Zschr. IV 365; sed, id quod in hac re diiudicanda maximi est momenti, repugnant ipsæ græcæ voces ἀφ-ή et ἀφ-ά-ω, quæ principem in hac stirpe consonam labialem et quidem aspiratam sine dubio de-

monstrant. Consonam quandam initialem olim fuisse et figura ἐ-άφθη N 543, Ξ 419 indicat et duplicata ἄ-απ-το-ς Α 567, Η 309, λ 502 al., προτι-άπτω Ω 110. — Loci homerici amissam consonam certissime ostendunt. ἅπτω longas syllabas in consonas desinentes excipit Φ 65, Ψ 584, Ω 357, β 423, ζ 169, κ 379, ο 288, τ 348, χ 339, et est in initio versuum Β 152, 171, 358, Θ 339, Κ 455, Ψ 666, Ω 508, 712, ι 379, 386, λ 278, τ 473; ceteri loci consonam non ferunt: Κ 377, Π 9, 577, Ρ 631, δ 60, 522, τ 28, 344, (h. ι 53); tum sunt figuræ augmento temporali, quod vocatur, instructæ: ἥπτετο Θ 67, Α 85, Ο 319, Π 778, Υ 468, ἥψατο Α 512, Ε 799, Ο 76, 704. Accedunt duplicata tum elisione præpositionis facta tum ipso augmenti genere abiectam consonam indicantia: ἀν-άπτω β 86, γ 274 (ἀνῆψεν), al., ἐφ-ῆπται Β 15 al., ἐφ-ῆπτο Ζ 241, καθ-άπτομαι Α 582, β 240 al., ἐξ-ῆπτεν Χ 397; mitto ἐξ-άπτεσθε Θ 20. — ἀφάω consonam respuit Ζ 266, item ἄψος δ 794, σ 189. ἀψίς autem excipit particulam ὡς Ε 487.

ἀραιό-ς tenuis, gracilis.

De origine huius vocis nihil constat. Christ Lautl. 234 eam a sscr. rad. *var val* 'rumpere, scindere' ductam esse putat, sed hanc radicem significationemque ignorat Westergaard Rad. 65 sq. Doederlein hom. Gl. 1045 Herodianum secutus, cui assentitur Zonaras (La Roche Textkr. 201), confert vocabula ῥαίω 'confringo', ἄρραιστος 'non perfractus'. Neque tamen hoc concesso quicquam proficitur, quum a quali radice illa vocabula profecta sint, sane sit ambiguum. In tanta huius vocis interpretandæ obscuritate a digammo tamen eam olim incepisse nullis prorsus allatis rationibus sumpserunt Thiersch Gram. § 157 6, Hoffmann II 36, Benfey II 193, Peters dig. 20, Curtius Schulgr. § 34, et digammo instructam eam in textum recepit Bekkerus.

ἀραιός. Haud dubia sunt in carminibus homericis consonæ initialis vestigia, quum *hiatus* efficit hæc vox in quinto pede tribus locis: Ε 425 πρὸς χρυσέῃ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα ἀραιήν, tum Σ 411 et Υ 37, qui versus habent: χωλεύων· ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί. — Alibi non est hæc vox nisi post ν ἐφ. nom. Π 161 et post ν ἐφ. verb. κ 90.

ἔθειραι pl. iuba, pili equini.

Cum sscr. rad. *vardh vrdh* 'crescere' hanc vocem coniungunt Peters dig. 16 et Meyer vgl. Gram. I 77. Falso radicem quandam

vaḥ pro *vṛh* 'crescere' (Westergaard 330) affert Peters. Obstat huic comparationi litera *r*, quam prorsus amissam esse in græca lingua sumere non possumus. Benfey I 252 verbum sscr. *suṭâ* 'crinium fasciculus' collatum vult. Ne inter se respondeant, græca aspirata consona videtur prohibere. At — quamquam probabili explicatione destituti sumus — a consona quadam hoc vocabulum olim incepisse, e durioribus hiatibus homericis coniicimus, quos auctore Hoffmanno § 134 digammo temere ascripto sustulit Bekkerus. — Efficit enim verbum ἔθειραι *hiatus* in quinto pede duobus locis *Π* 795 αὐλῶπις τρυφάλεια, μιάνθησαν δὲ ἔθειραι et *X* 315 τετραφάλῳ· καλαὶ δὲ περισσείοντο ἔθειραι. Antecedit *ν* ἐφ. nom. χρυσέῃσιν *Θ* 42 et *N* 24. Respuit consonam initialem unus locus *T* 382, ubi elisione minuitur particula δέ. Mitto π 176 ἐγένοντο ἐθειράδες ἀμφὶ γένειον, ubi sine dubio præferenda est lectio Aristotelis vel auctore Lehrsio Aristarchi γενειάδες, cf. La Roche ad h. l. et Textkr. 25. — In hymnis duo sunt in quinto pede hiatus h. IV 228 κατέχυντο ἔθειραι et h. VII 4 περισσείοντο ἔθειραι. Mittendus est locus batr. 204. Duplicatum ἀγλα-έθειρος h. XIX 5 consonam, quam coniecimus, abiectam ostendit. Neque potuit in versum heroicum induci figura *ἀγλαο-έθειρος.

ἔθν-ος multitudo, turba, gens.

Prætereo hic Benfeium I 89. Fortasse non prorsus reiicienda est coniectura Doederlinii, qui hom. Gl. 989 cum rad. gr. *Ϝεθ* ἔθ-ειν solere, ἔθ-ος consuetudo hanc vocem coniungit, ut significet multitudinem turbamve, quæ consuetudinis quodam vinculo continetur. Præter locos homericos etiam duplicata ἀλλο-εθνής, ἀλλο-εθνία, ὁμο-εθνής, ὁμο-εθνία sim. consonam quandam initialem indicant. Digamma sumpserunt Hoffmann § 139, Peters dig. 16, Curtius Schulgr. § 34, ascripsit Bekkerus. — Consonam initialem verbi ἔθνος produnt hi *hiatus a)* in fine pedis secundi ἐπὶ ἔθνε' λ 632, — *b)* in fine tertii pedis post cæsuram semiquinariam ὅθι ἔθνεα ξ 73, — *c)* in fine pedis quarti præeunte semiseptenaria cæsura κλυτὰ ἔθνεα κ 526, μέγα ἔθνος *M* 330, κατὰ ἔθνος *P* 680, μετὰ ἔθνος *H* 115, *P* 581. Mitto hiatus, qui sunt in bucolica cæsura *Δ* 595, *O* 591, *P* 114, λ 34, et in fine pedis primi *B* 87. Antecedit præpositio εἰς *Γ* 32, *Δ* 585, *N* 165, 533, 566, 596, 648, *Ξ* 408, *Π* 817, tum longæ syllabæ in consonas exeuntes *B* 91, 459, 464, 469, *N* 495, *P* 552. Iam ab hoc vocabulo incipit versus *O* 691. Repugnare videtur unus locus *Δ* 724 ἐπέρρεον ἔθνεα, qui tamen per synizesin potest proferri, cf. *Δ* 282, *Σ* 493, κ 204 al. (Thiersch

Gram. 218). Quam ob causam non opus est ad variam lectionem ἐπέρρεεν confugere.

εἵ-μαρ-το fato erat præstitutum (μείρ-ο-μαι sortior partem, sorte nanciscor).

Digamma huic figuræ attribuit Bentley, reiecit Heyne, ascripsit Bekker. Concedendum est figuras εἵ-μαρ-ται εἵ-μαρ-το ἔ-μμορ-ε a radice quadam profectas esse, in qua ad consonam μ altera accedat consona, sed radicem σμαρ potius quam ϝμαρ sumendam esse demonstravit Rumpf Jahrb. (1860) LXXXI p. 678; assentitur Curtius Etym. 309. Quum tamen talem radicem huic græco verbo affinem e cognatis linguis non cognoverimus, rem in medio relinquamus. Minus placet sententia Brugmani, Curtii Stud. IV 102. — Manifestum est nullam consonam locis homericis requiri, quum in versus clausula est θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι Φ 281, ε 312, ω 34.

R. ἐρ εἴρ-ω sero, necto, colligo.

A consona quadam hoc verbum græcum olim incepisse certissime demonstratur figuris ἤ-ειρ-ε Κ 499, ἐ-ερ-μένο-ς σ 296, ἔ-ερ-το ο 460. Contra figuram ἤειρ-α-ν 'sublevarunt' Ω 590 ad verbum ἀείρω 'tollo' referendam esse præteriens commemoro. Satis apparet gr. εἴρ-ω coniungendum esse cum gr. σειρ-ά funis, lat. *ser-o*, *ser-tu-m* (Curtius Etym. 330), sed, num figura ἤ-ειρ-ε posita radice σερ iustam acceperit explicationem, sane potest dubitari, quum nullo alio verbo, quod sciam, comprobatum sit solam dentalem spirantem ad vocalem antecedentem producendam valuisse, cf. εἱπ-ό-μην εἶχ-ο-ν al. Ac si in hac figura alia viguerit consona, illam etiam figuris ἐ-ερ-μένο-ς ἔ-ερ-το adhæsisse sumamus oportet. Cognoscimus quidem radicem quandam *svar* in slavicis nonnullis vocibus, quibuscum sine dubio conferenda sunt compluria græca vocabula ut ἀ-είρ-ω tollo pro *ἀ-σϝέρ-jω, ἠ-ερ-έ-θ-ονται suspensi sunt Β 448, hom. μετ-ήορο-ς att. μετ-έωρο-ς sublatus, sublimis al. (Curtius 330 fin. et sq.), sed quum in illis inveniamus vim tollendi sublevandi, illam radicem ab iis, de quibus hic agimus, vocibus, quæ vim serendi nectendi colligandi præ se ferunt, potius seiungimus. Neque e sscr. vocibus, quas ad hanc significationem accedentes attulit Curtius, radicem *svar* licet coniicere. Quod si re vera fuerit radix *svar* 'serere, nectere', illa videtur in varias figuras græcas σερ et ϝερ abiisse, ut a rad. **svar* 'splendere' profectæ sunt gr. figuræ σερ σελ ϝελ, cf. Curtius Etym. 503 et infra s. v. Ἑλένη. Tum inter

lat. *ser-o* et gr. **Ϝείρ-ω* eadem intercedit ratio atque inter lat. *se sex* et gr. *Ϝέ Ϝέξ*. Quæ quum ita sint, sola figura *ἤ-ειρ-ε* *K* 499 adducimur, ut radice *σερ* omissa novam radicis figuram investigandam esse censeamus. Cf. Ebel, Kuhn's Zschr. IV 171. Figuram *ἤειρε* præteriit Curtius Temp. u. Modi 137. — Si figuræ *ἐ-ερ-μένο-ς ἔ-ερ-το* reduplicatione radicis a consona incipientis sunt ortæ, annotandum est ante eas traditum esse *ν ἐφ.* nom. *σ* 296, (h. ι 104), *ο* 460. Figura *ἤειρε* autem, quam consonam initialem olim habuisse nulla ratione licet sumere, particulam *δέ* elisione minutam excipit *K* 499.

R. **ερ* *ἀπό-ερ-σ-ε* abripuit.

De origine huius verbi magna est inter doctos viros et dissensio et dubitatio. Ut aliorum opiniones silentio prætercam, neque cum *Ϝέρρειν* 'infelici auspicio abire' (Pott I² 238, Curtius Etym. 323) neque cum lat. *verrere* (Pott II² 596), si significationem respicimus, bene concinere videtur. Melius fortasse comparatur cum gr. *ἀπ-αυρ-ά-ω*, si quidem illud est pro **ἀπο-α-Ϝερ-ά-ω*, quod tamen nequaquam est demonstratum. Suffixa consona *σ* tempori aoristo debetur, cf. *κύρσας, ἔλσαι* al. (Kühner Ausf. Gram. I 621). A consona quadam hanc radicem incepisse certissime efficitur et elisione præpositionis *ἀπο-* non facta *Z* 348 *κῦμ' ἀπό-ερσε* (cf. *ἀπό-ερσον* Nicandri Ther. 110) et ex eo, quod vocalis *ο* duobus locis in medio vocabulo producitur, qua re statuendum est illam consonam in carminibus componendis etiam tum viguisse. Ac quum talem productionem nisi insequente digammo non inveniamus, veri simillimum est in hoc quoque verbo digamma et olim fuisse et a poeta esse pronuntiatum. Sunt autem illi loci hi: *Φ* 283 *ὅν ῥά τ' ἔναυλος ἀπō-έρσῃ χειμῶνι περῶντα* et *Φ* 329 *μή μιν ἀπō-έρσειε μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.*

ἦνοψ fulgens, splendidus.

Quum et schol. V ad *Π* 408 et schol. B V ad *κ* 360 et Apollonius et Suidas 1676 B, 1242 A et auctor Et. Mg. 432 36 in hac significatione voci *ἦνοψ* tribuenda conspirent omnes per adi. *λαμπρός διαυγής* vel subst. *λαμπρότης* explicantes (cf. etiam schol. A ad *Σ* 349), haud scio an hos potius auctores sequamur quam alios schol. ad priorem Iliadis locum, qui huic verbo vim sonantis *ἐμφώνου* addiderunt. Et omnino per se ipsa probabilis est illa significatio atque hac aptior iis præsertim locis, ubi legitur hæc vox, et

aliis collatis homericis epithetis etiam probabilior, quum *χαλκός* ab Homero imprimis tum fulgens dicatur, ut *ἐρυθρός φαεινός αἴθοψ νῶροψ εἴκελος αὐγῇ* (*X* 134), tum durus acer secans sim., ut *ἀτειρής ὀξύς ταναήκης ταμεσίχρως ψυχρός σμερδαλέος νηλεής*, nusquam vero sonans vel simile quid appelletur: cf. Schulze, hom. Epitheta (Magdeburg 1851) p. 61. Hesychius utramque vim præbet explicans *ἤνοπα· λαμπρόν. πάνυ ἔνηχον. διαφανῆ*. Quas novas huius ætatis viri protulerunt significationes, ut Benfey I 272 '*ἠεροειδής*', Doederlinius hom. Gl. 230 'curvatus *κοῖλος*', Düntzer, Kuhn's Zschr. XIII 12, 'vollendet tüchtig trefflich', eas hic prætereo, quum neque accipi possint eorum interpretationes et in illa ab antiquis tradita permanendum esse censeam. Hæc hactenus. Iam de origine quæramus. De ea nihil certi habemus, quod si haberemus, ex ea quasi e fonte significationem hauriendam esse apparet. A consona quadam verbum *ἤνοψ* antiquitus incepisse e locis homericis haud temere statuimus. Sed ultra nihil provenimus. Frustra Goebel, Untersuch. üb. Wurzel *ἀν* (Münster 1861) p. 17, radici *van* splendendi vim studet conciliare. Schenkl autem, Zschr. f. öst. Gymn. 1864 p. 343 sq., cum rad. **vas* sscr. *ush* urere, illucescere (de aurora, Westergaard), lat. *us ur-ere* hanc vocem coniungit nomen quoddam **vas-na* 'splendor' assumens, quæ quidem coniectura non prorsus repudianda videtur. Digamma huic voci attribuerunt Heyne Hoffmann Bekker al. — *ἤνοψ* tribus modo locis est, qui omnes consonam initialem requirunt. *Producitur* enim *part. καί* in quarta arsi *Π* 408 *ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ,* atque in eadem versus sede antecedente semiseptenaria *hiatus* invenitur *Σ* 349 *αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ,* qui versus recurrit *κ* 360. — De nom. pr. *Ἤνοψ* nihil possumus concludere, quum hiatus non efficiat nisi in cæsura bucolica *Π* 401, *Ψ* 634; ceterum est in initio versus *Ξ* 445. A nomine *Ἠνοπίδης* incipit versus *Ξ* 444. Fortasse hic addendum est nomen *Ἠνιοπεύς*, si quidem hoc quoque ad eandem radicem pertinet, diphthongum *ου* in quarta arsi productam excipere *Θ* 120, e qua productione nihil de initiali consona potest constitui.

ἦρα '*χάριν*'.

Ab Antimacho et Aristarcho, qui *Α* 572 *ἐπίηρα* scripserunt (Hesych. s. v. *ἐπίηρα*, schol. A ad h. l., Lehrs Aristarch. 111), iam Herodianus videtur dissensisse, cf. La Roche Textkr. 257. Et Hesychius nobis tradidit *ἦρα* quum aliis modis explicatum tum voci-

bus *χάριν, βοήθειαν* diserte homericum locum *A* 578 afferens. Uberius de hac re disputavit Buttmannus, qui Lexil. I 152 *ἐπὶ ἦρα*, non *ἐπίηρα, φέρειν* scribendum esse censet, quum *ἦρα* pro substantivo potius quam pro adiectivo accipiendum sit aliisque homericis locis a præp. *ἐπί* interpositis vocabulis sit seiunctum. Atque sive *ἐπίηρα* scribimus sive, quod magis probatur, *ἐπὶ ἦρα*, apparet illo hiatu consonam vetustiorem indicari, id quod duplicatis *ἐπί-ηρος* (*ἐπίηρον γέρας* Lesches fr. Hom. 56, cf. Hesych. *ἐπίηρος· βοηθός. χάριν ἀποδιδούς*) et *ἐπι-ήρανος* 'gratus' τ 343 confirmatur. Sed de etymo huius vocis nihil constat. Aliorum interpretationes (cf. Seiler Wörterb. s. h. v.) hic omitto, quum nihil veri simile in iis insit. Num vero cum sscr. *vara-s* adi. 'eximius, egregius', subst. 'electio, beneficium, donum' a rad. *var* 'eligere' coniungendum sit, dubitat Pott Ww. II 1 616, præsertim si cum Herodiano aliis censemus *ἦρα* a nomine quodam *ἦρ* ductum accus. sing. vices sustinere. A digammo hanc vocem olim incepisse coniecerunt Thiersch Gram. 233, Peters dig. 20, Hoffmann § 130, ascripsit consonam Bekkerus. — Iam ad locos homericos venimus. Duo sunt in fine secundi pedis *hiatus A* 572 *μητρὶ φίλῃ ἐπὶ ἦρα φέρων κτλ.* et *A* 578 *πατρὶ φίλῳ ἐπὶ ἦρα φέρειν Διὶ κτλ.* Vix quicquam eo demonstratur, quod diphthongus *ῳ* nominis *Ἴρῳ* in secunda arsi producitur σ 56, cf. Hoffmann § 48 2. Mitto productam in prima arsi eandem diphthongum *Ξ* 132. Tum firmior vocalis *ι* dat. sing. tert. decl. antecedit γ 164 et π 375 verbum *ἦμῖν*.

Ἥρη, Ἡρα-κλέης, Ἡρακλήε-ιο-ς, Ἡρακλεί-δη-ς n. pr.

Ex hiatu homerico *πότνια Ἥρη* de digammo coniecerunt Heyne, Thiersch Gram. § 158, alii; sequitur Bekkerus. De origine nominis *Ἥρη* quamquam multum est disputatum, comprobatum est tamen nihil: cf. M. Müller Essays II (Leipzig 1869) p. 159 et Pott Ww. I 305.

Ἥρη hiatum non efficit nisi in notissima illa versus clausula *πότνια Ἥρη* (cf. *πότνι' Ἐνυώ E* 592), quæ est *A* 551, 568, *Δ* 50, *Θ* 198, 218, 471, *N* 826, *Ξ* 159, 197, 222, 263, 300, 329, *O* 34, 49, 83, 100, 149, *Π* 439, *Σ* 239, 357, 360, *T* 106, *Υ* 309, δ 513. Addo v. l. *O* 92. — Antecedit *ν* ἐφ. verb. *E* 731, longæ syllabæ in consonas exeuntes *B* 156, *Θ* 426, *O* 13, *Φ* 384; tum est hoc nomen in initio versuum *A* 400, 519, 523, 545, *B* 15, 32, 69, *Δ* 8, 24, *E* 721, 748, 893, 908, *Θ* 209, 382, 392, 407, [421,] 461, *A* 271, *Ξ* 153, 194, 225, 243, 292, 298, 313, 342, 360, *O* 90, 143, 214, *Π* 432,

Σ 184, T 97, 114, Υ 33, 70, 133, Φ 328, 369, Ω 65, 101, υ 70. — Qui restant loci consonam non ferunt. Primum afferamus nonnullas dicendi formulas: λευκώλενος Ἥρη est A 55, 195, 208, 595, E 711, 755, 767, 775, 784, Θ 350, 381, 484, Ξ 277, O 78, 92, 130, T 407, Φ 377, 418, 434, 512, Ω 55, λευκώλενον Ἥρην Υ 112, λευκωλένῳ Ἥρῃ A 572 (v. l. Bk.), χρυσόθρονος Ἥρη A 611, χρυσοθρόνου Ἥρης O 5, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης H 411, K 329, N 154, Π 88, Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη Δ 20, E 418, Θ 444, 447, 457, I 254, Λ 45. Reliqui repugnantes loci sunt A 536, Δ 5, E 392, 832, K 5, O 14, Σ 119, 168, 356, Φ 6, 367. Ω 25, [λ 604,] μ 72. — Quæ quum ita sint, recte videtur Hoffmannus I 93 coniecisse hiatum illum πότνια Ἥρη ex antiquiore quadam poesi ad Homerum pervenisse. — — In hymnis illud πότνια Ἥρη recurrit h. II 131, 154, 170, 175. Obstat h. II 129.

Ἡρακλέης. Nihil efficit Υ 145. Mitto O 25, Σ 117, Ξ 266. Repugnant Ξ 324, ϑ 224, λ 267, φ 26. — Ἡρακληείη excipit vocem βίη A 690, figuram βίῃ B 658, O 640, tum βίης B 666, βίην E 638, T 98, λ 91. — Ἡρακλείδης vocem δύω in semiquinaria cæsura subsequitur B 679. Obstant B 653, E 628.

ἠρίον bustum.

De hoc verbo nihil prorsus habeo quod dicam. Digamma in hoc quoque vocabulo coniecisse Benfeium I 316, Meyerum vgl. Gram. I 78, Petersium dig. 20, nihil attinet afferre. — Consona initialis durissimo *hiatu* videtur demonstrari, qui est in fine tertii pedis post semiquinariam cæsuram Ψ 126 φράσσατο Πατρόκλῳ μέγα ἠρίον ἠδὲ οἷ αὐτῷ.

Ἰάνασσα n. pr.

A digammo fortasse hoc nomen olim incepit, si quidem reduplicatione quadam e voce *ϝάνασσα 'regina' est ortum. Ad vocem Ἴς 'vis' id referri (Savelsberg dig. 27, Peters dig. 18) et brevis vocalis vetat et stirps Ἰν-. — Consonam initialem nominis Ἰάνασσα requirere videtur locus Σ 47 ἔνθα δ' ἔην Κλυμένη Ἰάνειρά τε καὶ Ἰάνασσα, ubi levissima illa particula καί producta legitur. Proximo tamen versu 46 est Καλλ-ιάνασσα.

Ἶλ-ο-ς n. pr. 1) Dardani filius, 2) Trois filius, 3) Mermeri filius, *Ἰλή-ιο-ς* ad Ilum pertinens, *Ἴλ-ιο-ς Ἴλ-ιο-ν* n. pr. urbis troianæ, *Ἰλιον-εύ-ς* n. pr., troianus quidam.

Hæc nomina consona quadam initiali olim instructa fuisse quum homericis locis haud paucis, quos infra afferam, demonstratur tum duplicato illo vocabulo *Κακο-ίλιος* τ 260, 597, ψ 19. Sed digamma hanc consonam fuisse, non comprobatum est. Nam *Ὀιλεύς Ὀιλιάδης*, quæ Zenodotus pro *Ἰλεύς Ἰλιάδης* scripsit (La Roche, Textkr. 322), quæque Curtius Etym. 523 e figuris **Fιλεύς *Fιλιάδης* orta esse existimans cum *Fίλη* 'turba' coniungit, cum his, quæ supra attuli, nominibus tantum non omnibus troianis vel troianorum propriis confundere temerarium videtur. Fieri quidem potest, ut ad eandem rad. *Fελ* urgere, *εἴλ-αρ* propugnaculum al. (cf. p. 72) hæc sint referenda, si licet ea explicare *Ἶλος* propugnator, defensor, *Ἴλιος* propugnaculum, sed quum digamma in his vocibus frequentissime commemoratis a nullo scriptore sit traditum vel nulla immutatione consonæ ex antiquitate appareat neque certa alienæ vocis comparatione sit comprobatum, hæc nomina in hoc capite tractare malui quam inter digammata verba referre. Longiore oratione O. Meyer Quæst. 12 sqq. nomen *Ἴλιος* cum sscr. verbo *vilu*, quod firmum locum, arcem reddit, comparat. Quid huic comparationi tribuendum sit, non diiudicabo. Præterea digamma in his nominibus quum alii sumpserunt tum Curtius Etym. 113 et Schulgr. § 34, ascripsit Bekkerus. Iam ad homerica loca examinanda transeamus.

Ἶλος. Nullus locus consonam initialem requirit. Excipit enim hoc nomen firmiorem vocalem ι dat. sing. tert. decl. *Κ* 415, vocem *παρέξ* *Ω* 349, et est in initio versuum *Λ* 372, *Υ* 232, 236. — Aspernantur consonam duo loci: *Λ* 166 (*οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα*) et *α* 259 (*παρ' Ἴλου Μερμερίδαο*). — *Ἰλήιος* brevem syllabam ultimam verbi *πεδίον* in semiquinaria cæsura productam subsequitur *Φ* 558.

Ἴλιος Ἴλιον Ἰλιόθεν Ἰλιόθι. Consonam quandam initialem has voces in carminibus homericis componendis etiam tum servasse certo statuimus 1) ex eo, quod ante eas *producuntur* hæc vocabula vel hæ terminationes: *a*) *part.* *καί* in tertia arsi *Ζ* 478 *ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν,* — *b*) *adv.* *οὔπω* in quarta arsi *Υ* 216 *ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρή,* — *c*) *pron. relat.* nom. plur. *οἳ* in tertia arsi post semiquinariam *Θ* 495 *ἀνδρῶν ἐμπλήσας οἳ Ἴλιον ἐξαλάπαξαν,* — *d*) *terminatio* *ῃ*, quæ est tertiæ personæ coniunctivi activi, in quarta arsi (cf. Hoffmann § 59 1) *ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή* *Δ* 164, *Ζ* 448, *ἀπόσχῃ Ἰλίου ἱρῆς* *Ζ* 96, 277; — 2) ex

his *hiatibus*, qui omnes fere post præpositiones fiunt ob eamque causam minime ferendi sunt, *a*) in fine pedis tertii præeunte semiquinaria *ὅτι Ἴλιον* *E* 210, *Z* 461, *β* 172, *σ* 252, *τ* 125, *κατὰ Ἴλιον* *Θ* 131, *ὑπὸ Ἴλιον* *Ψ* 297, *προτὶ* (*ποτὶ*) *Ἴλιον* *Γ* 305, 313, *Z* 113, *Θ* 295, 499, *M* 115, *N* 724, *Ξ* 46, *Π* 92, *P* 396, *Σ* 174, *T* 156, *Φ* 561, *ψ* 64, *Ω* 330, — *b*) in fine pedis quarti post semiseptenariam *ὑπὸ Ἴλιον* *B* 216, 249[1], 492, 673, *προτὶ Ἴλιον* *H* 82, 413, 429, *N* 657, *P* 193, — *c*) in fine primi pedis *Φ* 295 *πρὶν κατὰ Ἰλιόφι κλυτὰ τείχεα λαὸν ἐέλσαι*: de hoc tamen loco paulum dubito, quum vocabulum inter præpositionem nomenque ab ea pendens interiectum forsitan artum illud quasi vinculum, quo hæc verba inter se continentur, dissolverit: falso Hoffmann II 29 locum transcripsit. — Mitto hos in bucolica cæsura hiatus *Δ* 46, 416, *Z* 403, *Θ* 551, 561, *K* 12, *P* 159, 163, *Φ* 442, 515, *Ω* 27, 383, *ϑ* 581. Tum hæc vox excipit firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. *Ω* 145, vocabulum *πρίν*, quod constat ancipiti quantitate uti, *X* 17, præpositiones *ἐξ* *B* 230, *Ω* 349, *εἰς* *A* 196, 230, *N* 175, *O* 169, 550, *Ω* 143, *λ* 86, *ϱ* 293, *ν ἐφ.* verb. *E* 648, *Ξ* 251, *ν ἐφ.* nom. *Σ* 58, 439, *τ* 182, 193, longam syllabam in consonam exeuntem *A* 71. Denique est in initio versuum *B* 113, 133, 288, *Δ* 33, *E* 551, 642, 716, *Z* 60, 74, *H* 20, 31, *Θ* 288, *I* 20, 49, 402, 419, 686, *N* 380, 717, 773, *O* 66, 71, 215, 558, *Π* 576, *P* 320, 328, 337, *Σ* 327, *Φ* 104, 433, 588, *X* 6, 411, *Ω* 620, *β* 18, *ι* 39, *κ* 15, *λ* 169, 372, *ξ* 71, *ω* 117. — Iam qui consonam initialem aspernantur loci sunt hi: *E* 204 *πεζὸς ἐς Ἴλιον*, *Z* 386 *μέγαν Ἰλίου*, 493 *πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν* (*πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοί* Hoffm. Bk.), *H* 345 *γένετ' Ἰλίου*, *N* 349 *Ἀχαιικὸν Ἰλιόθι πρό*, *P* 145 *σὺν λαοῖσι, τοὶ Ἰλίῳ* (*λαοῖς, τοὶ Ἰλίῳ* Hoffm., *λαοῖς οἳ* Bk.), *Σ* 270 *ἀφίξεται Ἴλιον ἱρήν*, *Φ* 81 et 156 *ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα* (*ὅτε* Bentl. Bk.), 128 *κιχείομεν Ἰλίου ἱρῆς*, *Ω* 67 *οἳ ἐν Ἰλίῳ*, *ϑ* 578 *ἠδ' Ἰλίου* (*καί* Bk., *ἢ ἰλίου* cod. L apud LR.), *ξ* 238 *ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον* (*ἡγήσασθ' ἐς* Bk.), *ϱ* 104 *ἅμ' Ἀτρεΐδῃσιν ἐς Ἴλιον* (*Ἀτρεΐδῃς ἐς* Bk., cf. *B* 249). Neminem fugit nusquam præpositionem ullam earum, quæ in vocales exeunt, ante *Ἴλιος* elisionem pati. — — Ex h. IV 280 accedit hiatus in fine pedis tertii *ποτὶ Ἴλιον*.

Ἰλιονεύς. Nihil probat diphthongus *ου* in quarta arsi producta *ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος* *Ξ* 501; præterea *ν ἐφ.* verb. antecedit *Ξ* 489, 492.

---

[1]) Gravior in hoc versu est cæsura semiseptenaria, quippe qui tertii pedis cæsura prorsus careat.

οἴγ-νυ-μι aperio, recludo.

Consonam initialem et hiatus prodit, qui est in duplicato *ἀνα-οίγεσκον* *Ω* 455, et augmenti genus, quod in figuris *ἀν-έ-ῳγ-ε-ν* *Π* 221, *Ω* 228, h. III 247, *ἀν-έ-ῳξε* *κ* 389 LR., aliis (cf. Kühner Ausf. Gram. I 875 sq.) conspicimus. Sed origini huius verbi densa quasi caligo est offusa. — Loci homerici tantum abest ut consonam servaverint, ut abiectam esse certissime demonstrent figuræ *ὠΐγνυντο* (*πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι κτλ.*) *Β* 809, *Θ* 58, *ὤϊξε* *Ζ* 298, *Ω* 446, *α* 436, *γ* 392, *κ* 230, 256, 312, *χ* 399, *ὤϊξαν* *ψ* 370, *ω* 501, *ᾦξε* *Ω* 457, *ἀν-ῷγεν* *Ξ* 168. Ceterum *οἴξασα* est in initio versus *Ζ* 89.

ὦλκ-α sulcu-m.

Apparent in hoc verbo consonæ initialis vestigia haud dubia. Mitto figuram vocali *ι* prosthetica auctam, quæ et ab Hesychio (*ἰῶλκα* [*ἰολκά* cod.]· *αὔλακα*) et a Suida (*ἰῶλκα καὶ ὦλκα· τὴν αὔλακα*) nobis est tradita. Videtur enim hæc vocalis etiam vocibus a vocalibus literis incipientibus nonnumquam præfigi. Etiam mitto gl. Hesych. *γόλλακα· λάκκον*, quum explicatio fortasse alio ducat. Sed ad hanc causam diiudicandam duplicatum illud *ὁμο-αύλακες* Et. Mg. 625 37 plurimum valere negari non potest. Accedunt testimonia metrica ex Hesiodo et Homero repetita. Hesiod. Op. 439 legitur *οὐκ ἄν τοί γ' ἐρίσαντ' ἐν αὔλακι κὰμ μὲν ἄροτρον* (est v. l. *ἐρίσαντες*, sed *ἐρίσαντε*[1]) legit Suidas 1594 B) et v. 443 in hæc verba exit *ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι*. Producuntur igitur ante verbum *αὖλαξ* breves syllabæ illic in tertia arsi, hic in quarta. De homerico loco *Ν* 707 infra dicam. Hiatum homericum quodam modo imitatus est Apollonius Argon. *Γ* 1333 (*κατα ὤλκας ἀρότρου*). Si de origine huius vocis quærimus, sine dubio ad rad. *ϝελκ* (p. 79) referenda est, sin quærimus, quanam ratione ortæ sint variæ figuræ hesiod. *αὖλαξ*, dor. *ὦλαξ*, hom. *ὦλξ*, att. *ἄλοξ*, vix Curtius Etym. 131 verum invenit, quum certissima consonæ initialis vestigia hæc vox præbeat. Rem in medio relinquo. — Est hæc vox in durissimo *hiatu* *Ν* 707 *ἱεμένω κατὰ ὦλκα· τεμεῖ δέ τε τέλσον ἀρούρης*. Nihil autem efficit *σ* 375, ubi antecedit particula *εἰ* in secunda arsi producta, cf. Hoffmann § 52 4.

---

[1]) Fortasse tamen non ex hoc loco de consona initiali licet coniicere, sed hiatus in trochaica pedis tertii cæsura sumendus est. Maximi autem sunt momenti alter locus hesiodeus et homericus locus.

In harum vocum numerum etiam eas retuli, quas consonas initiales olim habuisse nisi ex homericis hiatibus vel productionibus illicitis demonstratum non sit, sive complures loci consonam requirunt sive nihil fere obstat; quamquam fieri potest, ut in hac vel illa voce nulla consona sumenda sit, sed in salebris metricis sit acquiescendum. Sunt hæ: *ἀραιός* (requirunt consonam 3 loci, duo similes — obstat nihil), *ἔθειραι* (requ. 4 loci, duo similes — obstat unus locus), *ἦνοψ* (requ. 3 loci, duo similes — obstat nihil), *Ἥρη* (requ. 25 loci, omnes similes — obstant plurimi), *ἠρίον* (requ. unus hiatus — nihil obstat), *Ἰάνασσα* (unus locus requ. — obstat duplicatum).

Iam ad eas voces venimus, quæ utrum a consona quadam olim inceperint necne, ambiguum videtur, quum neque aliunde certa exstent testimonia neque loci homerici ad consonam amissam demonstrandam sufficiant. Plurimis harum vocum digamma attribuerunt docti viri: addo nonnullas, in quibus aut ex etymologia incerta illa quidem de digammo initiali suspicari possumus aut homerici loci sunt qui consona indigere videantur, etsi plurimi loci eam respuunt (*εὕδω, ἤπιος*).

ἀρη-μένο-ς afflictus, oppressus.

Patet nihil de digammo huius verbi effici collato adiectivo *βαρύς* (Thiersch Gram. § 232 24, Peters dig. 18). Neque locis homericis consona initialis demonstratur: excipit enim hoc verbum diphthongum nominum firmiorem *ῳ* in tertia thesi productam *ζ* 2 et *λ* 136, tum vocabulum *δύῃ* in eadem versus sede productum *σ* 53, vocem *μεγάροις* *Σ* 435, denique *ι* 403 nomen *Πολύφημ'* elisione minutum.

ἄρσην (st. *ἀρσ-εν-*) masculus.

Ad sscr. rad. *arsh* 'irrigare semine', *ṛsha-bha-s*, taurus, zend. *arshan* vir, masculus hanc vocem retulit Curtius Etym. 319. Bopp vero (Gl. 372) cum sscr. rad. *varsh vṛsh* 'irrigare semine', *vṛsh-a-s* taurus, *vṛsh-aṇa-s* testiculus, lat. *verre-s* sus masculus eam confert. Uter meliore iure contulerit, non diiudicabo. Nullum quidem spirantis consonæ vestigium in græca lingua cognovi, neque tamen hoc rem decernere potest. — *ἄρσην* hiatum non efficit nisi in bucolica cæsura *ι* 438; tum excipit longam vocem *βοῦν* *τ* 420 et est in initio versuum *Η* 315, *ι* 425. — Reliqui loci consonam initialem

prorsus aspernantur; sunt autem *Θ* 7, *M* 451, *Υ* 495 (mitto mutationem facillimam *βοῦς*), *Ψ* 377, *ι* 238, *ν* 81, *ξ* 16. — — Obstant etiam h. III 494, h. XXXI 14.

Ἐνετοί n. pr.

Ab hoc populo in Paphlagonia olim domicilia habente ortos esse *Venetos* Italiæ populum auctore Plinio Nat. hist. VI 2, 5 narravit Cornelius Nepos 'cognomines' illorum hos appellans, et Terentianus Maurus de æolico usu digammi præfigendi disserens nominatim dicit v. 655 'quos Homerus dixit *Ἐνετούς*, ille Venetos autumat'. Si recte coniungenda sunt hæc nomina, observanda est lectio *Ἑνετοί*, qua figura spiritu aspero instructa usus est Strabo XIII C 61, 150, 212, 608 (Kramer). De ipsa re ab antiquis commemorata cf. Strabo XIII 608 et 212. — Est hoc nomen apud Homerum uno loco *B* 852 post præp. *ἐξ*.

ἐρ-έ-ω quæro, interrogo, *ἐρ-έ-ο-μαι* *εἴρ-ο-μαι* interrogo, *ἐρε-είν-ω* exquiro, *εἰρ-ωτά-ω* interrogo.

Præeunte Curtio Etym. 321 hæc verba a rad. *Ϝερ* *εἴρ-ω* 'loquor, dico' (p. 89) seiunxi, quum prorsus aliam hæc præbeant significationem, quæ in quærendo vestigando exquirendo interrogando est collocanda, ut apparet e locis *τὰς* (*ἵππους*) *ἐρέων* *φ* 31 i. e. *διζήμενος* ib. 22, *ἐρέων* *Ἀργείων* *γενεήν* *H* 128 'exquirens', *ἐρείομεν* *A* 62 'interrogemus'. Accedit quod, quum verbum (*Ϝ*)*εἴρω* (fut. (*Ϝ*)*ἐρέω*) quinquaginta locis digamma requirere videtur et tribus modo locis aspernari, hæc verba nusquam consona indigent, plurimis autem locis eam non admittunt, id quod neque Heynium Exc. III ad *T* p. 751 neque Hoffmannum II 49 fugit. Frustra hanc sententiam impugnat Peters dig. 12. Neque e græca lingua consona quædam horum verborum initialis est demonstrata, neque de origine eorum vel radice e cognatis linguis quicquam compertum habemus. — *ἐρέω* longas syllabas in consonas exeuntes subsequitur *H* 128, *δ* 192, *λ* 229, *φ* 31; consonæ initiali obstat *A* 62. *Duplicatum* *ἐξ-ερέω* est *γ* 116 al. — *ἐρέομαι* (*ἠρόμην*) firmiorem vocalem termin. gen. sing. *οιο* excipit *α* 135, 405, *γ* 77, longam syllabam in consonam desinentem *δ* 192; obstant vero *A* 332, *Θ* 445, *I* 671, *A* 611, *γ* 69, 243, *δ* 133, *ζ* 298, *κ* 63, 109, *ξ* 378, *ο* 362, *π* 465, *ϱ* 509, *ψ* 106, (h. III 404). Nil curo *duplicata* *ἐξ-ερέομαι* *α* 416 al., *διεξ-ερέομαι* *K* 432. — *εἴρομαι*. Nihil probant longæ vocales vel diphthongi in thesibus productæ *δ* 61, *ι* 503, *λ* 542, *τ* 46, 95; de-

inde antecedit ν ἐφ. verb. ι 251, pron. ἐγών τ 104, 509, longæ syllabæ in consonas exeuntes Κ 416, δ 423, η 237, λ 570, π 402, (h. V 121); tum est hoc verbum in initio versuum Ζ 239, γ 80, ι 13, ρ 120; repugnant hi loci: Α 513, 553, Η 127, Ο 247, Ω 390, α 188, 284, ϑ 549, ι 402, ο 263, π 137, ρ 368, 571, υ 137, ω 114, 474, (h. IV 281, h. V 63). Accedunt *duplicata* ἀν-είρομαι Γ 177, α 231 al., δι-είρομαι Α 550, δ 492 al. Mitto ἐξ-είρετο Ε 756, ν 127 al. — ἐρεείνω. Manifestum est nihil ex eo effici, quod breves syllabæ in consonas exeuntes producuntur in semiternaria cæsura Ζ 176 atque in semiseptenaria δ 137. Tum longæ syllabæ in consonas desinentes antecedunt Γ 191, 225, Ζ 145, Κ 558, Φ 153, ω 262, 281, his autem locis vocabula elisione minuta: α 220, ε 85, η 31, λ 234, ρ 305, τ 42, υ 190, ψ 365. *Duplicatum* ἐξ-ερεείνω est Ι 672, κ 14 al. — εἰρωτάω est in initio versuum ε 97, ο 423, (h. III 464) atque excipit vocem κύκλωψ ι 364, pronom. μέ autem elisione minutum δ 347, ρ 138. Accedit *duplicatum* ἀν-ειρωτάω δ 251 (ἀν-ηρώτων).

ἐτώσιο-ς irritus, vanus.

Neque accipi potest ea sententia, quam proposuit Autenrieth, Ameis χ 256 Anhang, neque aliam probabilem huius vocis interpretationem cognovimus. Digamma ei attribuerunt Heyne Exc. III ad Τ p. 752, Thiersch Gram. 157 6, La Roche Ilias Einleit. p. XXVI: ascripsit, ubi potuit, Bekkerus. At non etymologicæ solum huic docto viro deerant ascribendi rationes, sed etiam, ni fallor, metricæ. Efficit enim vox ἐτώσιος duobus modo locis hiatus et eos quidem in cæsura tertii pedis trochaica χ 256 ἱέμενοι· τὰ δὲ πάντα ἐτώσια θῆκεν Ἀθήνη et ib. 273 ἱέμενοι· τὰ δὲ πολλὰ ἐτώσια θῆκεν Ἀθήνη. Quod gravior antecedit semiternaria, huic rei non nimium tribuendum est: cf. quum alii loci ut Γ 376, Ε 388 tum Ζ 501, in quo versu semiternariam cæsuram maiore vi proferendam esse producto brevi vocabulo μίν demonstratur. Deinde vox ἐτώσιος excipit firmiorem vocalem υ Ξ 407, Χ 292, terminationem gen. sing. οιο Ε 854, ν ἐφ. nom. Γ 368, Ρ 633, Σ 104. Tum antecedit part. δέ elisione minuta ω 283 — et h. V 309 verbum λευκόν ultimam syllabam correptam retinens. Quæ quum ita sint, audacius ex illis hiatibus de consona quadam initiali in hac voce coniicimus.

εὕδω dormio.

Consideranti mihi duos locos Ξ 358 et υ 109 in mentem venit,

num etiam in hoc verbo initialis olim fuerit consona. Aliis tamen homericis locis collatis nihil firmata est illa sententia. Neque ex etymologia quicquam subsidii ei accepimus. Mittenda enim videtur explicatio Ahrensii Dial. I 25, si quidem recte verbum ἰαύω interpretatus est Curtius Etym. 361. Neque duplicatum ullum vocabulum memoriam consonæ, si olim re vera adfuit, servavit. At requirere illam consonam videntur et hiatus, qui in fine pedis quinti est Ξ 358 ὄφρ' ἔτι εὕδει, et productio in secunda arsi durior υ 109 αἱ μὲν ἄρ' ἄλλαι εὗδον, ἐπεὶ κατὰ πυρὸν ἄλεσσαν. Ceteri vero loci aut nihil probant aut consonam abnuunt. Diphthongus nom. ῃ producitur ξ 533, brevis syllaba in semiquinaria cæsura B 24. Antecedit ν ἐφ. adv. κέν γ 359, litera parag. pron. ἐγών ϑ 342, longæ syllabæ in consonas exeuntes I 663, Ω 675, ι 428, κ 548, σ 328. Porro ab hoc verbo incipiunt versus B 2, 19, 23, K 2, 152, 155, 300, Ξ 334, X 503, Ψ 69, Ω 678, δ 794, 804, η 288, ϑ 317, 337, 445, κ 12, λ 331, 374, ν 188, ξ 479, ο 5, 396, σ 189, ω 255. Aspernantur vero consonam hi loci: E 524, K 83, 386, 471, 474, Ξ 352, 482, Ω 363, 683, β 397, δ 405, λ 190, ν 134, ο 392, π 229. Accedunt duplicata ἐν-εύδειν γ 350, ἐν-εῦδεν υ 95, καϑ-εῦδε sim. A 611, δ 304, ζ 1, η 344, ϑ 313, υ 141. Quum igitur quindecim loci vel, si duplicata addimus, tres et viginti consonam non ferant, temerarium sine dubio erit, si ex duobus illis locis de consona initiali huius verbi statuemus.

ἦκ-α leniter, sedate, paululum, ἥκ-ιστο-ς lenissimus, lentissimus.

Plurimi scriptores in his verbis interpretandis laborarunt. Neque tamen, quo ex fonte haurienda sint, satis constat. Ac primum quidem de significatione adeamus veteres. ἦκα igitur Apollonius interpretatur πραέως, ἡσύχως, Hesychius πράως, ἡσύχως, auctor Et. Mg. 44, 29 et 424, 4 ἠρέμα, ἡσύχως, et verbum ἥκιστος Apollonius reddit ἐλάσσων, Hesychius βραδύτατος, auctor Et. Mg. ἐλάσσων, ἀσϑενής, ἄτεχνος, πάντων ἡττώμενος. In adiectivo ἥκιστος negligentis vim potius quam infirmi inesse puto. Nam lentitudine vel socordia cessans inferior evasit Meriones, cf. Pierron ad Ψ 531. Tum si de radice vel stirpe quærimus, fortasse non prorsus abnuenda est sententia Buttmanni, qui Lexil. I 15 comp. ἥσσων superl. ἥκιστος confert. Quod consonam initialem e duplicato ἀ-ήττητος (Thucyd. al.) coniicit, hoc valere quidem haud paulum non nego, sed sufficere vix puto, collatis ἄ-ορνος (Soph., Plutarch.) ἄ-οσμος

(Aristot.) al. Curtius Etym. 631 cum his verbis coniungit ἀκέων silens, (addo ἀκήν tacite), ἀκεῖσθαι sedare, mederi, al. atque dubitans cum his omnibus verbis comparat rad. ϝεκ ἑκ-ών volens, libens. Quid in his comparationibus sit veri, in medio relinquo. Et leviores aliorum opiniones silentio prætereo. Nihil igitur certi de consona initiali harum vocum possumus statuere. Tamen a digammo vocem ἦκα olim incepisse homericis locis sine dubio commoti coniecerunt Thiersch Gram. §§ 157 6 et 198 2, Longard Symbolæ ad doctr. de digammo (Bonnæ 1837) p. 24, Peters dig. 20, Kühner Ausf. Gram. I 85, La Roche Ilias Einleit. p. XXVI. Quos secutus digamma ascripsit Bekkerus. Sed levissimæ sunt vel prorsus nullæ huius sententiæ rationes metricæ. Nam quod ante verbum ἦκα diphthongus ultima adverbii αὐτοῦ in quarta arsi producitur ϱ 254 ὣς εἰπὼν τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ ἦκα κίοντας, id vix quicquam efficit, quum constet hanc diphthongum, ubi sit terminatio nominum, etiam in infirmioribus arsibus produci (cf. Hoffmann § 48 3), neque, quid ab hac terminatione differat terminatio adverbii, facile intellegatur: in eadem versus sede pronomen αὐτοῦ producitur η 70 (ἔκ τ' αὐτοῦ Ἀλκινόοιο), atque ipsum adverbium αὐτοῦ in prima arsi ultimam syllabam productam ostendit *Β* 332 (αὐτοῦ, εἰς ὅ κεν ἄστυ κτλ.). Etiam minoris est momenti hiatus, quem in cæsura bucolica efficit hoc verbum *Ω* 508 (ἀπώσατο ἦκα γέροντα). Tum longam syllabam in consonam exeuntem excipit *Σ* 596, et est in initio versuum *Γ* 155, *Υ* 440, *Ψ* 336, σ 94, υ 301. Accedit ut unus locus consonam prorsus respuat σ 92 ἦέ μιν ἦκ' ἐλάσειε κτλ., quem Bekkerus non integrum reliquit. — In hymnis mitto h. III 149. — ἥκιστος non est nisi in initio versus *Ψ* 531.

ἧλιξ æqualis, eiusdem ætatis σ 373, ἡλικ-ίη ætas *a*) æquales *Π* 808, *b*) provecta ætas *Χ* 419.

De significatione adi. ἥλικες, quod alii reddunt 'adulti', adeundus est schol., qui per vocem ὁμήλικες explicat: etiam compositio verborum ἥλικες ἰσοφόροι hanc interpretationem confirmat. Neque alia significatio huius vocis apud posteriores scriptores in usu erat. Contra ea constat vocem ἡλικία apud atticos maxime significasse adultam seu corroboratam ætatem, quæ vis a prima illa vi universa ætatis profecta est. De significatione hactenus. De origine iam quæramus. Benfey I 226 et Bopp Vgl. Gram. § 415 cum gr. ἧλιξ comparant sscr. *jâ-dṛç jâ-dṛça* qualis (relat.). Quin cum illo sscr. vocabulo coniungendum sit gr. ἡ-λίκο-ς, et sscr. pronominibus *tâ-dṛç*

tâ-dṛça 'talis' *kî-dṛç kî-dṛça* 'qualis' (interrog.) respondeant gr. *τη-λίκο-ς πη-λίκο-ς*, dubitari vix potest, sed quid sibi voluerit pron. relat. in voce *ἧλιξ*, non facile intellegitur. Arto tamen vinculo inter se contineri duo illa *ἧλιξ* et *ἡλίκος* veri simile est. Ac fortasse non contemnenda est gl. Hesych. *βαλικιώτης· συνέφηβος. Κρῆτες*, quacum conferamus att. *ἡλικιώτης* æqualis, et putandum est suffixum illud *-λικ(ο)* hic accessisse ad stirpem pron. tert. pers. **σϝε ϝε*, quam sententiam adumbravit Curtius Etym. 368. — Loci homerici consonam initialem non requirunt. *ἥλικες* est in initio versus *σ* 373 et *ἡλικίη* excipit vocabulum *πώς Χ* 419. Tum consonam aspernatur *Π* 808 (*Εὔφορβος, ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο*).

ἤπιο-ς mitis, propitius.

Quum de origine huius verbi nihil comprobatum sit neque aliunde ulla consonæ initialis testimonia subveniant, id tantum quod dicam habeo, me durioribus levissimorum vocabulorum productionibus, quæ ante hoc verbum fiunt, adductum id inter eas voces retulisse, quæ incerta præbent consonæ initialis vestigia. Producuntur enim particula *καί* in quarta arsi *β* 230 *μή τις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω*, qui versus recurrit *ε* 8, et pronomen *σοί* in eadem versus sede *κ* 337 *ὦ Κίρκη, πῶς γάρ με κέλεαι σοὶ ἤπιον εἶναι*. Singularis est hæc pronominis *σοί* productio, cf. p. 33. Reliqui loci aut nihil probant aut consonam aspernantur. Antecedit *ν ἐφ.* nom. *ο* 557, part. *ὥς Ω* 770, *β* 47, 234, *ο* 152; tum a verbo *ἤπιος* incipiunt versus *Δ* 361, *Π* 73, *Ψ* 281, *Ω* 775, *ξ* 139, *ο* 490, *υ* 327. Qui consonam non ferunt loci sunt *Δ* 218, *Θ* 40, *Λ* [515,] 830, *Χ* 184, *λ* 441, *ν* 314, 405, *ο* 39.

Ἰάνειρα n. pr.

Nihil de consona initiali concludi potest e loco *Σ* 47 *ἔνθα δ' ἔην Κλυμένη Ἰάνειρά τε καὶ Ἰάνασσα*. Obstant compositum *Καλλ-ιάνειρα Σ* 44 et h. V 421 (*τ' Ἰάνειρα*). Neque ex etymologia digamma vel alia consona initialis in hoc nomine est demonstrata. Sine causa igitur digamma ascripsit Bekkerus[1].

[1]) Etiam nomini *Ἴαιρα* digamma attribuit Peters dig. 18; sed consonam non admittit unus locus *Σ* 42 (*καὶ Μελίτη καὶ Ἴαιρα κτλ.*). Et manifestum est Petersium non intellexisse, quid dictum voluerit Hoffmann, quum dicit 'nomen *Ἴαιρα Σ* 42 digammo aperte egere', quæ verba ita accipienda sunt, ut significent nomen illud a digammo non incepisse.

Ἰάνθη n. pr.

Hoc nomen pro **Fι-άνθη* 'violæ flos' accipiendum esse suspicatur Curtius Etym. 523. Consonam initialem non recipit h. v 418, neque e loco Hesiod. Theog. 349 quicquam potest concludi.

ἰδέ et.

De origine huius vocabuli nihil constat. Forsitan veri simile quid in ea explicatione insit, ex qua id ad stirpem pron. relat. sscr. *ja-s jâ ja-t*, gr. *ὅ-ς ἥ ὅ* 'qui quæ quod' referentes cum got. part. *jah καί* comparamus. An a principe stirpe pron. demonstr. *i*, quam in lat. *i-s i-d* conspicimus, ducendum est? Hanc quæstionem hic omitto. A digammo illam particulam olim incepisse Hermannus, Orph. II 812, primus ex hiatibus et homericis et aliorum poetarum coniecit. Quam consonam ingeniosius quam verius comprobare studet Thiersch Gram. § 312 12, quum hanc particulam proprie nihil aliud esse dicit quam imperativum *ἴδε* 'vide'. — Nullus homericus locus consonam requirit. Nam quod brevis syllaba in consonam exiens producitur *Σ* 589 *σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς*, hoc nihil comprobari fatendum est nobis, si conferimus *K* 281, *Ψ* 74 alios locos supra p. 31 allatos. Longa vocalis verbi *ἀλειψαμένη* sua ipsius natura cæsuræque vi producitur in quinta thesi *Ξ* 175, cf. *Z* 388 et Hoffmann § 50 5. Tum hiatus in cæsura trochaica pedis tertii efficit hæc particula *E* 3, *Z* 469, *Ξ* 348, *γ* 10, *λ* 337, *σ* 249, *ψ* 289 (quorum locorum numerum Bekkerus auxit verbis *τ' ἠδέ* in *τε Fιδέ* mutatis *Δ* 147, *Θ* 162, *K* 573, *M* 311, *P* 534, *Φ* 351, *X* 469, *δ* 604, vel *Ἀντρῶνα Fιδέ* scribens pro *Ἀντρῶν' ἠδέ B* 697 vel *ᾤχοντο Fιδέ* pro *ᾤχοντ' ἠδέ Δ* 382); antecedit *ν ἐφ.* nom. *Γ* 194, *I* 658, *N* 432, *Ξ* 165, *Ω* 643, *ι* 186, *λ* 431, *ν ἐφ.* verb. *Δ* 15, *λ* 626, longæ syllabæ in consonas desinentes *T* 285, *σ* 161 (addo v. l. *θεοῖς ἰδέ* Bk. Ameis pro *θεοῖσι δέ* Spitzn. Dindorf *Γ* 318, *H* 177). Quinque loci consonam aspernantur *B* 511 (*ναῖον ἰδ'*), *E* 171 (*τόξον ἰδέ*), *Z* 4 (*Σιμόεντος ἰδέ*), *Ω* 166 (*δώματ' ἰδέ*), *χ* 341 (*κρητῆρος ἰδέ*). Mitto mutationes Bekkeri *E* 171, *Ω* 166, *χ* 341, quum nulla omnino ei esset causa, cur digammo hoc verbum instrueret. — Nihil probant duo loci h. v 151, 190.

Ἴκαρο-ς n. pr. insulæ, Ἰκάρ-ιο-ς n. pr. adi., Ἰκάρ-ιο-ς n. pr., pater Penelopes.

Curtius Etym. 421 suspicatur in n. pr. *Ἴκ-αρο-ς* inesse radicem

ἰκ, quam invenimus in *ἵκ-ν-ο-μαι*, lat. *ic-o*. Neque novi quid habeo, quod afferam. Mirum est quod Bekkerus his verbis digamma attribuit. Sequitur La Roche Ilias Einleit. p. XXVI. Nullo loco homerico consona initialis opus est. *Ἰκάριος* adi. non est nisi *B* 145, ubi excipit vocem *πόντου* producta in prima arsi diphthongo, id quod nihil offendit (cf. Hoffmann § 48 3). *Ἰκάριος* subst. sæpissime est in secundo pede longam vocalem vel diphthongum in prima arsi productam subsequens, quæ productio ipsa versus sede satis excusatur: *κούρῃ Ἰκαρίοιο* (cf. *Θ* 209 *Ἥρη ἀπτοεπές*, Hoffmann § 49 1 et supra p. 33, 1 *d*) est *α* 329, *δ* 840, *λ* 446, *π* 435, *σ* 245, 285, *τ* 375, *υ* 388, *φ* 321: *κούρῃ Ἰκαρίοιο* (cf. Hoffmann § 48 1) legimus *ϱ* 562, *σ* 159, 188, *φ* 2, *ω* 195; *θάρσει, Ἰκαρίου* (cf. Hoffmann § 56 3) est *τ* 546. Tum hoc nomen est in initio versuum *β* 53, 133. Unus locus consonam initialem ferre non potest, *δ* 797 *μεγαλήτορος Ἰκαρίοιο*. — *Ἴκαρος* elisionem excipit h. XXXIV 1 (*δ' Ἰκάρῳ*).

ἰονθάς villosus.

Digamma in hac voce coniecit Heyne Exc. III ad *T* p. 760; sequitur Thiersch Gram. § 157 5, sine dubio eam cum *ϝἰο-ν* 'viola' coniungens, quod accipi non potest. De origine nihil est probatum; de significatione disserit Ameis ad *ξ* 50 Anhang. Digamma ascripsit Bekkerus, quamquam uno loco *ξ* 50 hiatum efficit hæc vox in cæsura trochaica pedis tertii.

ἰ-ω-ή flatus, sonus.

Primum est 'flatus' venti *Δ* 276, *Λ* 308 (minus recte hic reddunt lexicographi 'fremitum' 'Gebrause'), tum 'agitatio' vel 'impetus' ignis *Π* 127 (*λεύσσω πυρὸς ἰωήν*), ubi accipi non potest interpretatio Seileri aliorumque 'fragor' vel 'crepitus' 'Prasseln', cf. Pierron ad h. l., postremo 'sonus' est vel citharæ *ϱ* 261 vel vociferantis *K* 139. — Inesse in hoc verbo eam radicem, quam latere putamus in gr. *ἄη-μι* spiro, flo, sscr. *vâ-mi* spiro, lat. *ven-tu-s*, got. *vai-an πνεῖν*, *vin-d-s ἄνεμος*, censet Curtius Etym. 361, quod quidem veri simile videtur. Sed quum dicit principem radicem esse *av*, quæ in *va* transmutetur eodem modo atque *auks* in *vaks*, et eundem mutationis gradum obtinere figuras duplici vocali instructas *ἀϝεξ* et

ἀϝε, quæ appareant in *ἀέξω* et *ἄη-μι*[1], fateor me verba eius non intellegere. Principem radicem esse *va* e sanscrita lingua aliisque haud temere statuimus. Verba sscr. *vaksh-â-mi* cresco, got. *vahs-jan* crescere, gr. *ἀ-έξ-ω* pro **ἀ-ϝέξ-ω* augeo ad radicem *vaks* referenda esse græcumque verbum vocali prosthetica esse instructum agnoscit Curtius 358 et 528. Neque transmutationem quandam consonæ *v*, ut a principe radice *va* alia radix *av* exstiterit, videtur demonstrasse. Duplicem vocalem in *ἀ-ϝεξ ἀ-έξ-ω* et *ἀ-ϝε ἄ-η-μι* eodem modo esse interpretandam assentior et ita quidem, ut *ἀ* in utroque verbo pro prosthetica vocali accipiatur. Inter verba sscr. *vâ-mi* et gr. *ἄ-(ϝ)η-μι* eadem intercedit ratio atque inter sscr. *da-dhâ-mi* et gr. *τί-θη-μι*. Deest in gr. *ἄ-η-μι* reduplicata syllaba, ut fit in *φη-μί* et in stirpibus, quæ duabus syllabis continentur. Atque hæc prosthetica vocalis non solum in *ἄ-(ϝ)η-μι* apparet, sed etiam in *ἀ--(ϝ)ή-τη-ς* flator (sscr. *vâ-ta-s* ventus), *ἀ-(ϝ)ά-ζ-ω* anhelo, *αὖ-ρα* pro **ἀ-ϝε-ρα* ut *αὔξω* pro **ἀ-ϝέξ-ω*, item in verbis, in quibus inest clamandi vis, *α-ὔ-ο-ν ἀ-ῦ-σ-αι, ἀ-ϋ-τή ἀ-ϋ-τέ-ω*: in his verbis *ϝε* in *υ* abiisse et constanti vocalium diductione demonstratur et aliorum vocabulorum similitudine, ut sunt *ἀυτ-μήν ἀυτ-μή* pro *ἀ-ϝετ-* coll. glossis Hesych. *ἄετ-μα, ἀετ-μό-ν*. Carent autem prosthetica hac vocali *(ϝ)ἄος 'πνεῦμα'* Hesych. (sscr. *vâ-ju-s* ventus), *(ϝ)ἄ-ε-ν* flavit Apollon. Argon. *Α* 605, *Β* 1228, et fortasse *(ϝ)ἀ-ΐ--σθ-ω* exspiro, *(ϝ)οὖ-ρο-ς* ventus. Tum *ἆσθ-μα* anhelatio sine dubio pro **ἀ-ϝα-σθ-μα* accipiendum est et a verbo *ἀ-(ϝ)ά-ζ-ω* 'anhelo' est ortum. De vocibus *ἀ-ήρ* et *ἄ-ελλα* dubitari potest, sed haud scio an etiam hæ prostheticam vocalem præ se ferant. Quod si recte censemus græcam radicem esse *ϝα* variamque præbere figuram *ϝε*, id, de quo hic agimus, vocabulum *ἰ-ω-ή* non e figura quadam **ἰ-ωϝ-ή*, sed ex **ἰ-ϝω-ή* vel potius fortasse **ϝι-ϝω-ή* exstitisse putandum est. De vocali *ω* conf. *ἰ-ωγ-ή* a rad. *ϝαγ*, al. Digamma initiale in hoc vocabulo coniecerunt Hoffmann § 136, Peters dig. 20, Kühner Ausf. Gram. 87, La Roche Ilias Einleit. p. XXVII, ascripsit Bekkerus. Neque tamen ullus locus consonam requirit. Excipit enim hæc vox terminationem gen. sing. *οιο* *Δ* 276, *Λ* 308, *Π* 127; ac duobus locis *Κ* 139 et *ρ* 261 legitur *ἤλυθ' ἰωή*, quod facile quidem in *ἦλθε ϝιϝωή* potest mutari, sed causa mutandi non adest. Quum hic a mutando se abstinuerit Bekkerus, etiam aliis locis ab ascribendo digammo ei erat abstinendum. —

[1]) Verba Curtii sunt hæc: Wir müssen von einer Grundform *av* ausgehen, die eben so in *va* umspringt wie *auks* in *vaks* (N:o 583). Auf einer Stufe mit der dort behandelten doppelt vocalischen Form *ἀϝεξ* steht das in *ἄη-μι* erhaltene *ἀϝε*.

Hoc idem est h. III 421. Reiecta coniectura Hermanni Hesiod. Theog. 682 digammo etiam hic locus obstat.

ὄαρ-ες uxores, *ὀαρ-ίζ-ω* familiariter colloquor, confabulor, *ὀαρισ-τή-ς* familiaris, *ὀαρισ-τύ-ς* familiaritas, usus, *ὄαρο-ς* familiaritas, sermo amantium.

Non sane defuerunt, qui has voces interpretari conati sint. Neque tamen quicquam certi de origine earum habemus. Mitto interpretationes Benfeii II 7 et Curtii Etym. 321, quorum uterque a radice *Fερ* proficiscitur, cf. Leskien dig. 18 et Bugge, Curtii Stud. IV 337. Meyer vgl. Gram. I 57, 77 et goth. Spr. 173 cum his vocibus confert sscr. *svasâr* l. *svasr*, lat. *soror*, got. *svistar*. Quamquam Hera et soror et coniux erat Iovis et vox huic quodam modo respondens, dico *φράτηρ*, sscr. *bhrâtâ*, lat. *frâter*, got. *brôthar*, in græca lingua communem significationem alii voci (*ἀδελφός*) transmittens in novam vim abiit, tamen derivata vocabula supra allata eorumque usus nos impediunt, ne hanc sententiam amplectamur. Ut aliorum explicationes silentio præteream, veri simillima ea videtur, quam adumbravit Curtius Etym. 330 et munire studuit Bugge, Curtii Stud. IV 338, ex qua *οαρ* pro **ὀ-σαρ* (rad. *sar* gr. *σειρ-ά*, lat. *ser-o*, cf. p. 176) accipitur et vertitur 'coniux'. Neque tamen gl. *ἀορισστύς* allata et comparatis dicendi formulis latinis 'serere colloquia' al. causam videtur ille peroravisse. — Digamma initiale his vocibus attribuit Hoffmann § 130, sequitur Peters dig. 20: induxit Bekkerus uno loco *X* 127 neglecto. At consona initialis nullo loco videtur requiri.

ὄαρες. E loco *I* 327 *ἀνδράσι μαρνάμενος ὀάρων ἕνεκα σφετεράων* de servata consona initiali coniiciendum esse censet Hoffmann II 34, quod in libro Iliadis nono præterquam hoc loco nusquam omnino brevis syllaba in consonam exiens ante vocalem insequentis vocis producatur. Quo iure ita illum librum secernat, non quæro; inspiciantur loci *I* 132, 274. Alter locus est *E* 486, qui versus exit in verba *ἀμυνέμεναι ὤρεσσιν*, sed de hac diphthongi *αι* productione cf. *N* 356 et Hoffmann § 58 1. Restat varia lectio *ϑ* 525 *ἄστει καὶ ὤρεσσιν* pro vulg. *ἄστει καὶ τεκέεσσιν*: sed quum dubium sit, quantum huic lectioni sit tribuendum, temerarium videatur ex hoc loco de consona initiali statuere.

ὀαρίζω excipit firmiores diphthongos vocum *ᾗ* *Z* 516, *τῷ* *X* 127, elisionem autem *X* 128 (*ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον*). — *ὀαριστής* vocem *μεγάλου* subsequitur *τ* 179. — *ὀαριστύς* excipit verba *πο-*

λέμον P 228 et *προμάχων* N 291. Obstat Ξ 216 (*ἐν δ' ὀαριστύς*). — Qui in hymnis sunt loci nihil probant: *ὄαροι* h. IV 249, h. XXIII 3, *ὀαρίζω* h. III 170, h. XXIII 3.

ὀθόνη linteum, indusium.

In hac voce digamma coniecit Thiersch Gram. § 157 6, comprobare studet Fick 179. — Consonam initialem nequaquam requirit longa vocalis η nominis *καλυψαμένη* in quinta thesi producta Γ 141, cf. Z 388, H 340 al. (Hoffmann § 50 5). Tum antecedit longa syllaba in consonam exiens Σ 595. Repugnat vero η 107.

οἰή-ιο-ν ansa gubernaculi, contus, *οἴηκ-ες* ansæ l. annuli ad iugum pertinentes.

Utrum in his vocibus proprie insit vis ferendi tollendi (rad. *οἰ οἴ-σ-ω* Lobeck al.), an significatio rei curvatæ intortæ (rad. *vi* sscr. *vê* lat. *vi-e-o*, cf. p. 131), in medio relinquo. Digamma initiale his vocibus attribuit Bentley (auctore Heynio Exc. III ad T p. 762), verbo *οἰήιον* Peters dig. 20, utrique vocabulo ascripsit Bekkerus. — Deest tamen, etiam si per etymologiam liceat, consonæ ascribendæ ratio metrica. Nam productio illa brevis syllabæ in consonam exeuntis, quæ ante verbum *οἰήιον* in quarta thesi est T 43 *οἵ τε κυβερνῆται καὶ ἔχον οἰήια νηῶν*, non minus vi cæsuræ semiseptenariæ excusatur quam T 49, X 282, χ 449 al. Nihil probat μ 218, ubi antecedit vox *γλαφυρῆς*. Obstant consonæ ι [483 et] 540 (*τυτθόν, ἐδεύησεν δ' οἰήιον κτλ.*). Vox *οἴηκες* excipit adverbium *εὖ* Ω 269 (*εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρός*).

ὀρθό-ς erectus, rectus, *ὀρθό-ω* erigo, attollo, *ὀρθό-κραιρο-ς* cornua l. rostra erecta habens, *ὄρθ-ιο-ς* alta voce editus.

Contra Curtium Etym. 439 de consona initiali vocis *ὀρθός* concludere non ausim e gl. Hesych. *βορθαγορίσκα· χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι βορθαγορίσκοι. Λάκωνες*, quum quid inter se habeant commune, non satis liqueat. Neque e sscr. vocabulo *ûrdhva-s* l. *ûrdhva-s* 'erectus, altus' quicquam certi repetimus, quoniam una cum rad. *vardh vṛdh* 'crescere' alia radix traditur *ardh ṛdh* 'crescere, augeri' et lat. *arduu-s*, quocum sine dubio cohæret gr. *ὀρθό-ς*, nullam consonam initialem præbet. — Consonam initialem nullus locus homericus requirit. *ὀρθός* est in initio versuum K

153, *Σ* 246, *Ω* 359, *ι* 442, *μ* 51, 162, 179, *φ* 119: obstant vero *Ψ* 271, 456, 657, 706, 752, 801, *Ω* 11, *σ* 241. *ὀρθόω* consonam non recipit *B* 42, *Ψ* 235, a figura *ὀρθωθείς* incipiunt versus *K* 21, 80, tum est *ὤρθωσε* *H* 272, *Ψ* 695. *ὀρθόκραιρος* longas syllabas in consonas desinentes excipit *Θ* 231, *Σ* 3, 573, *T* 344, *μ* 348. *ὄρθιος* est in versus introitu *Λ* 11, obstat autem h. v 432.

οὖλο-ς obnoxius, terribilis.

Hanc vocem cum rad. *ὀλ* verboque *ὄλλυ-μι* coniungendam esse veri simillimum videtur: quum vero origo huius verbi plane sit obscura, ne de hac quidem voce quicquam habeo quod dicam. Digamma ei attribuit Bekkerus. Neque tamen consona initiali loci homerici indigent. *B* 8 hiatum efficit hæc vox in fine pedis primi *βάσκ' ἴθι, οὖλε ὄνειρε κτλ.*; neque compertum habeo, num ubique e consuetudine homerica hæc infinitivi terminatio elisionem patiatur (cf. p. 40). Deinde est *Φ* 536 *δείδια γὰρ μὴ οὖλος ἀνήρ κτλ.*; etsi particula *μή* in secunda arsi, quod sciam, nusquam producitur, ex hoc loco vix quicquam coniiciendum est: *Σ* 193 in prima arsi productam illam particulam *μή* invenimus. Tum firmior vocalis *ι* dat. sing. tert. decl. antecedit *B* 6, et versus *P* 756, 759 ab hoc verbo incipiunt. Duo loci *E* 461 et 717 consonam non admittunt.

οὖρο-ς ventus.

Veri simile est *οὖρο-ς* esse pro **ϝοῦ-ρο-ς* **ϝο-ρο-ς* et a rad. *va ϝα* originem duxisse, de qua radice s. v. *ἰωή* disputavimus. — Apparet nihil efficere diphthongum *οι* nominis *θεοί* in altera thesi productam *δ* 520. Tum vocem *Ζεύς* excipit hoc vocabulum *o* 475 et est in initio versuum *H* 5, *γ* 183, *ε* 268, *η* 266. Ceteri loci consonam initialem non ferunt: *Λ* 479, *Ξ* 19, *β* 420, *γ* 176, *δ* 357, 360, 585, *ε* 167, 176, *λ* 7, 640, *μ* 149, 167, *o* 34, 292, 297.

Diximus de vocibus, quarum consona initialis est dubia. Sunt autem nonnullæ voces a doctis viris digammo ornatæ, quas aut a dentali spirante aut a nullis omnino consonis antiquitus incepisse e cognatarum linguarum comparatione non sine causa statuimus. Ac primum a dentali spirante olim incipientes has maxime afferam.

ἅ-δην affatim, satis, *ἀδ-έ-ω* satior, tædet me, *ἄδ-ος* satietas, tædium. — Digamma his vocibus ascripsit Bekkerus auctore, ni fallor, Bentleio. Sequitur Ameis ad *α* 134. Melius sine dubio

eas cum lat. *sa-tur sa-tis*, got. *saþ-s* κεκορεσμένος comparavit Curtius Etym. 637. — Neque initialis consona ullo homerico loco requiritur, quum ἅδος hiatum efficit in trochaica tertii pedis cæsura *Λ* 88, verbum ἀδέω ubique firmissimam diphthongum ῳ productam excipit vel in prima arsi δείπνῳ ἀδήσειεν α 134 (cf. Hoffmann § 48 2) vel in tertia thesi καμάτῳ ἀδηκότες (l. -τας) ἠδὲ καὶ ὕπνῳ *K* 98, μ 281, καμάτῳ ἀδηκότες, ἔντεα δέ σφιν *K* 471, vel in quarta thesi καμάτῳ ἀδηκότες αἰνῷ *K* 312, 399, tum ἄδην (ἄδδην) vocalem probabiliter firmiorem verbi φημί in cæsura tertii pedis trochaica excipit ε 290, ceteris autem locis consonam initialem non potest recipere *E* 203 (ἔδμεναι ἄδδην), *N* 315 (οἵ μιν ἄδην), *T* 423 (Τρῶας ἄδην).

Ἑλίκη Ἑλικών Ἑλικώνιος Ἑλικάων n. pr. — Bekkerus his vocibus, ubi potuit, digamma præfixit. Vix tamen nomina Ἑλίκη Ἑλικών seiungenda sunt ab ἑλίκη, lat. *salix* (Curtius Etym. 131), cf. Doederlein hom. Gl. 466, et quamquam de nomine Ἑλικάων potest dubitari, id quoque huc retuli. — Certe consona initiali homericis locis non opus est: Ἑλίκη excipit præp. εἰς *Θ* 203, atque præp. ἀμφί elisione minutam *B* 575; Ἑλικάων autem vocem κρείων *Γ* 123; Ἑλικώνιος brevem syllabam in consonam exeuntem in semiquinaria cæsura producit *Υ* 404; Ἑλικών vero non est nisi ep. VI 2 et batr. 1, qui loci nihil probant.

ἑ(ϝ)οῖ ἑ(ϝ)έ ἑ(ϝ)ό-ς. Constat has figuras a rad. *σϝε interiecta vocali ε esse ortas ac proprie fuisse *σεϝοῖ *σεϝέ *σεϝός, de qua re infra in quarto capite disseremus. Repudiandæ sunt igitur et figuræ Heynianæ ϝεϝοι ϝεϝε ϝεϝος[1]) et Bekkerianæ ϝεοῖ ϝεέ ϝεός. — Iam locos homericos adeamus perscrutantes, quibus causis ducti hi docti viri consonam initialem his figuris attribuerint. ἑοῖ duobus locis est: *N* 495 ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ, ubi brevis syllaba in consonam exiens in seminovenaria cæsura, quæ in locum semiseptenariæ videtur succedere, producta nequaquam offendere debet, cf. β 65 al. p. 31; plus fortasse valet alter locus δ 38 ὀτρηροὺς θεράποντας ἅμα σπέσθαι ἑοῖ αὐτῷ, quum hæc infin. pass. diphthongus et sæpissime corripiatur neque raro elisionem patiatur, sed collato loco *E* 685 (κεῖσθαι, ἀλλ' ἐπάμυνον. κτλ.) hæc in quinta thesi productio haud dubie sola diphthongi natura satis excusatur. — ἑέ diphthongum αι tert. pers. sing. pass. verb. in altera thesi interpunctione firmata producit *Υ* 171 μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτόν

1) cf. Exc. III ad *T* p. 747 sq. et ad *Ω* 134; contra scribit ϝεοι *N* 495, ἑϝε *Υ* 171, et in figura pron. possess. scribenda minime sibi constat tum ϝος tum ϝεος coniiciens.

κτλ., de qua productione conferantur *P* 112 et *Λ* 758; tum excipit vocem *θεούς* *Ω* 134. — *ἑός*. Hæc figura quatuor locis hiatus efficit in primo pede: *Ζεὺς δὲ ἑὸν πρὸς δῶμα. θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέσταν* *Α* 533, *χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε, τεθαρσήκασι δὲ λαοί* *Ι* 420, 687, *ὅς τε ἑῆς πρόσθεν πόλιος λαῶν τε πέσῃσιν* *θ* 524. Tum sunt hiatus in cæsura trochaica pedis tertii *Α* 47, *Μ* 84, *Ξ* 223, *Τ* 277, *Ψ* 3, *Ω* 1 (Bk.), 416, *β* 247, 258, *δ* 338, *ε* 76, *η* 134, *λ* 614, *ο* 132, *ρ* 129. Mitto diphthongum *ει* verbi *δώσει* in tertia thesi productam *Ω* 296, particulam *ἤ* in thesibus productam *α* 409, *δ* 643, brevem syllabam in consonam exeuntem in semiquinaria cæsura productam *η* 7. Antecedit *ν ἐφ.* nom. *Α* 83, *Μ* 222, *Ω* 165, *α* 218, 430, *γ* 387, *θ* 148, *ξ* 23, 115, 452, *ο* 483, *τ* 573, *ω* 162, 295, *ν ἐφ.* verb. *Β* 549, *Ω* 511, 755, *ε* 451, *λ* 282, *ν ἐφ.* adv. *ψ* 223, longæ syllabæ in consonas exeuntes *ρ* 111, *ι* 209. Quinque et quinquaginta loci consonam initialem aspernantur. Sunt hi: *Α* 496, *Β* 662, *Ε* 314, 318, 321, 371, *Ζ* 483, *Η* 190, *Θ* 44, *Ι* 148, 290, *Κ* 204, 256, *Λ* 602, *Μ* 292, 403, *Ν* 26, 419, 513, 522, *Ξ* 9, 11, 266, *Π* 192, 753, *Τ* 132, 399, *Χ* 404, 500, *Ψ* 295, 360, 402, *Ω* 211, 322, *α* 216, *β* 195, *δ* 618, 714, *ε* 42, 115, *ι* 533, *λ* 142, *ν* 52, *ξ* 177, *ο* 118, 202, *ρ* 5, *σ* 428, *τ* 210, 392, 395, *φ* 316, *χ* 355, 381, *ω* 236. (Accedunt e minoribus carminibus h. I 8, h. V 388, 466, h. XIX 45, batr. 23 ('tuus'). Nihil probant h. III 49, h. V 286, 313, 333, batr. 103, 161.) — Quæ quum ita sint, sane dubitari potest, quid quatuor vel potius tribus illis hiatibus — nam unus versus altero loco recurrit — tribuendum sit. Viguisse in hac voce spirantem dentalem ex iis statuere temerarium videtur, quum et alii sint in eadem versus sede hiatus illiciti et tantus locorum numerus consonam non admittat. Restat ut inquiramus, num figuræ **σϝέο* **σϝοῖ* **σϝός* sim. carminibus homericis attribuendæ videantur, qua de re in proximo capite disseremus.

ἐρύ-ο-μαι tueor, custodio, defendo. — A verbo *(ϝ)ἐρύ-ω* traho, extraho, eripio, *(ϝ)ἐρύ-ο-μαι* mihi extraho, eripio hoc verbum esse seiungendum ac potius cum lat. *serv-o* conferendum, iam supra p. 101 diximus. — Hic de homericis locis quæramus. Hiatum non efficit hoc verbum nisi in versu *αὐτοῦ πὰρ νηί τε μένειν καὶ νῆα ἔρυσθαι,* qui legitur *ι* 194 et *κ* 444. Tum firmissimam diphthongum *ῳ* in thesi productam excipit *Χ* 351, *ν ἐφ.* nom. *Β* 859, *Ε* 344, *ν ἐφ.* verb. *Ψ* 819, literas parag. adv. *Κ* 44, *Ω* 584, longas syllabas in consonas exeuntes *Ι* 248, *Π* 542. Consonam initialem abnuunt hi loci: *Δ* 138, *Ε* 23, 538, *Ζ* 403, *Λ* 363, *Ν* 555, *Ρ* 518, *Υ* 311, 450, *Χ* 507, *ε* 484, *ξ* 260, 279, *π* 463, *ρ* 429, *χ* 372, *ω* 524. — Figuræ, quæ a diphthongo *εἰ* incipiunt, his locis sunt. Hiatus

est in fine pedis primi δήνεα εἴρυσθαι ψ 82, et in semiternaria cæsura brevis syllaba in consonam exiens producitur ψ 229. Antecedit ν ἐφ. nom. π 459, longæ syllabæ in consonas desinentes *M* 454, *Π* 542, *Ω* 499, γ 268, atque ab his figuris initium capiunt versus *Δ* 186, *O* 274, *Υ* 93, *Φ* 230, ζ 265, ψ 151, (h. v 152). Repugnant consonæ initiali *Λ* 216, 239, *Θ* 143, *P* 327, *Σ* 276, *Φ* 588, *X* 303. — ἔρυμα excipit diphthongum ει in thesi productam *Δ* 137, ἐρυσίπτολις autem longam vocalem η *Z* 305; (nihil probant h. XI 1, h. XXVIII 3; ἐρυσμός consonam abnuit h. v 230). Ἐρύλαος consonam initialem aspernatur *Π* 411. — Quum igitur in verbo ἐρύομαι εἴρυσθαι viginti quatuor loci consonam initialem non ferant atque unus et viginti nihil ad hanc rem efficiant, in mentem mihi venit versum illum, in quo hiatum illicitum invenimus, ad similitudinem versus αὐτοῦ πὰρ νήεσσι μένειν καὶ νῆας ἔρυσθαι ξ 260, ϱ 429 esse factum, ob eamque causam hiatum illum, ut ita dicam, per negligentiam poetæ irrepsisse.

ἐτεός verus. — Digamma in hac voce reiecit Heyne Exc. III ad *T* p. 752, assumpsit La Roche Ilias Einl. p. XXVI. Suo iure cum sscr. *sat-ja-s* 'verus' eam contulit Curtius Etym. 195. — Neque consonam initialem loci homerici requirunt. Manifestum est enim nihil efficere particulam ἤ in prima thesi productam *B* 300 vel particulam εἰ in thesibus productam *E* 104, *Θ* 423, *M* 217, *N* 153, 375, *Ξ* 125, γ 122, ι 529, ν 328, π 300, 320, τ 216, ψ 36, ω 259, 352. Atque obstant reliqui loci: *H* 359, *M* 233, *O* 53, *Σ* 305, *Υ* 255, ψ 107.

ἰκμάς (st. ἰκ-μαδ-) humor. — A digammo hanc vocem olim incepisse loco homerico ducti coniecerunt Heyne Exc. III ad *T* p. 759, Thiersch Gram. 157 6, Benfey I 439 (II 354 dubitat). Dentalem vero spirantem ei adhæsisse comprobavit Curtius Etym. 131 conferens sscr. rad. *sik' sin'k'-â-mi* spargo, rigo, al. — Uno homerico loco hiatum efficit hæc vox in fine pedis alterius *P* 392 κυκλόσ', ἄφαρ δέ τε ἰκμὰς ἔβη, δύνει δέ τ' ἀλοιφή; ex quo de servata spirante dentali statuere temerarium videtur, quum alii manifesti sint hiatus illiciti qui vocantur neque ullum aliud in hac stirpe illius consonæ vestigium in græca lingua apparere videatur.

Etiam in voce ἀ-οσση-τήρ βοηθός, ἐπίκουρος digamma apposuit Bekkerus scribens *ἀϝοσσητήρ, sine dubio interpretationem schol. E ad δ 165 secutus, ex qua hæc vox a vocabulo (ϝ)ὄσσα originem duxit. Sed ὄσσα significat famam, non clamorem βοήν, a quo vocabulo voces consimilis significationis βοη-θόο-ς βοηθό-ς ortæ sunt. Contra veri similis est sententia Curtii, qui Etym. 420 coniicit ἀ-οσση-τήρ pro *ἀ-σοκjη-τήρ exstitisse e rad. *sak* σεκ σεπ,

unde habemus ἕπ-ο-μαι, sscr. sak'-ê si-sak'-mi, lat. sequ-o-r. — Est hæc vox *O* 254, *δ* 165 al.

Venimus ad eas voces, quæ a nullis omnino consonis, sed a vocalibus literis antiquitus videntur incepisse. Inter eas præcipue has afferam.

ἄρδ-ω rigo, irrigo, ἀρδ-μό-ς aquatio. — Solo duplicato singulari νεο-αρδέ' ἀλωήν *Φ* 346 ductus digamma sumpsit Heyne Exc. III ad *T* p. 734, defendere studet Legerlotz Kuhn's Zschr. X 367, quem impugnans Curtius Etym. 215 confert sscr. ârd-ra-s humidus. — Consonæ obstant *Σ* 521, *ν* 247. Nihil efficit h. II 85.

ἄριστον prandium. — Fuerunt qui ex hiatibus homericis ἐντύνοντο ἄριστον (in clausula versus *Ω* 124 et in initio versus *π* 2) de digammo initiali in hac voce coniecerint, Kayser autem Philol. XVIII 694 sq. et Ameis ad *π* 2 Anhang vulgatam lectionem defendentes hiatus servatos voluerunt, sed contra eos eleganter enucleateque de hac re disputavit Curtius, Curtii Stud. II 175 sq., qui variam lectionem ἐντύνοντ' ἄριστον libris neque paucis neque contemnendis stabilitam et Clarkio ac Bekkero probatam præferendam esse censet.

ἐάω sino, mitto, desino. — A digammo vel alia quadam consona hoc verbum olim incepisse hiatibus homericis permoti coniecerunt Curtius Temp. u. Modi 140 et Sachs de digammo (Berlin 1856) p. 45 et Ameis ad *B* 165 Anhang. Sed si de origine huius verbi quærimus, veri simillima ea est sententia, quam proposuit Kraushaar, Curtii Stud. II 429, qui hom. εἰά-ω et dor. ἐβά-ω (Ahr. II 49) ad figuram græcam antiquissimam *ἐσϝά-ω retulit, cf. gl. Hesych. εὖα (fort. εὔα)· ἔα, Gregor. Cor. p. 354 (Schæfer). — Tum si ad locos homericos examinandos aggredimur, primum hos hiatus invenimus: μηδὲ ἔα νῆας κτλ. *B* 165, 181, τῷ με ἔα κλέος ἐσθλόν κτλ. *P* 16, μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κτλ. *X* 339, οὐ μέν σ' οὐδὲ ἐῶσι θεοί κτλ. *δ* 805, ἧσθαι, μηδὲ ἐᾶν νεκύων κτλ. *κ* 536, τὸν ξεῖνον δὲ ἐῶμεν *σ* 420. Sunt igitur sex hiatus vel septem loci[1]. Deinde excipit hoc verbum firmiorem certe vocalem pron. νῶι *Θ* 428, terminationem gen. sing. οιο *Ψ* 73, particulam ἤ in thesi productam *δ* 744, *θ* 509, *ν* ἐφ. nom. *E* 684, *Θ* 244, *O* 376, *Ω* 569, *λ* 453, *χ* 222, *ψ* 113, adv. κέν *Υ* 311, *λ* 147, *ν* 359, adv. οὐκ *B* 132, *Δ* 55, *E* 256, 802, *Θ* 414, *Λ* 125, 550, *P* 659, *Υ* 139, *Ψ* 4, *ι* 468, *λ* 232, *μ* 282, *τ* 25, 374, *φ* 233, *ψ* 77,

[1]) Decem homericis locis hoc verbum hiatus efficere dicit Curtius l. l., sed alios non inveni.

longas syllabas in consonas exeuntes *Π* 731, *Υ* 408, *λ* 88, 110, *μ* 137, *υ* 273, *χ* 427, atque est in initio versuum *Α* 279, 718, *Ο* 522, *Π* 396, *Σ* 448, *Ω* 395, *η* 41, 274, *κ* 166, *π* 362, *τ* 201. Repugnant vero consonæ initiali undeoctoginta loci. Sunt hi: *Α* 276, *Β* 165, 181, 236, 346, 832, *Δ* 42, 226, *Ε* 32, 148, 465, 517, 717, 819, 847, *Η* 427, *Θ* 125, 243, 317, 399, *Ι* 260, 701, *Κ* 299, 344, *Λ* 148, 323, 330, 426, 437, *Ν* 2, *Ο* 73, 87, 347, 472, *Π* 60, 96, 451, *Ρ* 10, 449, *Σ* 112, 189, 282, 296, *Τ* 8, 65, 295, 402, *Υ* 456, *Φ* 221, 556, 596, *Χ* 206, 398, 416, *Ω* 17, 71, 523, 557, 684, *δ* 212, *η* 215, *κ* 291, 443, *λ* 49, *μ* 445, *ξ* 171, 183, 444, *π* 147, *σ* 49, 222, 346, 420, *τ* 531, *υ* 12, 164, 284, *φ* 260, *ψ* 244. — Quod si tantus est repugnantium locorum numerus neque ex etymologia de initiali quadam consona licet coniicere, qua tandem ratione isti hiatus excusandi vel summovendi sunt? In hanc rem inquirenti mihi id primum occurrit, quod omnibus locis antecedentes voces in vocalem *ε* desinunt. Tum constat diphthongum *ει*, ubi productione suppletoria ex *ε* sit orta, in vetustiore literatura græca per notam *Ε* esse redditam. Atqui si *σ* 420 scriptum est *ΔΕΩΜΕΝ,* hæ literæ poterant quidem pro *δ' ἐῶμεν* accipi, quod habent cod. DM, unde, ut metro sufficeretur, vocali *ε* dupliciter scripta exstitisse videtur vulgata lectio *δὲ ἐῶμεν,* sed nihil impedit, quin etiam legamus *δ' εἰῶμεν,* quam lectionem sequuntur cod. NQV et receperunt Bekker La Roche. Eadem via emendandus videtur locus *δ* 805 *οὐδ' εἰῶσι* pro eo, quod est *οὐδὲ ἐῶσι*. Ambobus locis in secundo pede spondæus pro dactylo inducitur, in qua versus sede spondæos sæpissime inveniri docet La Roche Unters. 103 sq. Sunt autem *εἰῶμεν* *φ* 260, *εἰῶσι* *Β* 132 al. Num simili ratione reliqui hiatus summovendi sint, dubitari potest, quum infin. *ἐᾶν* et imper. *ἔα* nusquam diphthongum *ει* præ se ferant. Atque *κ* 536 fortasse pro *μηδὲ ἐᾶν* scribendum est *μηδ' ἐάαν,* conferantur enim variæ lectiones ad *ϑ* 509; tum *Β* 165 et 181 probabilis est coniectura Heynii *μηδέ τ' ἔα,* quam recepit Bekkerus. Restant igitur duo loci *Ρ* 16 et *Χ* 339, ubi aut hiatus retinendi sunt aut non aspernanda nova figura *εἴα,* quam non fuisse vix ex eo possumus contendere, quod nusquam nobis est tradita.

-*ηρ*- *ἐρί-ηρ-ο-ς*, pl. *ἐρί-ηρ-ες,* fidelis, gratus. — Digamma huic voci attribuit Bekkerus *ἐρίϝηρος* sim. scribens, sed veram vocis originem sine dubio investigavit Curtius Etym. 317 ad rad. *ἀρ*, unde orta sunt *ἀρ-αρ-ί-σκ-ω* apto, coniungo, *ἀρ-ϑ-μό-ς* coniunctio, amicitia, *ἀρ-έ-σκ-ω* placo, placeo, alia permulta vocabula, eam referens et cum sscr. *ar-ja-s* 'fidelis' comparans. Atque præfixam particulam *ἐρι*- elisionem non pati apparet e vocabulo

ἐρι-ῶπις et fortasse etiam ex *ἐρι-αύχην* (cf. Curtius Etym. 440): mitto *ἐρι-ούνιος*, quum de etymo huius vocis nihil certi habeamus. — Est *ἐρί-ηρος* Δ 266, α 346 al., *ἐρί-ηρες* Γ 47, ι 100 al.

ἰό-μωρο-ι. Bekkerus **Ϝιόμωροι* scribens sine dubio in hoc vocabulo inesse putat *Ϝίον* viola, ut vertendum sit 'nigris crinibus nitentes' vel tale quid (cf. Doederlein ad Δ 242). Sed, ut de ambiguo illo *-μωρο-* non dicam, et contorta videtur hæc interpretatio et vix accipienda credo, quum *ἰο-δνεφής ἰο-ειδής ἰό-εις* semper de lana vel mari vel ferro dicantur, quæ res omnes fuscum vel purpureum colorem præ se ferunt. Quamquam, quid posterior huius duplicati pars *-μωρο-* sit, minime liquet (cf. Curtius Etym. 308), tamen quin prior pars *ἰο-* ab *Ἰό-ς* 'sagitta' ducenda sit, non est dubitandum, quum auctoribus utamur Apollonio et Hesychio (*ἰοὺς ὀξεῖς ἔχοντες, οἱ περὶ τοὺς ἰοὺς μεμορημένοι ἤτοι πεπονημένοι*) et conferre liceat *ἐγχεσί-μωρο-ς* et cognomen Dianæ *ἰο-χέαιρα*. Atqui gr. *ἰ-ό-ς* cum sscr. *ish-u-s* 'sagitta' conferendum esse ob eamque causam a nulla omnino consona olim incepisse docet Curtius Etym. 373. Quod *Ἰό-μωροι* per necessitatem quandam metricam brevi utitur vocali, quæ apud Homerum sæpissime est quantitatis vocalium inconstantia, minime hanc interpretationem pervertit. — Homerici loci nequaquam consonam initialem requirunt, quum non inveniatur hæc vox nisi in dicendi formula *Ἀργεῖοι ἰόμωροι* Δ 242, Ξ 479, ubi diphthongus *οι* in secunda thesi producitur.

οὖρο-ν spatium. — Est hæc vox tribus locis: Κ 351 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται* (*ἡμιόνων*), Ψ 431 *ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα κατωμαδίοιο πέλονται*, Θ 124 *ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιιν*. Bekkerus digamma ascripsit Κ 351, ceteris locis omisit, quam inconstantiam suo iure reprehendit Leskien dig. 21. Ad rad. *ὀρ*, quam conspicimus in *ὄρ-νυ-μι ὀρ-ίν-ω ὄρ-ωρ-α* al. et quacum comparanda sunt sscr. rad. *ar ṛ-nô-mi*, lat. *or-i-o-r*, *or-tu-s*, hanc vocem referendam esse ostendit Curtius Etym. 323. — Restat ut videamus, num consona initialis homericis locis requiratur. Mitto Θ 124. De loco Ψ 431 cf. Hoffmann § 48 3. Postremo quin hiatus Κ 351 bucolica cæsura satis excusetur, dubitari non potest collato simillimo loco ν 114: favet cæsuræ ipsa sententiæ ratio. Atque obstat consonæ *duplicatum δίσκ-ουρα* Ψ 523.

Cap. IV.

De vocibus a coniunctis consonis σϝ olim incipientibus.

Constat has consonas initiales quatuor omnino modis in græca lingua esse immutatas. Aut corroborato digammi sono in literas *σφ* vel *σπ* abeunt ut in pron. tert. pers. dual. et plur. *σφωέ σφεῖς σφέ-ων, σφέ-τερο-ς σφ-ό-ς* (r. **σϝε*), pron. sec. pers. dual. *σφῶ-ι σφῶ-ιν* (r. **τϝε*, inde **σϝο*), *σφόγγο-ς σπόγγο-ς* (cf. Curtius Etym. 549, 355), fort. etiam in *ἀ-σπάζ-ο-μαι* (sscr. r. *svag'* amplecti, Kuhn, Kuhn's Zschr. IV 17); aut consonam *φ* eadem ratione ortam dentali spirante abiecta solam conspicimus, ut in lac. *φίν* pro *σφίν*, hom. *φή* 'ceu' pro **σφή* (Ahr. II 261, Curtius, Kuhn's Zschr. III 76; dubia videntur *φόβη*, Curtius Etym. 355, et *φίλο-ς*, Bugge, Kuhn's Zschr. XX 42); aut obsoleto digammo una restat consona *σ* ut in vocibus *σέλ-ας σελ-ήνη, σιγ-ή, σίδ-ηρο-ς*, al.; aut prior evanuit dentalis spirans, deinde in communi lingua græca labialis quoque spirans est deleta. Eas voces, quæ retenta vel amissa dentali spirante digamma in mutam consonam labialem transpositum præbent, ad eam, quam nobis hic proposuimus, quæstionem nihil pertinere satis apparet. De iis, quæ servata consona *σ* digamma abiecerunt, infra pauca verba faciemus. Uberius autem de iis vocabulis hic nobis est disputandum, a quorum initio ambæ hæ consonæ in græca lingua evanuerunt, quum per longius tempus digamma quam dentalem spirantem in iis viguisse existimandum sit. Has igitur voces primum enarrabimus.

R. **σϝαδ ϝαδ ἁδ ϝα-ν-δ-άν-ω ἁ-ν-δ-άν-ω* (aor. *ε-ὕαδ-ε* pro **ἔ-ϝαδ-ε*) placeo, *(ϝ)ἄσ-μενο-ς* lætus, *(ϝ)ἥδ-ο-μαι* lætor, delector, *ἧδ-ος* delectatio, voluptas, *(ϝ)ἡδ-ύ-ς ἥδυ-μο-ς* suavis, iucundus, *(ϝ)ἑδ-ανό-ς* suavis, *(ϝ)ἕδ-να ἔ-(ϝ)εδ-να* dona sponsalia.

Sscr. r. *svad svâd svad-â-mi* gusto, delibo: dulcem facio, *svad-a-tê svâd-a-tê* sapit, saporem habet, dulcis est, placet, *svâd-u-s* dulcis, suavis; — lat. *suâ-vi-s* (pro **suâd-vi-s*), *suâd-e-o*; — got. *sût-s* (st. *sût-ja-*) *ἀνεκτός, ἡσύχιος*, anglos. *svête*, germ. vet. *suozi* suavis, dulcis. — Curtius Etym. 214, Bopp Gl., Westergaard Rad. 181, Meyer goth. Spr. p. 154.

Primam verbi *ἁνδάνειν* significationem esse 'dulcem saporem habere', ob eamque causam addi *θυμῷ* (*A* 24 al.) vel simile quid, ut ad alias res transferri possit atque vim placendi accipiat, docet Fulda Unters. 181 sq. — Uberrima sunt in græca lingua digammi harum vocum testimonia. Primum afferamus homericum ipsum *ϝ-ῦαδ-ε(ν)* *Ξ* 340, *P* 647, *π* 28, (h. v 205, h. XIV 4). In hac verbi figura vocalem *υ* a digammo profectam esse nemo negaverit. Utrum vero hæc immutatio homerica sit an rectius scripserit Bekker *ἔϝαδε(ν)* — fluctuare tamen videtur hom. Bl. 135 — et illa figura posteriori ætati tribuenda sit, in dubium potest vocari. Alia est ratio verborum hom. *αὐέρυσαν* et hesiod. *καυάξαις*, ubi digamma ab alia consona sibi assimilata vim quandam maiorem accepisse videatur (cf. p. 101). Dentalem spirantem huius stirpis ceterum in græca lingua prorsus obsoletam ad hanc figuram conformandam valuisse vix crediderim: cf. *ἑ-αδότα*, sed *εἰ-ωθώς*. Figura huic simillima *ε-ὐάλ-ω-κ-ε-ν* pro lesbiaco-æolica putanda est. Ante consonas autem in vocalem *υ* digamma facilius abiisse velut in hom. *ε-ὔλη-ρα* *καλα-ύροπι* al., ex atticis figuris *ἄρου-ρα* *νεῦρο-ν* et fort. *βοῦ-ς* *βοῦ-ν* concludimus. Non multum interest, h. v 205 in codice M esse *ἔβαδεν*. Neque vero producta vocalis causam decernit, quum summam ad antecedentes breves vocales producendas digammi fuisse vim ex aliis vocibus cognoverimus (cf. p. 22). Accedit, ut vix homerica sit figura *αὐίαχοι*, quum plurima appareant certissimaque figurarum **ϝιϝάχω* **ϝιϝαχή* vestigia (p. 60 sq.). Quod in figuris illis *ἔϝαδεν* *ἀϝίϝαχοι* posthomerica ætate vocalis *υ* in digammi locum est inducta servato fortasse per ipsum metrum antiquo sono vel consimili invento, nequaquam nos offendere debet. Alteram sententiam amplexi sunt Giese Æol. Dial. 253, Curtius Etym. 518. Deinde e titulis hæc repetimus: pf. part. *ϝεϝαδηϙότα* Oeconomides tit. locr. II v. 38 (cf. fut. *ἀδήσω* Herod. *ε* 39 et gl. Hesych. *γαδᾶν*) et n. pr. *Fάδωνος* CIG. n. 1574 v. 6 (e coniectura Boeckhii pro *ΓΑΔΩΝΟΣ*, *ἀπὸ τοῦ ἀδεῖν* Boeckh ib. I 720: cf. *Fάδων*, quod in lapide insculptum reperit Ulrichs auctore Ahrensio II 516); num cum Curtio huc referre liceat n. pr. *Fασίας*, quæ est coniectura Keilii, Jahrb. Supplb. IV 1864 p. 554, pro *ΓΑΣΙΑΣ* (*Πασίας* coni. Boeckh CIG. n. 1575) et *Fάσανδρος* Keil Sylloge II 38 p. 6, in medio relinquo. Tum plurimas glossas ad has voces pertinentes nobis tradidit Hesychius: *βάδομαι· ἀγαπῶ, γάδεται· ἥδεται, γάδονται· εὐφραίνονται, γάδεσθαι· ἥδεσθαι*, quæ omnes ad verbum *ἥδομαι* referendæ sunt, porro *γανδάνειν· ἀρέσκειν, γαδεῖν· χαρίσασθαι, γα[δε]δᾶν· χαίρειν, γάσσαν· ἡδονήν*. Addo Eleos

auctore Pausania V 3 locum fluviumque *ἐπιχωρίῳ φωνῇ Βαδύ* (manifestum est pro *ἡδύ*) appellasse. Mitto suspectas glossas *γάδιξις* et *γάστριον* (cf. Helbig dial. cret. 9). Vestigia autem digammi apparent in figuris *ἔ-(ϝ)εδνα α* 277 al., *ἐ-(ϝ)εδνώσαιτο β* 53, *ἐ-(ϝ)εδνωταί N* 382, prosthetica vocali ornatis, in augmenti reduplicationisve natura *ἑ-ήνδανε* (l. p. *ἑ-άνδανε ἐ-ϝάνδανε*) *Ω* 25, *γ* 143, *ἑ-άνδανε* Herod. *ι'* 5, *(ϝ)ἑ-(ϝ)αδότα Ι* 173, *σ* 422, *ε-ὗαδε* l. *ἔ-ϝαδε*, de qua figura iam diximus, *ἕ-αδε* Herod. *α'* 151, in duplicatis *ἐπι-(ϝ)ανδάνει Η* 407, *ἐπι-ήνδανε* (sine dubio verius *ἐπι-(ϝ)άνδανε*) *ν* 16 al., *ἀνά-(ϝ)εδνος Ι* 146 al. (*ἀν-έϝεδνος* Bentl. Herm. Bk. al., sed conf. Curtius Etym. 286), tum *ἀ-ηδής* (*ἀ-αδέρ* Hesych.), al., cf. Hjelt dig. 39. Postremo pro vulg. *τάδε ἄν* Alcæi fr. 39 v. 3 Seidler coniecit *ϝάδεα*, et ad hiatus pindaricos summovendos digamma succurrit Pyth. I 29 (*εἴη ϝανδάνειν*), ib. VI 51 (*μάλα ϝαδόντι*), Isthm. VI 18 (*Ζηνί τε ϝάδον*), atque eandem ob causam digammo indigere hi loci videntur: Epicharmi fragm. 34 (*βδελυχραί, ἁδέαι*), 60 (*χορδαί τε ἁδύ*), 97 (*καὶ ἀνδάνειν*) Ahr. (Lorenz p. 237, 243, B 43), Theogn. 52 (*τῇδε ἅδοι*). — Inter *ἁ-ν-δ-άν-ω* et *ἥδ-ο-μαι* eadem intercedit ratio atque inter *λα-ν-θ-άν-ω* et *λήθ-ω*. — Voces *ἑδανός* et *ἕδνα* cum Curtio huc retuli. Vocabulum *(ϝ)ἥδυμος* autem, ubi est Buttmanni (Lexil. I 179 sq.) coniectura pro *νήδυμος*, omitto. Quinque locis litera *ν* non antecedit, et in hymnis utraque vox occurrit. De origine vocis *νήδυμος* cf. Curtius Etym. 677.

Non desunt homerici loci, qui digamma revocent, sed in vocibus a longa vocali *η* incipientibus et multo pauciores loci requirunt consonam et aspernantur plures quam in ceteris huius stirpis vocabulis.

ϝανδάνει (ϝ)ἅνδανε. Figura præs. temp. non est nisi uno loco, ubi ante eam *particula καί* in quarta arsi *producitur β* 114 *τοῦ ὅτεῳ τε πατὴρ κέλεται καὶ ϝανδάνει αὐτῇ.* — Figura imperf. autem hiatum efficit in bucolica cæsura *ε* 153, tum excipit firmiorem vocalem *ι* dat. sing. tert. decl. *Α* 24, 378, *Ο* 674, *ν* *ἐφ.* nom. *Σ* 510, *γ* 150, *θ* 506, *ξ* 337, literam parag. part. *οὐχ κ* 373, atque est in initio versuum *ξ* 525, *π* 398, *ρ* 173. Nihil igitur obstat, nisi *duplicata ἀφ-ανδάνει π* 387 et *ἐφ-ήνδανε Η* 45, ubi est coniectura Hoffmanni *θεοῖς ἐπιϝάνδανε.* — Longiore figura *ἑ(ϝ)άνδανε* adhibita *Ω* 25 et *γ* 143 prava illa in fine tertii pedis cæsura evitatur.

(ϝ)ἑ(ϝ)αδότα excipit *ν ἐφ.* nominis *πᾶσιν Ι* 173 et *σ* 422: est idem versus.

(ϝ)ἅδε ϝάδοι ἁδεῖν. Digamma uno certe loco requiritur, quum *pron. encl. οἷ* in quarta thesi inter semiquinariam cæsuram

et bucolicam *producitur* ζ 245 ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ Ϝάδοι αὐτόθι μίμνειν. — Tum eadem figura excipit diphthongum ῃ in thesi productam υ 327. Nihil efficit quod breve vocabulum σφίν ante figuram ἅδε in cæsura semiternaria producitur ω 465: ceterum hanc figuram longæ syllabæ in consonas exeuntes antecedunt *M* 80, *N* 748. — Unus repugnat locus *Γ* 173 (θανατός μοι ἁδεῖν), ubi mitto emendationem Hoffmanni. — — In hymnis digammi revocatur memoria, quum producitur τοί 'tibi' h. II 66 (IV th.), οἱ 'ei' h. IV 9 (II th.). Mitto hiatum h. IV 10 et ceteros locos h. I 75, h. II 42, h. IV 18, 21. Obstat h. I 22.

(Ϝ)ἄσμενος est in initio versuum ι 63, 566, κ 134 atque excipit ν ἐφ. verb. *Υ* 350, part. κέν *Ξ* 108.

Ϝέδνα. Digamma in hac voce servatum esse efficiunt 1) hi *hiatus* in fine quinti pedis ἀπερείσια Ϝέδνα *Π* 178. τ 529, μυρία Ϝέδνα *Π* 190, *Χ* 472, λ 282; -- 2) *part.* καί in quarta arsi *producta* λ 117, ν 378. Præterquam his locis hæc vox non invenitur.

ἔ(Ϝ)εδνα pro Ϝέδνα usurpatum dactylum pro spondæo in quinto pede inducit α 277, β 196, θ 318, ο 18, in primo pede π 391, φ 161: ζ 159 nullius est momenti; ἐ(Ϝ)εδνώσαιτο β 53 et ἐ(Ϝ)εδνωταί *N* 382 ad pravam cæsuram in fine tertii pedis evitandam sunt adhibita.

(Ϝ)εδανός excipit firmissimam diphthongum ῳ *Ξ* 172; — idem versus recurrit h. IV 63.

(Ϝ)ἥδομαι non est nisi ι 353, ubi antecedit ν ἐφ. verb. — ἦδος subsequitur vocabulum τῶν *Σ* 80; reliqui loci obstant: ἔσσεται ἦδος *Α* 576, *Δ* 318, σ 404 Bekkerus præeunte Heynio in ἔσται Ϝῆδος mutavit, et ω 95 pro τόδ' ἦδος scripsit τὸ Ϝῆδος. Haud dubie sine iusta causa mutavit, quoniam in hac voce nullus locus et in verbo ἡδύς perpauci consonam postulant.

Ϝηδύς ἡδύς. De servato digammo ex eo solo coniicimus, quod *part.* καί in quarta arsi *producitur* in hac versus clausula φίλον καὶ Ϝηδὺ γένοιτο *Δ* 17 et *H* 387 atque in versu υ 69 τυρῷ καὶ μέλιτι γλυκερῷ καὶ Ϝηδέι οἴνῳ. — Contra Hoffmannum II 19 nihil concludi posse censeo ex hiatu *Δ* 378, quum ibi bucolica cæsura potius quam semiseptenaria statuenda esse videatur. Alii sunt in bucolica cæsura hiatus *Φ* 508, κ 519, λ 27. Tum excipit hæc vox diphthongum ῳ in quarta arsi productam *B* 270, *Ψ* 784, υ 358, φ 376, firmiorem vocalem υ (μέθυ (Ϝ)ἡδύ) δ 746, η 265, ι 162, 557, κ 184, 468, 477, μ 30, ρ 533, ν ἐφ. nom. ω 435, ν ἐφ. verb. μ 369, præp. ἐξ ο 44; est denique in initio versuum *Θ* 550, α 364, β 350, δ 446, 809, ι 197, 205, 354, κ 357, π 354, 451, σ 35, 111, υ 391,

ψ 17. Mitto duplicatum μελι-(ϝ)ηδής Δ 346, γ 46 al. — Repugnant sex loci: Δ 131 (ὅθ' ἡδέι — ὅ ϝηδέι Bentl. Bk.), γ 51 (δέπας), ϑ 64 (δ'), ι 210 (δ'), ν 80 (νήγρετος), τ 510 (ἔσσεται). — (ϝ)ηδυεπής est in initio versus Α 248, (ϝ)ηδύποτος diphthongum ου in prima arsi productam subsequitur γ 391, in quarta β 340, ο 507. — — In minoribus carminibus nihil probant h. I 169, h. III 562, h. V 238, h. VII 36, h. XXI 4, h. XXXII 2, batr. 172; obstant vero h. V 49, h. XIX 37. Addo vocem ἥδυμος consonam initialem non recipere h. III 241, 449.

St. pron. tert. pers. *σϝε ϝε ἑ *ϝε-ιο ε-ἷο ϝέ-ο ἕ-ο (ϝ)εῦ (ϝ)ἕ-θεν ϝοῖ οἷ ϝέ ἕ eius ei eum eam, sui sibi se, ϝό-ς ὅ-ς eius, suus.

Sscr. sva- (in initio compos.) ipse, per se ipsum, sva-s suus ipsius, sva-jam ipse; — lat. su-i si-bi sê, vet. sovo-s rec. suu-s; — got. si-k se, svês ἴδιος, οἰκεῖος. — Curtius Etym. 366, Bopp Gl., Corssen Ausspr. I 368, Schleicher Comp. 213.

Quum in homericis carminibus et in lingua herodotea pron. ἕο (εὗ) οἷ ἕ non solum pro reflexivo pronomine, sed etiam sæpissime (et dat. οἷ multo frequentius) pro pronomine tertiæ personæ usurpetur, nescio an hæc prima ac propria huius stirpis significatio existimanda sit. Facilius enim coniicimus vim reflexivam eamque universam, quæ etiam ad primam et secundam personas referatur, a demonstrativa quadam vi profectam esse quam hanc ex illa. — Figuras homericas ἑοῖ ἑέ ἑό-ς a stirpe *σϝε interposita vocali ε amplificata, qua ratione exstiterit *σεϝε, ortas esse uberius demonstravit Rumpf Jahrb. (1860) LXXXI p. 688; assentitur Schleicher Comp. 213 conferens lat. sovo-s. Dentalem spirantem in cognatis linguis ubique fere servatam invenimus, in græca autem, si eas figuras excipimus, quæ corroborato digammi sono a consonis σφ incipiunt, plane obsoletam. Dubia sane vestigia huius spirantis in carminibus homericis putanda sunt. Contra labialis eiusdem stirpis spirans consona in græca lingua tenacissima fuit. Abundant e dialectis testimonia. Certissima est Boeckhii emendatio CIG. n. 1565 v. 7 ϝοῖ pro ΝΟΙ, incertior autem videtur coniectura Kirchhoffii (Philol. XIII 8) ad Oeconomidæ tit. locr. I v. 8 διπλῇ ϝοι pro διπλεῖ οἱ. Hesychius autem has glossas tradidit: γίο· αὐτοῦ (tarent. esse putat Ahr. II 250), γοί· αὐτῷ, γῷ· ἑαυτῷ (?). ἰδίῳ. καὶ ᾧ (σῷ cod., em. Ahr. II 54). Mitto gl. γίν· σοί, cf. ann. Schmidtii. Tum digammo initiali complures huius pronominis figu-

ras apud Æoles usas esse diserte dicunt Apollonius et Priscianus (cf. Ahr. I 31); quum vero quæ dicunt hi viri ad carmina poetarum lyricorum spectent, ad illa transeo. Ac primum apud Pindarum *οἷ* innumeris locis digamma servasse neque usquam vocabulum elisione minutum vel *ν ἐφ.* excipere auctor est Boeckhius Metr. Pind. 310: cf. Pyth. II 83 (*οὔ οἱ, οὔ Ϝοι* Mommsen), Ol. IX 15, 67 al.; *ὅς* est Pyth. VI 36 (*παῖδα Ϝόν*) al. Apud alios poetas lyricos sunt hi loci: Corinnæ fragm. 19 *πηδεγον* cod., *πῆδα Ϝόν* Ahr. Bergk (digammi testis est Apollonius); Sapph. fr. 89 *Ϝέ* (e coni. Bergkii), fr. 111 *Ϝοῖ* (teste Apollonio), fr. 117 *τὸν Ϝὸν παῖδα* (Bergk duce eodem, qui tamen *εον* habet); Alcæi fr. 11 *γεθεν* cod., *Ϝέθεν* corr. Bekker auctore Apollonio; Alcman. fr. 99 *τὰ Ϝὰ κάδεα* (*εα* cod., sed de digammo diserte testatur Apollonius), fr. 69 *ὅς Ϝέθεν* propter neglectam productionem scripsit Bergk. Addo *δὲ Ϝῶ παιδός* fragm. adesp. 32 Bergk (Priscian. Inst. I 21 K.). De hiatibus, qui ante hæc pronomina apud elegiacos poetas inveniuntur, disserit Renner, Curtii Stud. I 1 149. — Figuram *εἷο* digammatam fuisse negat Hoffmann § 142 1; manifestum est tamen inter *ε-ἷο* et *ἕ-ο ε-ῦ* eandem esse rationem atque inter *σε-ῖο* et *σέ-ο σε-ῦ* vel inter *ἐμε-ῖο* et *ἐμέ-ο ἐμε-ῦ,* ac præter homericum locum *χ* 19 digamma testatur hiatus durissimus in fine secundi pedis *μετὰ εἷο* Hesiod. Theog. 392. Aliter se habet figura *ἑοῖο* (*ἑεῖο*?) a posterioribus poetis epicis (Apoll. Arg. *Α* 1032, *Β* 6 al.) usurpata, quæ ad similitudinem figurarum homericarum *ἑοῖ ἑέ* et fortasse *τεοῖο* (*τεεῖο*?) videtur esse facta. — Veri simillimum est ab hac rad. **σϜε* profectas esse voces *Ϝἰ-διο-ς Ϝέ-τη-ς* et fortasse *ἕτ-αρο-ς ἑτ-αῖρο-ς:* de his suis locis disseram. Aliud est autem vocabulum, quod ad hanc eandem radicem sagacissime doctissimeque retulerunt docti viri, dico particulam *αἰ εἰ* coll. osc. *svai* = lat. *si* (Corssen Ausspr. I 696) et gl. Hesych. *βαῖκα· ἐάν. Κρῆτες* (ex emend. Heringæ, cf. Pohl dig. 18 annot. 74). Ingeniosissime ex hac ratione productam syllabam, quæ inest in *ἐπ-εί* pro **ἐπ-Ϝει δ* 13, *Χ* 379 al. (sex locos collegit Ameis ad *δ* 13 Anhang), explicatam vult Curtius. Doleo quod hanc particulam in perlegendis carminibus homericis omisi, neque nunc licet omnes locos congerere. Confirmare tamen ausim nulla in hac particula certa vel conspicua esse digammi vestigia.

Nulla profecto vox tot in carminibus homericis præbet amissi digammi vestigia, quot in hoc pronomine maxime in usitatissima figura *Ϝοῖ* apparent.

Ϝεῖο Ϝέο ἕο Ϝεῦ. — *Ϝεῖο.* De digammo huius figuræ haud dubie concludere licet ex *hiatu χ* 19 *αἵματος ἀνδρομέοιο· θοῶς δ' ἀπὸ*

ϝεῖο τράπεζαν (*ὤσε*), quum nihil sit quod tmesin hic inesse et bucolicam cæsuram putemus. Mitto hiatum in fine pedis primi *Δ* 400. — *ϝέο.* Servatum esse digamma certissime efficitur ex his productionibus, quum *a*) *brevis vocalis finalis præp. ἀπό* in quarta thesi præeunte graviore tertii pedis cæsura (semiquinaria *N* 163, reliquis locis trochaica) ante hanc figuram *producitur: ἀπὸ ϝέο E* 343, *N* 163, *Υ* 261, *ε* 495, *ι* 398, 461, *φ* 136, 163, — *b*) *coni. ἐπεί* in eadem versus sede *producitur ξ* 461. — Tum hiatum efficit hæc figura in cæsura trochaica pedis tertii *B* 239, excipit diphthongum *ῳ* in thesi productam *ϑ* 211, *ν ἐφ.* verb. *ῃ* 217. — Unus obstat locus *T* 384 *πειρήϑη δ' ἕο αὐτοῦ κτλ.*, ubi fluctuant lectiones et coniecit Bekkerus *δὲ ϝεῦ αὐτοῦ.* — *ϝεῦ.* Ante hanc figuram *producuntur a*) *part. καί* in tertia arsi *Ω* 293, 311, — *b*) *coni. ἐπεί* in secunda thesi *O* 165, — *c*) *vocabulum γάρ* in secunda arsi *I* 377. Mitto productionem brevis syllabæ *Ξ* 427; *Υ* 464 antecedit vocabulum *πώς*. — Requirunt igitur digamma quatuordecim loci, repugnat unus, qui incertam lectionem præbet.

ϝέϑεν. Digamma produnt 1) *omissa consona parag. οὗ ἕϑεν* i. e. *οὗ ϝεϑεν Δ* 114, — 2) *brevis vocalis finalis præp. ἀπό* in quarta thesi post semiquinariam *producta Z* 62, *K* 465, *M* 205, *Υ* 278, — 3) *breve vocabulum γάρ* in eadem versus sede inter semiquinariam cæsuram et bucolicam *productum I* 419, 686: ceterum apparet ante encliticam vocem nullam esse cæsuram. — Deinde excipit hæc figura consonam parag. adv. *πρόσϑεν E* 56 (*πρόσϑε* Apoll. auctore Spitznero), 80, *Υ* 402, firmiorem vocalem præp. *πρό E* 96, pron. relat. *οἵ* in prima thesi productum *O* 199, *Υ* 305, *ψ* 304, vocabula *δή K* 27, *ἄνευ P* 407 (de firmiore huius diphthongi natura potest dubitari), diphthongum *ῃ τ* 481, longam vocem *οὖς Γ* 128. — Nihil igitur obstat.

ϝοῖ. Uberrima sunt et multiplicia digammi vestigia, quum 1) *desunt literæ parag.* his locis: *οὗ οἱ* i. e. *οὗ ϝοι B* 392, *E* 53, *Ξ* 141, *O* 496, *P* 153, *T* 124, *Υ* 349, *X* 219, *α* 262, *ϑ* 175, *ν* 417, *σ* 355, *κέ οἱ* i. e. *κέ ϝοι Z* 281, *I* 157, *Ψ* 540, *γ* 258, *δ* 174, *ι* 458, *δαΐέ οἱ* i. e. *δαΐέ ϝοι E* 4; — 2) *breves vocales finales producuntur a*) in prima thesi *τό ϝοι X* 307, — *b*) in sexta *προτὶ ϝοῖ Φ* 507, *ποτὶ ϝοῖ ω* 347; — 3) *producuntur a*) *part. καί α*) in tertia arsi *Δ* 79, *Z* 91, *Θ* 331, *I* 591, *K* 213, *M* 229, *N* 420, *Ξ* 93, *T* 332, *α* 89, *β* 54, *ζ* 245, *ι* 249, *β*) in prima thesi *Z* 93, 274, *I* 156, *Λ* 789, *M* 350, 363, 371, *Π* 829, *P* 570, *Σ* 142, *Ψ* 410, *Φ* 121, 409, *X* 114, *Ω* 514, 537, *β* 226, *ϑ* 430, *ξ* 112, 129, *ρ* 355, *τ* 196, 241, 281, *ω* 273, *γ*) in tertia thesi *P* 273, *δ*) in quinta thesi *K* 328, *Ψ*

564, γ 203, — *b*) *coni.* ἐπεί in secunda thesi *Γ* 106, *M* 407, *P* 577, *ε* 131, — *c*) *part.* δή in prima arsi *E* 24, φ 24, 29, χ 249, — *d*) *longæ vocales diphthongive* satis leves *α*) in prima arsi πάντῃ λ 193, δοίω *Ψ* 560, ϑ 403, *β*) in secunda arsi pron. relat. ᾗ *Γ* 387, *Ω* 30, *γ*) in tertia arsi pron. relat. ᾗ α 191, ξ 521, ϱ 297, οἵ *N* 710, αἵ *Ω* 479, τοί ω 210; — 4) *hiatus* efficit hæc figura ϝοῖ his locis post ea quæ sequuntur vocabula *a*) post priorem primi pedis arsin ὅσσα ϑ 319, τ 295, τόσσα ξ 326, πολλά ϱ 231, ἀλλά *Z* 16, αἶψα π 441, ἔνϑα *Z* 251, *Λ* 809, *N* 570, 643, η 19, ο 556, ψ 179, ω 208, ὄφρα *I* 691, *Λ* 266, *N* 574, *Σ* 376, δ 163, τόφρα *Σ* 16, 381, ε 122, ῥά *N* 443, *Ξ* 218, *O* 584, *P* 72, *Y* 421, *Ψ* 384, δ 133, ι 401, δέ *Γ* 262, 312, *Δ* 367, *E* 365, 437, *I* 286, *K* 407, *Λ* 34, *N* 394, *O* 178, *Π* 801, *Σ* 326, *Y* 470, *Ψ* 387, *Ω* 399, β 21, 380, γ 306, ε 265, η 231, μ 422, χ 83, ψ 369, οὐδέ *N* 280, τέ β 254, ϱ 69, — *b*) in fine pedis primi (apparet cæsuram esse post encliticum vocabulum semiternariam) ὅσα π 339, τινά *K* 19, *Λ* 795, ἄρα *E* 694, *Z* 253, 406, *N* 821, *Ξ* 232, *Π* 715, *Σ* 384, 423, 610, *T* 7, *Ψ* 765, β 302, ε 474, ζ 145, 214, ϑ 291, λ 247, ο 160, 525, 530, π 13, χ 404, ῥά *Z* 177, *N* 675, *Ξ* 407, *P* 568, *X* 292, ξ 527, φ 415, οὕνεκα *Y* 409, γ 53, ϑ 320, ο 42, π 379, τοὔνεκα *A* 291, *Λ* 23, ἄγε ϑ 389, ν 13, υ 296, φ 336, ψ 177, δέ *B* 5, *Δ* 215, *E* 300, 307, 315, *Z* 193, *H* 271, *Θ* 246, 328, *I* 149, *K* 17, 438, *Λ* 458, *N* 458, 805, *Ξ* 23, 124, 161, *O* 540, *Π* 225, 652, 804, *P* 7, *Σ* 205, 611, 613, *Ψ* 390, 683, *Ω* 452, ε 452, η 122, ϑ 426, 453, ι 389, ο 204, σ 93, χ 338, ω 239, 275, ποτέ *A* 20, τέ *H* 86, *I* 380, *K* 226, *N* 282, α 291, β 222, μ 90, δέξατο *B* 186, ἔτι ε 114, ἐπί *Φ* 174, tum ἐπί (ἐπὶ ϝοῖ) *Θ* 327, *Λ* 239, *X* 326, ϱ 330, 507, quibus locis non est encliticum, sed constat post præpositionem hic nullam esse cæsuram, — *c*) post priorem secundi pedis arsin ὅσσα η 197, ἔπειτα β 379, ῥά *Π* 820, υ 54, δέ *B* 408, *Δ* 529, *Z* 203, 405, *I* 190, *N* 409, *Π* 147, 242, 509, *Ψ* 392, 674, 677, γ 311, ε 267, λ 609, ν 433, ο 95, οὐδέ *N* 557, *Φ* 320, ε 271, τέ *Δ* 484, ω 311, — *d*) in fine secundi pedis ἄρα *Δ* 198, 254, *M* 351, *N* 210, 246, 474, 600, *Σ* 444, *X* 371, α 335, ν 66, ϱ 199, σ 118, 211, τ 283, υ 106, φ 66, ῥά *P* 411, 655, *Y* 146, *X* 439, 470, δέ *Λ* 104, *Θ* 48, *K* 257, 261, *M* 396, *N* 181, 544, *Ξ* 420, *P* 232, *Φ* 551, *Ψ* 139, δ 662, ε 389, η 103, ϑ 363, ν 437, φ 9, ἐνϑάδε π 371, τέ *N* 21, *Ξ* 215, *Y* 169, ὅϑι α 425, ἐπί *N* 542, ϱ 342, προτί *Y* 418, — *e*) in fine tertii pedis ὅσα γ 312, ἵνα *T* 39, *Ω* 467, ι 234, ξ 296, τ 413, ῥά *Ξ* 172, δ 66, φ 17, τάχα *P* 99, ὅτε *Θ* 216, *K* 290, *Λ* 300, *T* 204, *Ω* 29, κ 435, τότε *Λ* 192, δέ *B* 515, *Ξ* 253, *Φ* 64, *X* 131, *Ψ* 149, β 387, τ 398, ὅϑι *E* 446, *Λ* 358, ε

381, *ϑ* 277, *o* 101 (v. l.), 175, *χ* 109, — *f*) post priorem quarti pedis arsin *ῥά* *N* 416, *P* 554, *δέ* *A* 200, *B* 266, 675, *Δ* 493, *E* 10, 248, *Θ* 129, 329, *I* 376, *K* 304, *Λ* 233, *N* 439, 605, *Ξ* 122, 158, *O* 42, 442, 465, 529, 649, 686, *Π* 185, 529, 800, *P* 599, 696, *Υ* 302, *Φ* 145, 473, *X* 448, *Ψ* 304, 397, 562, *Ω* 399, *β* 37, 92, 267, *γ* 192, *δ* 664, 705, 745, 767, 794, 840, *ε* 243, 316, 396, *ζ* 307, *ϑ* 270, 405, *λ* 285, 448, *ν* 132, 135, 221, 381, 419, *ξ* 31, 34, *o* 223, 546, *π* 16, 347, *ρ* 11, 318, *σ* 68, 103, 189, 283, *τ* 396, 472, *υ* 13, 30, *φ* 338, *χ* 11, 17, *ψ* 93, *τέ* *P* 572, *Ψ* 337, — *g*) in fine quarti pedis, ubi enclitica voce cæsura impeditur, *ἄρα* *E* 682, *Λ* 604, *P* 211, *ξ* 518, *μάλα* *Λ* 381, *δέ* *Δ* 466, *E* 670, *K* 10, *Υ* 80, *Φ* 389, *ι* 390, *υ* 93, *ὅτε* *π* 11, *ψ* 342, *τέ* *ν* 109, — *h*) post priorem quinti pedis arsin *ἄσσα* *Υ* 127, *ἀλλά* *γ* 241, *δ* 667, *ἔνϑα* *ε* 288, *ξ* 5, *ὄφρα* *α* 88, 261, 363, *ι* 248, *π* 450, *τ* 603, *φ* 357, *ῥά* *η* 41, *εἶϑε* *β* 33, *δέ* *A* 188, *B* 217, 833, *Γ* 348, *Δ* 478, *E* 295, 709, *H* 259, *Θ* 122, 314, *K* 407, *Λ* 29, 39, 331, *M* 50, *N* 244, 562, 616, *Ξ* 435, 438, *O* 452, 464, 607, *Π* 109, 331, 348, 792, *P* 44, 230, 302, 523, 695, *T* 16, 365, 366, *Υ* 489, *Φ* 117, 547, 571, *X* 27, *Ψ* 303, 392, 396, 500, *Ω* 44, 413, *γ* 369, *δ* 704, *ζ* 131, *κ* 247, 559, *λ* 182, 188, *ν* 337, *o* 285, *π* 38, *ρ* 266, *τ* 471, *φ* 50, 146, *χ* 214, *ω* 318, *ἠδέ* *O* 226, *Ψ* 126, *οὐδέ* *Π* 740, *δ* 166, *σ* 3, *φ* 308, *τέ* *Ω* 292, *α* 91, *ψ* 8, — *i*) in quinti pedis fine *τινά* *β* 124, *δέ* *Φ* 542, *η* 7, 82, *σ* 344, *ψ* 85, *τέ* *α* 392; — 5) *breves syllabæ in consonas exeuntes* et in arsibus et in thesibus, quæ propter encliticam vocem nullis cæsuris confirmantur, his locis *producuntur* *a*) in prima arsi *αὐτάρ* *ε* 143, *ἴσον* *O* 183, *ὅστις* *I* 392, *τοῖον* *E* 7, *γάρ* *Λ* 543, *M* 103, *Ξ* 521, *Φ* 586, *δ* 559, *ε* 16, 41, 113, *ϑ* 79, *ξ* 96, *ρ* 145, *κέν* *α* 239, *β* 249, *κ* 434, *ξ* 369, *μέν* *Z* 194, *I* 131, *Φ* 547, *τ* 244, — *b*) in secunda arsi *αὐτάρ* *Z* 157, *Φ* 570, *τ* 226, *ὅσπερ* *Θ* 190, *οὔτις* *K* 129, *γάρ* *X* 438, *δ* 292, *ϑ* 302, *κέν* *Λ* 792, *O* 403, *ὅς* *P* 699, — *c*) in tertia arsi *ὅς* *E* 695, *P* 324, *φ* 54, *ψ* 101, 169, *τόν* *Ξ* 166, *Π* 460, — *d*) in prima thesi *δός* *ρ* 400, *ὅς* *Γ* 372, *Δ* 500, *H* 222, *I* 285, *O* 463, 534, *Π* 691, *γ* 401, *δ* 11, *η* 171, *ξ* 65, *o* 230, *φ* 38 (hic nihil curo *X* 236 et *Ω* 154, cf. p. 32), *τόν* *M* [450], — *e*) in secunda thesi *ἄψορρον* *Δ* 152, *ἀτάρ* *ι* 360 (v. l.), *γάρ* *E* 188, *Θ* [442], *M* 174, *N* 661, 666, *O* 111, 451, 532, 596, *Υ* 183, *Φ* 516, *Ω* 153, *δ* 677, 826, *λ* 393, *ν* 244, *π* 412, *τ* 191, *ω* 104, 423, *κέν* *I* 284, *μέν* *Γ* 195, *Π* 251, *β* 190, *π* 173, *o* 372, *σ* 192, *ω* 274, *ὅς* *N* 440, *X* 204, *τίς* *Ω* 149, — *f*) in tertia thesi *ὅστις* *M* 334, *γάρ* *Z* 38, 159, *K* 232, *N* 517, *O* 610, 613, *X* 489, *Ψ* 530, 834, *ε* 6, *π* 64, *τ* 222, *κέν* *K* 212, *ξ* 184, *τίς* *E* 411, *Δ* 705, — *g*)

in quinta thesi *γάρ* *Ψ* 298, *ὅς* *B* 184, *P* 583, *Ω* 85, *ὅν* *Ξ* 178, *τόν* *δ* 125, — *h*) in sexta thesi *γάρ* *ε* 283.

(*ϝ*)*οἷ*. Venimus ad eos locos, qui minus probant. Hiatum igitur efficit hæc figura in cæsura bucolica *I* 324 et brevem syllabam in consonam exeuntem in semiternaria cæsura productam subsequitur *E* 800, quibus locis non est enclitica; deinde excipit firmiores vocales harum vocum terminationumve *ὅ* (relat.) *Γ* 338, *E* 433, *H* 220, *Θ* 362, *I* 534, *Λ* 439, *N* 168, 211, *Υ* 283, *Ω* 234, *α* 300 (v. l.), *γ* 198 (v. l.), *δ* 771, *λ* 540, *μ* 375, *ξ* 3, *ϱ* 4, *τό* *Λ* 325, *O* 450, *P* 292, *Υ* 289, *X* 307, *ἅ* *P* 195, *β* 116, *ζ* 228, *ν* 120, *τά* *Δ* 219, 468, *H* 146, *Λ* 245, *Π* 139, *T* 368, *δ* 228, *ε* 240, 321, 372, *ϑ* 428, 440, 545, *ν* 369, *ο* 207, *τ* 250, *φ* 13, *χ* 51, *ψ* 206, *ω* 346, *τὶ* (*οὔτι*) *B* 215, 238, 873, *I* 374, *Σ* 62, 443, *Υ* 296, *X* 295, *Ω* 75, 152, 414, 538, *ὅτι* (*ὅττι*) *Λ* 537, *B* 255, *E* 326, *O* 156, *Π* 531, *P* 642, *Ψ* 545, 556, 577, *λ* 103, *ν* 343, *π* 131, *τ* 248, *πρό* *α* 37, termin. *ι* dat. sing. tert. decl. *P* 51, imper. *ἴϑι* *T* 347, vocalem *υ* *Λ* 96, *N* 317, *Ξ* 403, *T* 169, *α* 62, 407, *ζ* 277, *ο* 239, *υ* 193, tum longas vocales diphthongosve in arsibus productas *ὅππῃ* *α* 347, *τῷ* *ω* 196, *αὐτοῦ* *O* 349, *Φ* 322, *εἰ* *δ* 224, 293, 789, *ι* 532, *μ* 78, *ἤ* *Π* 244, *μή* *X* 203 (est prima arsis), atque in thesibus *Λ* 251, 321, *B* 419, *Γ* 272, 375, *Δ* 91, 138, 202, 390, *E* 12, 808, *Z* 316, *H* 143, *Θ* 371, *I* 244, 586, *K* 307, *Λ* 228, 788, 847, *M* 458, *N* 491, 536, *Ξ* 406, 430, *P* 71, 409, *T* 253, 385, *Υ* 62, 95, *Ψ* 297, 537, 832, *Ω* 113, 428, *α* 17, 275, 434, *γ* 407, *δ* 536, 653, *ε* 323, 442, *ζ* 23, 114, 147, 225, *η* 13, *ϑ* 284, *κ* 349, 440, *ξ* 2, *π* 389, *ϱ* 407, *σ* 242, *τ* 219, *φ* 22, *χ* 369. Iam longæ syllabæ in consonas exeuntes antecedunt *Λ* 72, 276, 344, *B* 586, *O* 75, 232, *Σ* 408, 460, 466, *T* 243, *Φ* 321, *X* 196, *Ψ* 551, *Ω* 52, *α* 264, *β* 172, *δ* 647, 649, 841, *η* 140, *ϑ* 392, 571, *ι* 443, *κ* 43, *ν* 251, *ξ* 383, 460, *ο* 170, 203, 234, 282, *π* 40, *τ* 412, 534, al.; et est hæc figura in initio versuum *E* 64, *Π* 47, *λ* 433, *χ* 14. Uno loco ante eam traditum est *ν* *ἐφ*. *Φ* 567 (*εἰ δέ κέν οἱ πϱ.*).

οἷ. Requirunt igitur digamma huius figuræ trecenti tres et septuaginta Iliadis loci, ducenti septuaginta Odysseæ et plus centum loci Iliadis, plus octoginta Odysseæ nullius sunt momenti, consonam illam autem aspernantur in Iliade undecim loci, sex in Odyssea. De his locis disputavit G. Hermannus Orph. II 775 sqq. Seiunxi sex locos, ubi variæ sunt lectiones, quæ digammo faveant. Hos iam supra suis locis allatos breviter hic retractabo. Sunt hi: *Λ* 339 *οὐ γάϱ οἱ ἵπποι* ante Heynium vulgo, v. l. a schol. A traditam *οὐδὲ γὰϱ ἵπποι* recepit Heyne, probat Herm., coniecturam Bentleii *οὐδέ* (*ϝ*)*οἷ ἵπποι* sequuntur Spitzner (scholiastæ hanc lectionem falso

attribuens), inde Df. Pierr. Koch, Bk. autem inter *οὐδὲ γάρ ἵπποι* et *οὐ γάρ οἱ* et *οὐδέ οἱ* videtur fluctuare; — *ι* 360 *ὣς ἔφατ'· αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον* plerique libri, v. l. *ὣς φάτ'· ἀτάρ* (*ϝ*)*οἱ* divinavit Herm., sequ. Bk. (auctore Hermanno ordine mutato *ἐγὼν αὖτις*), receperunt Df. Am. LR.; — *ν* 430 *κάρψε μέν οἱ χρόα καλὸν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι* libri longe plurimi, sequ. LR., *κάρψε μὲν* (om. *οἱ*) cod. Ven. K, unde *κάρψεν μὲν* sumpserunt Bk. Df. Am., Herm. coni. *κάρψεν ϝοι;* — *ο* 101 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵκανον ὅθ' οἱ κειμήλια κεῖτο* acceperat Herm., *ἵκανον ὅθι οἱ* quinque cod., v. l. *ἵκανον ὅθι* (om. *οἱ*) sequ. Bk. Df. Am., aliam *ἵκαν' ὅθι οἱ* recepit LR.: maxime placet lectio La Rochiana, quum et pronomen *οἱ* codicum auctoritate stabilitum plenior sententia requirere videatur et offendat producta vocalis ultima vocis *ὅθι*: mitto coniecturam Herm. *ἷκονθ' ὅθι ϝοι;* — *α* 300 et *γ* 198 *Αἴγισθον δολόμητιν, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα,* ubi *ὅ οἱ* pro *ὅς οἱ* Aristarchus scripsisse traditur, quem sequuntur Bk. Df. Am. LR. — Ceteris locis ad coniecturas est confugiendum. Ac primum quidem quum versus *α* 300 l. *γ* 198 recurrat *γ* 308, sumamus sine dubio oportet hic quoque Aristarchum scripsisse *ὅ οἱ,* non *ὅς οἱ.* Tum eadem verba *ὅς οἱ* inveniuntur *Z* 90 *πέπλον, ὅς οἱ δοκέει* et *N* 561 *Ἀσιάδην, ὅς οἱ οὖτα μέσον σάκος* et *φ* 416 *ὀιστόν, ὅς οἱ παρέκειτο,* quibus locis facillime cum Bentleio et Hermanno coniicimus proprie fuisse *ὅ οἱ,* quam coniecturam receperunt Heyn. Bk. Df. Am. alii. Tum habemus: *Z* 101 *μαίνεται, οὐδέ τίς οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν* (*οὔ τίς ϝοι* Bentl., sequ. Heyn. Bk.), *Π* 735 *μάρμαρον ὀκριόεντα, τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψεν* (ita Spitzner, *ὀκριόενθ', ὅν* (*ϝ*)*οἱ* coni. Bentl. Herm. coll. Hesiod. Scut. 255, sequ. Heyn. Bk. Df.), *Ψ* 865 *μέγηρε γάρ οἱ τό γ' Ἀπόλλων* (*μέγηρεν γὰρ* Herm., *μέγηρε δέ ϝοι* Heyn. Bk.), *Ω* 53 *νεμεσσηθῶμέν οἱ ἡμεῖς* (*νεμεσσηθῶμεν ἂν ἡμεῖς* Heyn., *νεμεσσηθείομεν ἡμεῖς* Herm. lectionem Aristarchi *νεμεσσηθέωμεν* afferens, sequ. Bk.), *Ω* 72 *ἢ γάρ οἱ αἰεὶ* (*δὴ γὰρ ἀεὶ ϝοι* l. *νῦν ϝοι* coll. v. 112 Bentl., *καὶ γὰρ ἀεὶ ϝοι* Heyn., *ἤ τέ ϝοι αἰεὶ* Herm. Bk.), *ε* 234 *δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν* (*δῶκέν ϝοι* Herm. coll. *P* 51, sequ. Bk. Df. Am.), *ζ* 280 *ἤ τίς οἱ εὐξαμένῃ πολυάρητος θεὸς ἦλθεν* (*ἤ νύ ϝοι* Herm., *ἠέ ϝοι* Nitzsch, *ἤ τί ϝοι* Am., *ἠέ τις* Bk., sed pronomen hic vix potest participio deesse), *λ* 442 *μηδ' οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν* (v. l. *μὴ δ' οἱ* l. *μὴ δὲ, μή ϝοι* coni. Herm., sequ. Bk. Df. Am.). Restant loci emendationem ægre ferentes: *E* 338 *ἀμβροσίου διὰ πέπλου, ὅν οἱ Χάριτες κάμον αὐταί,* et *Y* 282 *ἔστη, κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν* (mitto enim coniecturas et Bentleii *κὰδ δ' ἀχλὺς χύτο,* cf. Spitzner ad h. l., et Hermanni *κὰδ δ' ἄρ' ἄχος χύτο*); ad quos

locos accedunt tres, in quibus non pronomen tert. pers. sed demonstrativum sive articulum inesse sine causa interpretes contenderunt: *B* 665 ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι | υἱέες υἱωνοί τε βίης Ἡρακληείης: etsi γάρ οἱ ἄλλοι optime ferri potest (Ameis), tamen facilius demonstrativo pronomine caret subst. ἄλλοι, quam dativo verbum ipsum ἀπείλησαν, quod absolute positum non est nisi ubi participium ἀπειλήσας cum alio verbo coniungitur, cf. La Roche ad h. l. et Ebeling Lex. hom.: δέ ϝοι coni. Herm., sed in hac carminis parte, quæ κατάλογος τῶν νεῶν appellatur, neglectum digamma minus offendere videtur; tum *Z* 289 et *o* 105 ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι κτλ., ubi contra Aristarchum, qui, ne pronomen et articulus permiscerentur, ἑσάν οἱ scripsit, articulum hic esse sine causa contendit Ameis ad *o* 105, cf. *o* 101 quæque de hoc loco diximus: ἔνθα δ' ἔσαν coni. Heyn., ἔνθ' ἦν ϝοι Bk. — Contra *B* 281 ὡς ἅμα θ' οἱ πρῶτοί τε καὶ ὕστατοι vocabulum οἱ sine dubio pro articulo accipiendum est: contra Kochium inspiciendus est Ameis.

ϝέ. ἕ. De digammo in hac figura a poeta servato concludimus 1) ex *omissis literis parag.* κέ ἑ pro κέ ϝε *I* 155, οὔ ἑ pro οὔ ϝε *Ω* 214, — 2) e *part.* καί *producta a*) in prima thesi *Ω* 532, 586, — *b*) in quinta thesi *Γ* 408, *α* 434, — 3) ex *hiatibus*, quos hæc figura post ea quæ sequuntur vocabula his locis efficit *a*) in primo pede ἀλλά *Σ* 119, ἔνθα *Π* 456, 674, ὄφρα *H* 85, ῥίμφα *Z* 511, *O* 268, ἀμφί (est ἀμφὶ ϝέ) *Δ* 497, *O* 241, 574, — *b*) in secundo pede δέ *θ* 396, οὐδέ *P* 27, — *c*) in quarto pede μάλιστα *Y* 77, ῥά *Λ* 236, αὖτε *X* 172, δέ *B* 197, *Λ* 541, *E* 391, *Z* 24, *Θ* 301, 310, 322, *I* 239, *K* 245, *M* 300, *Ξ* 142, *O* 283, *Σ* 176, *Φ* 523, 569, *X* 213, *Ψ* 693, 705, *δ* 355, 617, *ε* 353, *ν* 270, *o* 117, τέ *O* 682, *X* 142, — *d*) in quinto pede πυκάσασα *P* 551, τρύζοντα *ρ* 387, ἀλλά *E* 613, *N* 414, ῥά *Λ* 249, δέ *ζ* 133, *π* 57, *ρ* 243, *φ* 201, οὐδέ *E* 103, *Λ* 589, *Σ* 132, *Ψ* 323, *o* 213, *χ* 426, *ω* 292, τέ *Λ* 510, *α* 321, — 4) e *brevi vocabulo* κέν in tertia thesi ante encliticam vocem *producta X* 42; addo hic coniecturam Hermanni (Orph. 792) *Ξ* 423 αἰχμάς· ἀλλ' οὔ τίς ϝε δυνήσατο, ποιμένα λαῶν pro vulg. οὔ τις ἐδυνήσατο (est v. l. δυνήσατο), sequ. Bk. — Tum excipit hæc figura vocales firmiores τὶ *π* 59, *ρ* 554, ὅττι *ι* 402, longas vocales diphthongosve in thesibus productas *B* 11, *Δ* 534, *E* 625, 766, *Λ* 467, *X* 474, *δ* 527, *o* 356, *π* 457, *τ* 390, præp. εἰς *Ψ* 203, *χ* 436. — Requirunt igitur digamma duodequinquaginta Iliadis loci et sedecim Odysseæ, septem loci autem in Iliade et in Odyssea octo consonam bene ferunt atque unus Iliadis locus eam aspernatur. Est *Ξ* 162 ἐλθεῖν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασαν ἓ αὐτήν, ubi emendationem Bentleii et Hermanni ἐντύ-

νασα non sine causa reiecerunt Spitzner et Hoffmann. — — Omisi scilicet omnes eos locos — sunt duodecim —, ubi *Ϝέ* pro *μέν* coniectura induxit Bekkerus.

Ϝός ὅς. Digamma requirunt 1) *breves vocales ultimæ* his locis *productæ* a) in quarta thesi post graviores cæsuras semiquinarias *ὃ δ' ἄρα Ϝῷ παιδὶ ὄπασσεν* P 196, *οὐδὲ Ϝοὺς παῖδας ἔασκεν* B 832, Λ 330, — b) in sexta thesi *θυγατέρα Ϝήν* E 371, Z 192, Λ 226, N 376; — 2) *termin. ι dat. sing. tert. decl. producta* a) in secunda thesi *ἣ δ' ἄχεϊ Ϝοῦ παιδός κτλ.* ο 358, — b) in sexta thesi *χαριζομένη πόσεϊ Ϝῷ* E 71, *καὶ σθένεϊ Ϝῷ* Π 542, *καὶ τέκεϊ Ϝῷ* Ω 36, δ 175, *καὶ πατέρι Ϝῷ* γ 39: apparet ancipiti huius vocalis quantitate has productiones nequaquam excusari, et ο 358 levior putanda est semiternaria; — 3) *longæ vocales diphthongive* satis leves et in arsibus *productæ* et in thesibus a) in quarta arsi *καί* Λ 307, γ 235, κ 61, *αἰεί* χ 117, *ἐνίσπῃ* θ 101, 251, *κατάσχῃ* ο 200, — b) in secunda arsi *ἔγνω* Λ 333, Θ 446, Π 530, X 296, — c) in secunda thesi *καί* α 240, ξ 370, *ἐπεί* Ψ 350; — 4) hi *hiatus* a) in fine primi pedis *μετὰ Ϝοῖσι* α 19, 237, — b) in fine pedis alterius *μητέρα Ϝήν* (*μητέρ' ἐϜήν* Bk.) T 20, *εἵνεκα Ϝοῖο* Y 235, ο 251, *παρὰ Ϝῇ* κ 61, *ἀπὸ Ϝῶν* Δ 306, — c) in fine tertii pedis *ὄθι Ϝῇ* Z 516, *προτὶ Ϝόν* P 200, 442, ε 285, 376, — d) in quarti pedis fine *μετὰ Ϝοῖς* ι 369, *ἀπὸ Ϝῆς* B 292; — 5) *breves syllabæ in consonas exeuntes* his locis *productæ* a) in prima arsi (*οἷος Ϝῆς ἀρετῆς* Λ 763 e coniectura Bekkeri pro *τῆς*), — b) in secunda thesi *αἶψά κε σὺν Ϝῷ παιδί κτλ.* ρ 540, ubi patet productionem præpositionis nulla cæsura excusari, — c) in quarta thesi . . . *πόσιος Ϝοῦ κουριδίοιο* ψ 150, ubi semiseptenariæ officit ea cæsura, quæ quartum pedem claudit, — d) in sexta thesi *θυγατέρος Ϝῆς* Φ 504, τ 400. — Iam magnus est eorum locorum numerus, qui minus probant. Mitto igitur diphthongum *ει* verbi *ἀμύνει* in quarta arsi productam Π 265 (cf. Ξ 240 et Hoffmann § 56 3), longas vocales diphthongosve in thesibus productas Λ 404, B 358, I 633, N 667, O 64, 505, δ 558, ε 15, η 3, 193, λ 273, ο 354, ρ 144, brevem vocalem in semiquinaria cæsura productam *ὅς τις ἐπίσταιτο* (*Ϝ*)*ῇσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν* Ξ 92 et θ 240, cf. ν 213 al. (p. 17). Deinde hi sunt in fine primi pedis hiatus Ψ 5, ξ 63, et in bucolica cæsura Δ 428, Z 500, Θ 284, N 8, 489, O 501, Π 445, P 27, Φ 45, Ψ 371, Ω 305, α 4, 83, 330, ε 444, ζ 278, ν 90, ξ 424, 448, π 192, ρ 303, 527, σ 8, υ 59, 239, 329, φ 5, 204, 315, ψ 57, 153, 345, ω 365; antecedunt vocales firmiores *ὅ* ξ 413, ω 167, *τό* Φ 305, X 459, λ 515, *τά* Φ 430, M 280, O 58, P 193, Σ 451, ι 250, 310, 343, ξ 153, *περί* P 133, ρ 471, termin. ι dat. sing.

tert. decl. *Η* 153, *Ψ* 769, *δ* 489. Tum breves syllabæ in consonas desinentes ante hoc pronomen producuntur in semiquinaria cæsura *Ρ* 260 (v. l.), *δ* 522, *ι* 34, in semiternaria *Η* 173, *Ι* 220, *Λ* 783, *Ω* 85, *α* 5, *π* 411, in semiseptenaria *Κ* 270, *Θ* 406, *α* 21, *ζ* 331: de tribus ultimis locis conferatur *τ* 273, ubi gravior est cæsura tertii pedis trochaica. Porro excipit hoc pronomen *ν ἐφ.* nom. *Β* 213, 775, *Θ* 544, *Ι* 455, *Λ* 731, 794, *Ν* 558, 609, *Σ* 430, *Τ* 19, 127, *Φ* 605, *Ψ* 319, *Ω* 248, *α* 117, 322, 444, *β* 34, *ε* 74, *ϑ* 368, *κ* 553, 557, *ν* 320, *π* 443, *ϱ* 355, *σ* 345, *ν ἐφ.* verb. *Β* 588, *Η* 127, *Ο* 112, *Φ* 330, 378, *γ* 272, *π* 221, 354, *ϱ* 517, *σ* 214, *τ* 35, *φ* 302, *ω* 505, *ν ἐφ.* adv. *κέν* *ξ* 32, 445, literam parag. adv. *οὐχ* *ν* 265, longas syllabas in consonas exeuntes *Ζ* 170, *Λ* 674, *Ξ* 346, *Χ* 107, *Ψ* 222, *α* 308, *β* 164, *ε* 26, 144, *ν* 251, 354, *ξ* 290, *π* 17, *ϱ* 228, *ψ* 346; ac postremo est in initio versuum *Λ* 72, 205, 412, *Γ* 333, *Δ* 294, *Ε* 328, *Ξ* 164, *Ο* 249, *Π* 274, 800, 857, *Ρ* 25, *Χ* 363, *Ω* 36, 409, 759, *α* 59, 78, 269, *β* 205, *γ* 280, *δ* 192, 741, *ε* 124, 126, *ι* 28, *κ* 115, *λ* 173, 199, 234, 279, *ο* 411, *π* 197, *τ* 248, *ω* 197. — Venimus ad locos digammo repugnantes. Qui emendationem patiuntur sunt fere hi: *Ζ* 474 *ὅ γ' ὅν* (*ὅ Ϝόν* Bentl., sequ. Hoffm. Bk.), *Λ* 517 *αὐτίκα δ' ὧν* (*δ'* del. Heyn., sequ. Hoffm. Bk.), *Μ* 162 *ᾤμωξέν τε καὶ ὧ* (*καὶ ἑώ* Bentl., *καὶ Ϝώ* Heyn. Hoffm. Bk.), *Ψ* 748 *ἀέϑλιον οὗ ἑτάϱοιο* (*ἄεϑλον* Heyn., *ἀέϑλια* Bk. coll. *ἄεϑλα* v. 740), *α* 41 *ἡβήσῃ τε καὶ ἧς* (om. *τε* duo cod. AB, *καὶ ἐϜῆς* coni. Bk.), *ο* 93 *αὐτίκ' ἄϱ' ᾗ* (*αὐτίκα Ϝῇ* Bk.), *ψ* 165 *ἀντίον ἧς* (*ἀντία* Bk.), *ψ* 247 *καὶ τότ' ἄϱ' ἣν* (*τότ' ἐϜήν* Bk.). Minoris autem alias Bekkeri emendationes facio ut in versu notissimo *ὀχϑήσας δ' ἄϱα εἶπε πϱὸς ὃν μεγαλήτοϱα ϑυμόν,* qui est *Λ* 403, *Ρ* 90, *Σ* 5, *Υ* 343, *Φ* 53, 552, *Χ* 98, *ε* 298, 355, 407, 464, ubi coniicit *ἄϱα εἶπε Ϝεόν* (l. p. *εἶπεν ἑϜόν*): in firma enim hac dicendi formula nulla apparet lectionis varietas. Qui restant loci sunt hi: *Λ* 609 (*πϱὸς ὅν*), *Ε* 165 (*δ' οἷς*), *Θ* 535 (*αὔϱιον ἥν*), *Π* 522 (*οὐδ' οὗ*), *Τ* 4 (*πεϱικείμενον ὃν φίλον υἱόν* — *υἱὸν ἑῆα* Bk.), *δ* 4 (*ἀμύμονος ᾧ* — contortum est *ἀμύμονα* Bk.), *η* 196 (*πϱίν γε τὸν ἧς*), *λ* 273 (*ὅ δ' ὅν*), *ν* 198 (*ἔπειτα καὶ ὤ*), *φ* 41 (*δέ μιν ἧς* — *δέ Ϝε* Bk.), *ω* 56 (*ἔϱχεται, οὗ* — *ἔϱχετ', ἑϜοῦ* Bk.). — — Quæ quum ita sint, quinque et quadraginta loci digamma requirere videntur, triginta (vel versu illo frequenter recurrente semel modo numerato viginti) aspernari, e quibus octo facilius possunt sanari; ceteri nullius sunt momenti.

In minoribus homericis carminibus digammi memoria ubique fere est servata. *Ϝέο brevem vocalem producit ἀπὸ Ϝέο* (IV th.) h. V 253. — *Ϝοῖ: producuntur καί* h. I 7 (I th.), *ὅππῃ* h. IV 208 (I a.),

δή h. v 205 (I a.), *ἤ* h. XXXI 5 (III a.), breves syllabæ in consonas desinentes *τὶς* h. I 46 (I a.), *γάρ* h. IV 9 (I a.), *μέν* h. IV 162 (II th.), *θεμιτόν* h. V 207 (V th.), atque *hiatus* sunt post hæc vocabula his locis *a*) in medio primo pede *τόφρα* h. V 37, *ῥά* h. III 26, *γέ* h. II 179, *οὐδέ* h. V 46, — *b*) in fine pedis primi *ἄρα* h. IV 10, *ῥά* h. III 400, h. V 53, *δέ* h. IV 164, 235, h. V 191, 445, batr. 236, *τέ* h. V 488, *ἤντετο* h. V 52, — *c*) in medio secundo pede *δέ* h. V 164, — *d*) in fine pedis secundi *ἄρα* h. IV 53, *δέ* h. IV 59, *τέ* h. XIX 31, — *e*) in fine pedis tertii *ῥά* h. IV [63], — *f*) in medio quarto pede *δέ* h. III 117, 426, h. IV 210, — *g*) in fine pedis quarti *μέγα* batr. 268, — *h*) in medio quinto pede *ὄφρα* h. II 97, *δέ* batr. 71, 244. Mitto longas vocales diphthongosve productas h. I 75, h. V 51, 195, 440, h. XXV 5; antecedit pronom. *τὶ* h. III 177, longæ syllabæ in consonas exeuntes h. III 132, h. IV 212. Obstat h. III 143 (*οὐδέ τίς οἱ*). — *Ϝέ hiatus* efficit his locis h. II 141 (*ἀλλά* 1), h. IV 267 (*τεμένη δέ Ϝε* 4), h. V 338 et 349 (*ὄφρα* 5), h. V 373 (*ἀμφί* 1). Prætereo corruptum versum h. III 239. — *Ϝός* in *hiatu* est h. II 142 (*μετὰ Ϝῇσι* 2), *longam vocalem producit* h. II 197 (*ἔγνω* II a.). Mitto hiatus, qui in fine primi pedis sunt h. II 164, 170, h. VII 16, et locos h. II 266, h. IV 203. Digammo repugnat h. V 246 (*δείσασ' ᾧ περὶ παιδί*).

Hoc loco in eam rem iuvat inquirere, num e productionibus illis brevium vocalium haud paucis *ἀπὸ Ϝέο E* 343 (IV th., septiens recurritur), *ἀπὸ Ϝέθεν Z* 62 tribusque aliis locis (IV th.), *τό Ϝοι X* 307 (I th.), *προτὶ Ϝοῖ Φ* 507 et *ποτὶ Ϝοῖ ω* 347 (VI th.), *ὃ δ' ἄρα Ϝῷ P* 196 (IV th.), *οὐδὲ Ϝούς B* 832 et *Λ* 330 (IV th.), *θυγατέρα Ϝήν E* 371 tribusque aliis locis (VI th.) coniiciamus oporteat non labialem solum spirantem sed etiam dentalem in carminibus condendis viguisse. Fuerunt enim qui hanc sententiam professi sint. Ac primo quidem aspectu veritatis speciem hæc sententia habet. Namque et breves vocales productæ duas consonas requirere videntur et figura illa **σϜός* medium tenet locum inter hom. *Ϝός* att. *ὅς* et *σφός*, quæ figura pro ea, quæ tert. pers. sing. est *ὅς*, inde ab Hesiodo haud raro a poetis est usurpata. Sed, ut de re posteriore prius dicam, hoc non magis probat quam figura *ἑός* pro *σφός* ab Hesiodo Op. 58 adhibita, ambas scilicet figuras esse inter se permutatas. Iam vero iterum ac sæpius demonstravimus singularem digammi fuisse vim ad breves vocales antecedentes producendas. Quod si putamus solum digamma sufficere ad breves vocales producendas et in media voce *ἀπο-Ϝειπών T* 35 et in compositione verborum *ἄρα Ϝέρξαν ξ* 411 (II th.), *ἡμεῖς δὲ ϜιϜάχοντες δ* 454 (II th.), sim., idem

in dicendi formulis *ἀπὸ Ϝέο, ἀπὸ Ϝέθεν, ὃ δ' ἄρα Ϝῷ, οὐδὲ Ϝούς* accidisse haud temere existimaverimus. Atque si re vera dixisset poeta vel *οἱ ῥαψῳδοὶ* recitassent *θυγατέρα σϜήν*, haud scio an statuendum fuerit hunc duarum consonarum *σϜ* sonum ipso metro certissime defensum itaque diutissime servatum ad aliarum eiusdem stirpis figurarum similitudinem (cf. *πατέρα σφόν ω* 411) in consonas *σφ* transiisse, quod nihilo magis offendisset quam perversus ille pronominis *σφός* apud alios poetas usus, de quo iam diximus.

St. **σϜεθ Ϝεθ ἐθ *Ϝέθ-ω ἔθ-ω,* pf. *εἴ-ωθ-α,* soleo, consuevi, *(Ϝ)ἔθ-ος* consuetudo, mos, *Ϝῆθ-ος ἦθ-ος* locus ubi quis commorari consuevit, stabulum, *(Ϝ)ἠθεῖο-ς* familiaris, dilectus.

Sscr. *svadhâ* voluntas, vis, *anu svadhâ-m* ex consuetudine; — lat. *sodâ-li-s;* — got. *sid-u-s ἦθος,* consuetudo, mos, *sid-ôn μελετᾶν.* — Curtius Etym. 236, Meyer goth. Spr. 155. — Sanscritam vocem, quam Bopp et Wilson ignorant, a Curtio repetivi collato Fickio 219. Hanc vocem compositam esse a st. pron. *sva-* gr. *Ϝε-* lat. *se-* et rad. *dhâ* 'ponere, habere' iam Benfeius I 373 coniecit. Sententiam eius assumpserunt atque amplificarunt Kuhn et Curtius. Gr. *ἠθεῖος* propriam habet apud Homerum significationem artioremque usum, quum maxime frater natu maior a minore fratre hoc nomine appellatur; lat. *sodalis* is est, quo ut familiariter utamur, nostra consuetudo fert. — Ad digamma græcarum vocum comprobandum succurrunt duæ gl. Hesych. *εὐέθωκεν· εἴωθεν (ε-ὐέθ-ω-κ-ε-ν* pro lesb. accipit Ahr. II 340) et *γηθία· ἦθη:* de hac glossa dubitat Schmidt, Ahr. II 54 coniicit *γήθεα.* Pf. *εἴ-ωθ-ε* a figura **ἔ-σϜοθ-ε* (l. **σέ-σϜοθ-ε?*) ducenda est: producta vocalis *ω* digammo evanescenti debetur, cf. Brugman, Curtii Stud. IV 170. Præterea vestigia digammi apparent in duplicatis vocabulis *ἀ-ηθ-έσσ-ω* insuetus sum *K* 493, *ἀ-ήθ-ης* insuetus, *ἀ-ήθεια* (batr. 72), *χορο-ήθης* h. XIX 3, *χειρ-ο-ήθης* al. Addimus vocem *ἦθος* et hiatus efficere Pind. Ol. XI 21 (*διαλλάξαιντο Ϝῆθος*), Hesiod. Op. 699 (*ἵνα Ϝήθεα,* est in fine tertii pedis) et particulam *καί* producere Hesiod. Op. 167, 222, 526, Th. 66.

Hæc verba perraro ab Homero usurpantur et solum *ἦθος* consonam initialem requirit.

(Ϝ)ἔθω: non est nisi *(Ϝ)ἔθων* post *ν ἐφ.* verb. *I* 540, *Π* 260. — Perfecti vero figuræ *εἴωθε* et *ἔωθε,* ut a digammo eas non ince-

pisse diximus, ita illa voces elisione minutas subsequitur *E* 766, *ϱ* 394, hæc autem correptas diphthongos *Θ* 408, 422; e locis, ubi est partic. *εἰωθώς*, nihil efficitur *E* 203, 231, *Z* 508, *O* 265.

ϝῆθος ἦθος. Digamma requirit durissimus *hiatus* in fine pedis tertii post semiquinariam *ξ* 411 *τὰς μὲν ἄρα ἔρξαν κατὰ ϝήθεα κοιμηθῆναι*. — Aspernatur consonam unus versus *ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων* *Z* 511 et *O* 268, ubi facile cum Heynio Hoffmanno Bekkero coniicimus proprie fuisse *μετὰ ϝήθεα*.

ἠθεῖος est in initio versuum *Z* 518, *X* 229, 239, longam syllabam in consonam desinentem excipit *K* 37. — Repugnant consonæ initiali *Ψ* 94, *ξ* 147.

(ϝ)ἔθος non est nisi batr. 34 post verbum *τρώγειν*.

*(σ)ϝεκυρό-ς ἑκυρό-ς socer, (ϝ)ἑκυρή socrus.

Sscr. *çvaçura-s* socer, *çvaçrû-s* socrus; — lat. st. *socero- soceru-s* (Plaut.) *socer*, *socru-s*; — got. *svaihra* (st. *svaihran-*) *πενθερός*, *svaihrô* (st. *svaihrôn-*) *πενθερά*. — Curtius Etym. 130, Bopp Gl., Meyer goth. Spr. 326. — Nullam in græca lingua reperimus digammi memoriam nisi quod e loco homerico *Γ* 172 elici potest. — Ac contra Kayserum, Philol. XVIII (1862) p. 693, contendere non dubito digammo indigere productionem illam, quæ est in hoc versu *Γ* 172 *αἰδοῖός τέ μοί ἐσσι, φίλε ϝεκυρέ, δεινός τε*, namque, quæ est trochaicæ tertii pedis cæsuræ gravitas, quarta thesis neque cæsura confirmatur neque a sententiæ ratione vim quandam maiorem accipit; aliter se habet ea productio, quæ in eadem versus sede est *π* 206, cf. p. 17, 18. Reliqui loci neque requirunt digamma neque aspernantur. *(ϝ)εκυρός* excipit longam vocalem *η* nominis *ἑκυρή* in secunda thesi productam *Ω* 770, *(ϝ)εκυρή* autem firmissimam particulam *ἤ* *Ω* 770, vocem *αἰδοίης* *X* 451.

R. *σϝελ ϝελ-ένη Ἑλ-ένη, Ἕλ-ενο-ς n. pr.

Quid sit etymon horum nominum, ambigi vix potest. Namque non seiungenda sunt a vocabulis *ἑλ-άνη* 'fax' Athenæus, *ἑλ-ένη* '*λαμπάς, δετή*' Hesych. (cf. ann. Schmidtii). Atqui cum his vocabulis, præeuntibus Curtio Etym. 503 et Pottio Ww. I 925, conferimus et voces *σέλ-ας* fulgor, *σελ-ήνη* luna et voces *σείρ* sol (Suid.), *σείρ-ιο-ς* fervens, Sirius, sol (Hesych.) et gl. Hesych. *βέλα· ἥλιος, καὶ αὐγή, ὑπὸ Λακώνων, γέλαν· αὐγὴν ἡλίου*, et comparamus sscr. *svar* coelum, *sûr-a-s sûr-ja-s* sol, lat. *ser-esc-o*, *ser-ênu-s*, *sôl*, scand.

vet. *sól*, unde coniici potest antiquissimam radicem **svar* in græca lingua in tres figuras **σϝεϱ σεϱ*, **σϝελ σελ*, **σϝελ ϝελ* abiisse. Neque solum ex glossis illis Hesychianis de digammo huius radicis græcæ licet concludere, sed in nomine *Ἑλένη* abundant testimonia ab antiquitate tradita. Ab antiquis Græcis vel certe a Boeotis Æolibus Laconibus figuram *Ϝελένη* esse usurpatam auctores sunt Dionys. Halic. Antiqu. Rom. I 20, Trypho *πάθη λέξ.* § 11, scholiastes *εἰς τὴν Διονυσίου γραμματικήν* (Bekker Anecd. græca II 778), Marius Victorinus I 2461 P., Priscianus Inst. I 20 K., qui affert versum *Ὀψόμενος Ϝελέναν ἑλικώπιδα* (cf. fragm. adesp. 31 Bergk). Ac quum Quintilianus Inst. I 4, 15 commemorat Romanos aliquando dicere *Belenam*, hanc figuram eos a Laconibus accepisse censemus. Postremo exstat fortasse digammi vestigium in versu quodam *Τυνδαρίδα Ἑλέναν φέρετον, Αἴθραν δ' Ἀθέναθεν* | *ἕλκετον*, quæ verba in arca Cypseli inscripta fuisse narrat Pausanias V 19. Cf. Hjelt dig. 29. Quin nom. masc. *Ἕλενο-ς* cum nomine *Ϝελένη* coniungendum sit, non potest dubitari.

Apud Homerum nulla apparent digammi vestigia, immo vero loci longe plurimi consonam aperte aspernantur.

Ἑλένη. Manifestum est nihil eo demonstrari, quod breves syllabæ in consonas exeuntes producuntur in semiternaria cæsura maiore interpunctione firmata *ο* 104 et 123 (*ἀργύρεον· Ἑλένη δὲ παρίστατο κτλ.*, cf. p. 28 *b β a*) vel in semiquinaria *δῖος Ἀλέξανδρος, Ἑλένης πόσις ἠυκόμοιο Γ* 329, *Η* 355, *Θ* 82, quibus versibus simillimi sunt *Λ* 369, 505, *Ν* 766. Neque e diphthongo *αι* vel longa vocali nom. *η* in thesibus productis *Β* 590, *Χ* 114, *δ* 184, *ο* 106, *ψ* [218] licet quicquam concludere: cf. Hoffmann §§ 57 4, 58 2, 50 5. Tum antecedit *οὐχ Ι* 339, vox *Ἀργείην Β* 161, 177, *Γ* 458, *Δ* 19, 174, *Η* 350, *Ι* 140, 282, aliæ longæ syllabæ in consonas exeuntes *Ζ* 292, *Τ* 325, *δ* 12, 569, *λ* 438, *ο* 58. — Reliqui loci digammo repugnant. Sunt hi: *Β* 356, *Γ* 70, 91, 121, 154, 161, 171, 199, 228, 282, 285, 383, 418, 426, *Ε* 707, *Ζ* 323, 343, 360, *Η* 401, *Λ* 125, *Ω* 761, *δ* 121, 130, 219, 296, 305, *ξ* 68, *ο* 100, 126, 171, *ϱ* 118, *χ* 227.

Ἕλενος longas syllabas in consonas desinentes excipit *Ζ* 76, *Μ* 94, *Ν* 582, *Ω* 249. — Consonam initialem respuunt loci *Ε* 707, *Η* 44, *Ν* 576, 758, 770, 781.

**σϝέξ ϝέξ ἕξ* sex, *ϝεξή-κοντα ἑξή-κοντα* sexaginta, *ϝέκ-το-ς ἕκ-το-ς* sextus.

Sscr. *shash* sex, *shash-tha-s* sextus; zend. *khshvas* sex; — lat. *sex*, *sex-tu-s*; — got. *saihs*, *saihs-ta*. — Curtius Etym. 358, Schleicher Comp. 481. — Consona *v*, quam etiam in armenica lingua et in celtica apparere docent Meyer goth. Spr. 155 et Bopp Gl. 400, in græca lingua certissime ipsis titulis demonstratur, unde formam græcoitalicam fuisse *sveks* non sine causa statuimus. Sunt illa titulorum testimonia hæc: *ϝέξ*[1]) legitur in titulo delphico, Wescher et Foucart, Inscriptions recueillies à Delphes (Paris 1863) n. 480 (cf. Wescher, Annali 1866 vol. 38 p. 7, 14 et Savelsberg n. 33), deinde in titulo lacon. CIG. n. 1511 a v. 20 exstat *FEXE* - - - i. e. *ϝεξήκοντα*, ut veri simillime coniecit Kirchhoff, Studien zur Gesch. d. griech. Alphabets (Berlin 1867) p. 95, tum tabulæ heracl. præbent hæc: *ϝέξ* I vv. 20—143 (ter), II vv. 34—97 (duodeciens), *ϝεξήκοντα* II vv. 36—102 (noviens), *ϝεξακατίαι* I v. 19, *ϝεξακατίων* II vv. 41—71 (quater), *ϝέκτα* II v. 106. Si quis eam ob causam, quod in tabulis heracliensibus adhibita est nota *Ϝ*, suspicatur non labialem spirantem sed dentalem esse indicatam, teneat ubique digamma esse in his tabulis per illam notam redditum etiam in iis vocibus, in quibus digamma, non sibilantem consonam, fuisse inter omnes constat ut *ϝίκατι ϝέτος* al., dentali autem spiranti vulgatam esse notam *Σ*: inspiciatur Meister, Curtii Stud. IV 362, ubi literatura heracliensis est veris literarum formis expressa.

In carminibus homericis vestigia digammi non prorsus desunt. Non ascripsit consonam Bekkerus.

ϝέξ *ἕξ*. Digamma requirere videtur levissimum *pron. tert. pers.* *οἱ* in prima arsi *productum* *E* 270 *τῶν οἱ ϝὲξ ἐγένοντο ἐνὶ μεγάροισι γενέθλη* (cf. p. 33), et fortasse etiam e versu *χ* 252 *ἀλλ' ἄγεθ' οἱ ϝὲξ πρῶτον ἀκοντίσατ', εἴ κέ ποθι Ζεύς* licet de servato digammo coniicere, quum hanc pronominis demonstrativi vel articuli *οἱ* productionem rariorem esse confiteatur Hoffmann § 50 4 annot., quo accedit ut secundæ thesis vis hic ea cæsura, quæ in fine primi pedis est gravior, debilitetur necesse sit. — Mitto terminationem nom. *οι* in semiquinaria cæsura productam *π* 248 et breves syllabas in consonas exeuntes in eadem versus sede productas *Ω* 604, *κ* 6. Tum est hæc vox in initio versuum *E* 641, *H* 247, *Ω* 399, 604, *ι* 60, *κ* 6, *μ* 90, 110, 246. — Duo loci consonam respuunt: *Ψ* 741 (*τετυγμένον· ἓξ δ' ἄρα μέτρα*) et *ω* 497 (*Ὀδυσῆ', ἓξ δ' υἱεῖς*).

ἕκτος est in initio versus *B* 407. Repugnat digammo *γ* 415

[1]) Fallitur Meister, Curtii Stud. IV 405, contendens in hoc titulo deesse ultimam literam *ξ*: est illa autem, ut et alias sæpe fit et in hoc ipso titulo v. 5 *ἀπέδειξαν* videri licet, per notam *X* reddita.

(τοῖσι δ' ἐπειϑ' ἕκτος). — A nomine ἑξήκοντα initium capiunt versus *B* 587, 610. Obstat ξ 20 οἳ δὲ τριηκόσιοί τε καὶ ἑξήκοντα πέλοντο, quem locum levissima mutatione deleta particula τε sanari neminem fugit. — Tum (ϝ)εκκαιδεκάδωρα excipit longam syllabam in consonam desinentem *Δ* 109, (ϝ)εξέτε' est in initio versuum *Ψ* 266, 655, (ϝ)εξῆμαρ item κ 80, μ 397, ξ 249, ο 476. ἑξάετες digamma aspernatur γ 115 (γε καὶ ἑξάετες).

St. *σϝε-τα- ϝέ-τη-ς familiaris, ἑταῖρο-ς ἕταρο-ς sodalis, socius.

Vocem ϝέτης et probabiliter etiam voces ἑταῖρος ἕταρος a stirpe pronominis tertiæ personæ *σϝε- ϝι- ducendas esse auctor est Curtius Etym. 366, 638, id quod iam Benfey II 202 suspicatus erat. Posteriores voces nondum plane sunt explicatæ, de priore autem vix possumus dubitare, quum et significatio huic interpretationi faveat et certissimum exstet digammi testimonium in titulo CIG. n. 11 v. 8, ubi est ϝέτας. De significatione huius vocis in posteriore lingua græca conf. Hesych. s. v. ἔται.

Vox ϝέτης certissima ostendit in homericis carminibus digammi vestigia, non item voces ἕταρος ἑταῖρος quæque ab iis sunt profectæ.

ϝέται. Digamma requirunt hi *hiatus a*) in secundo pede μάλιστα ϝέτας *H* 295, πολλὰ ϝέται *I* 464, ἠδὲ ϝέται δ 16, — *b*) in quinto pede κασίγνητοί τε ϝέται τε *Π* 456, 674, ο 273, κασιγνήτους τε ϝέτας τε *Z* 239. — Antecedit ν ἐφ. nom. *Z* 262, δ 3, verbum προτέρων *Λ* 691. — Nihil igitur obstat.

ἕταρος ἑτάρη ἑταρίζω. Non facile diiudicatur, quid productioni illi duriori tribuendum sit, quum particula καί in secunda thesi producitur tribus locis νηί τε καὶ ἑτάροις λ 113, μ 140, νηί τε καὶ ἑτάροισι λ 161. At vix quicquam e loco *E* 534 Αἰνείω ἕταρον (II th.) licet coniicere, quum, etiam si mittimus v. l. Αἰνείεω, vocalis ω contractione vocalium εω graviorem sibi ascivisse vim existimanda sit: aliter se habet Βορέω *Ψ* 692, *Ξ* 395, ubi, si hæc vera est lectio, sola vocalis ω producatur necesse est, qua de re dubitat Hoffmann I 61. Atque *O* 519 Φυλείδεω, δ 536 Ἀτρείδεω hæc vox excipit. Certe nihil ceteræ longarum vocalium diphthongorumve productiones demonstrant, quæ in thesibus fiunt *Δ* 441, *E* 325, *K* 235, 242, *Λ* 91, *Π* 581, *Ψ* 748, *Ω* 4, 416, γ 432, ο 496, φ 216, neque breves syllabæ in semiternaria cæsura productæ *Π* 269, *Ψ* 137 vel in semiquinaria *T* 345, κ 225, ο 529. Alios locos, ubi longæ syl-

labæ in consonas exeuntes antecedunt velut *Α* 179, 183 cet., hic missos facio. Obstant vero consonæ initiali hi loci: *Γ* 32, *Ε* 514, *Ζ* 6, *Ι* 658, *Ν* 533, 566, 648, 710, *Ξ* 408, *Π* 240, 268, *Σ* 102, *Φ* 32, *Ψ* 6, 252, 848, *Ω* 51, 473, 590, 643, 793, *α* 182, 304, *γ* 361, *ι* 92, 230, *κ* 34, 68, *σ* 350, *χ* 208, *ω* 300. — Quum igitur consonam respuant unus et triginta loci — et forsitan plures sint, nam in hac quæstione non diligentius omnes locos collegi —, audacius sine dubio sit, si e sola illa particulæ *καί* productione — eadem enim verba tribus istis locis recurrunt — de servata consona statuamus, cuius ceteroquin nulla prorsus exstet memoria. Cf. supra p. 34.

ἑταῖρος ἑταίρη ἑταιρίζω. Hiatus, qui est *μ* 335 *ἤλυξα ἑταίρους*, sine dubio firmiore huius vocalis finalis natura iuste excusatur, cf. Thiersch Gram. § 164 3. Aspernantur consonam hi loci: *Α* 345, *Β* 417, *Θ* 125, *Ι* 2, *α* 5, *δ* 374, *ε* 16, 110, 133, 141, *η* 251, *ϑ* 584, *ι* 60, 63, 100, *ρ* 271. Reliquos locos prætereo. — Minora carmina hic omisi.

St. **σϝι-διο- ϝίδιο-ς ἴδιο-ς*.

Etiam hanc vocem a stirpe pron. tert. pers. **σϝε- ϝε-* profectam esse non sine causa censet Curtius Etym. 366. Ac digamma titulorum testimoniis certissime demonstratur: *ϝίδιον* est in duobus titulis coronæis (cf. Preller, Berichte der kön. Sächs. Ges. d. Wiss. 1854 tab. IX p. 200), et *ϝιδιοξένω* in titulo locr. priore ab Oeconomida edito B v. 3, tum tabulæ heracl. præbent *τὰν ϝιδίαν γᾶν* I vv. 13—75 (septiens), *ἐν τᾷ ϝιδίᾳ γᾷ* ib. v. 67, *γᾶν ϝιδίαν* II v. 21, *ϝιδίαν* ib. v. 25. Iam vestigia digammi apparent in hiatu pindarico Ol. XIII 47 (*ἐγὼ δὲ ϝίδιος*) et apud Theogn. v. 440 (*τὸν δ' αὐτοῦ ἴδιον κτλ.*). Inter *ϝίδιος* et *ἴδιος* medium locum tenet figura *ἴδιος*, quam in titulis nonnullis inveniri docet Meister, Curt. Stud. IV 404.

ἴδιος duobus modo est apud Homerum locis: *δ* 314 excipit particulam *ἤ* in secunda thesi productam, unde nihil concludi posse patet, et *γ* 82 legitur *ἤδ' ἰδίη*.

R. **σϝιδ* **ϝιδ ἰδ ἰδ* **ϝἰδ-ί-ω* *ἰδ-ί-ω* sudo, *(ϝ)ἰδ-ρώ(τ)-ς* sudor, *(ϝ)ἰδ-ρό-ω* sudo.

Sscr. *svid-jâ-mi* sudo, *svêd-a-s* sudor; — lat. *sûd-o, sûd-or;* — scand. vet. *svit-i sveit-i* sudor, *sveit-a* sudare. — Curtius Etym. 227, Bopp Gl., Egilsson Lex., Fick 221. — Nullam prorsus in græca lingua digammi memoriam invenimus, nisi quid fortasse inde possit re-

peti, quod vocalis ι producitur in vocibus ἰδίω ἴδος. Sed de hac re nihil pro certo habeo. Dubia sane est coniectura Hermanni et Schneidewini ϝίδρως Sapph. fr. 2, 13. Et abiectam consonam ostendit duplicatum ἀν-ιδρωτί *O* 228.

Neque apud Homerum certum manifestumque digammi vestigium apparet.

ἰδίω. ἴδιον est in initio versus *υ* 204.

ἱδρώς excipit vocem θαλάσσης *K* 574, ν ἐφ. verb. *Λ* 811, *Ψ* 507, 715, et est in initio versuum *Δ* 27, *E* 796, *Φ* 561, *X* 2. — Repugnant consonæ hi loci: *K* 572, *Λ* 621, *N* 705, 711, *O* 241, *Π* 109, *P* 385, 745, *Φ* 51, *Ψ* 688, *λ* 599.

ἱδρόω. Unus, qui dubitationem quandam movet, locus est *Δ* 27 ἱδρῶ θ' ὃν (ϝ)ἴδρωσα μόγῳ, καμέτην δέ μοι ἵπποι. Quæ causa in eo consistit, utrum cæsura in fine primi pedis hic inesse putanda sit an semiternaria. Neque tamen sententiæ ratione videtur impediri, quin semiternariam sumamus, præsertim quum sequatur semiseptenaria gravioris momenti, quæ vim semiternariæ quodam modo auget ac confirmat. Et licet similem locum non invenerim, conferamus tamen *τ* 273, *T* 49, ubi post maiorem in tertio pede interpunctionem semiseptenariæ cæsuræ vi producuntur particulæ ἀτάρ γάρ. Deinde ab hac voce incipiunt versus *B* 388, 390, *Λ* 598. — Quatuor loci consonam initialem aspernantur: *Θ* 543, *Λ* 119, *Σ* 372, *δ* 39.

Sequitur ut de iis vocibus pauca verba faciamus, quæ a coniunctis consonis σϝ olim incipientes dentalem spirantem in græca lingua servarunt. Quarum in numero hæ maxime videntur esse referendæ.

σαίν-ω (pro *σαν-jω) motito caudam. — Fortasse cum hoc verbo conferre licet germ. medii ævi *swanz*, Curtius Etym. 647. Ita iustam explicationem accipit duplex sibilans litera, quæ inest in duplicatis περι-σσαίνουσι *π* 10, περί-σσαινον *π* 4, περι-σσαίνοντες *κ* 215. — Hoc verbum est in initio versuum *κ* 217, 219, *π* 6, (h. IV 70). Tum est *ρ* 302 μέν ῥ' ὅ γ' ἔσηνε.

σάλπ-ιγξ tuba, σαλπίζ-ω tuba cano. — Lit. *svilp-ine* tibia. Curtius Etym. 270. — Labialem spirantem respuunt loci *Σ* 219, *Φ* 388, (batr. 200).

σείω quatio, moveo. — Non sine dubitatione hoc verbum cum sscr. *su-nô-mi* 'succum (pistillo) exprimo' coniungimus; cf. Curtius Etym. 347, 367. Duplicem consonam initialem certe prodit figura augmento instructa ἐ-σσείοντο *Y* 59, quo accedunt duplicata ἀνα-σσείασκε h. II 225, ἐπι-σσείῃσιν *Δ* 167, ἐπι-σσείων *O* 230, περι-

-σσείοντο *Τ* 382, *Χ* 315, ὑπο-σσείουσιν ι 385. — Nihil probant loci *Ν* 805, γ 486, ο 184, *Γ* 345, *Ε* 563, *Θ* 199, *Ι* 583, *Ν* 135, 558, Ο 321, *Χ* 133, (h. XXVIII 9, batr. 167). Sed *Ξ* 285 est ποδῶν ὑπο σείετο ὕλη.

σέλ-ας fulgor, σελ-ήνη luna. — De his vocibus iam supra p. 218 diximus. — Obstant alteri consonæ vocis σέλας *Θ* 76, 509, 563, *Τ* 374, 375, φ 246, vocis σελήνη *Θ* 555, *Ρ* 367, *Σ* 484, δ 45, ι 144, ω 188. Reliquos locos missos facio.

σέλ-μα transtrum. — Forsitan hæc vox cum gr. σάλο-ς iactatio, motus, germ. vet. *swellan* intumescere, turgere coniungenda sit itaque iuste excusetur duplex consona, quæ in duplicato ἐύ-σσελμο-ς *Β* 170, β 390 al. apparet. — σέλμα non est nisi h. VII 47, ubi legimus λέων δ' ἐπὶ σέλματος ἄκρου.

σīγ-ή silentium, σīγά-ω sileo. — Conferimus scand. vet. *sveig-ja* flectere, germ. vet. *swîg-ên*, *swîk-ên* silere. Curtius Etym. 354, Schade Altd. Wb. Res est tamen subobscura. — Labialem spirantem non admittunt *Τ* 255, δ 776, η 30, σ 142. Alios locos hic omitto.

σί̄δ-ηρο-ς ferrum, σιδήρεο-ς σιδήρειο-ς ferreus. — Probabilis est explicatio Curtii Etym. 231, ex qua gr. σί̄δ-ηρο-ς confertur cum sscr. *svid-i-ta-s* liquefactus, conflatus, *svêd-ani* lamina ferri. — Ut hæc verba incommodam, si licet ita dicere, habent mensuram, ita omnes loci alteram consonam non ferunt: *Δ* 123, 485, 510, *Ε* 723, *Ζ* 48, *Η* 141, 144, 473, α 184, 204, δ 293, ε 191, ι 393 al.

De origine verbi σεύ-ω nihil constat. Neque Ebelii interpretatio Kuhn's Zschr. I 300 neque Pottii Ww. I 693 potest accipi. Manifestum est græcam radicem esse συ; radix quædam *σϝυ per se ipsa minus est probabilis. A duabus tamen consonis hoc verbum olim incepisse haud dubie demonstrant duplicata ἐπι-σσεύῃ ε 421, ἐπι-σσεύας ξ 399, ἐπι-σσεύεσθαι *Ο* 347, θεό-σσυτο-ς una cum θεό-συτο-ς Æsch. et figuræ augmento ornatæ ἐ-σσεύοντο ἔ-σσευα ἔ-σσυμαι ἐ-σσύμην al., tum ipse homericus locus *Ρ* 463 ἀλλ' οὐχ ᾕρει φῶτας, ὅτε σεύαιτο διώκειν, ubi durior brevis vocalis finalis productio post graviorem tertii pedis cæsuram memoriam earum productionum revocat, quas in commissura verborum duplicatorum factas vidimus. Minus fortasse alter locus probat *Ψ* 198 ὕλη τε σεύαιτο καήμεναι. ὠκέα δ' Ἶρις, cf. ι 293 al. (p. 23). Ceteri loci uno *Ε* 293 excepto neque requirunt alteram consonam neque respuunt: *Γ* 26, *Ζ* 133, 505, *Η* 208, *Λ* 293, 415, ε 51, ξ 35 al. Atque hoc uno loco valde fluctuant lectiones et Zenodoteæ lectioni ἐξεσύθη præferenda videtur Aristarchea ἐξελύθη, cf. Ameis ad h. l. Anhang. Addo συν-έσσευε esse h. III 94.

Iam ad finem ea oratio est adducta, qua de vocibus a vocalibus literis in communi græca lingua incipientibus nobis erat disputandum. Restat ut eas voces tractemus, quæ a coniunctis consonis *δϝ(δj) κϝ λϝ τϝ* vel *ϝρ ϝλ* olim videntur incepisse. At quum iam longius excurrerit hæc nostra oratio, liceat nobis eam, quæ superest, partem aliud in tempus differre.

Explicantur ea, quibus præcipue usus sum, compendia.

Ahrens Dial. l. Ahr. — De græcæ linguæ dialectis scr. H. L. Ahrens. I, II. Gottingæ 1839, 43.

Ahrens Formenl. — Griechische Formenlehre von H. L. Ahrens. Zw. Aufl. Götting. 1869.

Annali — Annali dell' instituto di corrispondenza archeologica. Roma 1829 sq. a.

Bekker hom. Bl. — Homerische Blätter von Immanuel Bekker. Bonn 1863, II ib. 1872.

Benfey — Griechisches Wurzellexicon von Th. Benfey. I, II. Berlin 1839, 42.

Bopp Gl. — Glossarium comparativum linguæ sanscritæ. Scr. Fr. Bopp. Ed. tertia. Berol. 1867.

Buttmann Lexil. — Lexilogus, oder Beiträge zur griechischen Wort-Erklärung von Ph. Buttmann I (Zw. Aufl.), II. Berlin 1825.

Buttmann Sprachl. — Ausführliche Griechische Sprachlehre von Ph. Buttmann. I (Zw. Ausg.), II. Berlin 1830, 27.

Christ Lautl. — Grundzüge der griechischen Lautlehre von W. Christ. Leipz. 1859.

CIG. — Corpus Inscriptionum Græcarum. Ed. A. Boeckhius et I. Franzius. I—III. Berol. 1828—1853.

Corssen Ausspr. — Über Aussprache, Vokalismus und Betonung der Lateinischen Sprache von W. Corssen. Zw. Ausg. I, II. Leipz. 1868, 70.

Corssen Beitr. — Kritische Beiträge zur Lat. Formenlehre von W. Corssen. Leipz. 1863.

Curtii Stud. — Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik herausgeg. von G. Curtius. I—V. Leipz. 1868—72.

Curtius Erläut. — Erläuterungen zu meiner griech. Schulgrammatik von G. Curtius. Zw. Aufl. Prag 1870.

Curtius Etym. — Grundzüge der griechischen Etymologie von G. Curtius. Dritte Aufl. Leipzig 1869.

Curtius Temp. u. Modi — Die Bildung der Tempora und Modi im Griechischen und Lateinischen von G. Curtius. Berlin 1846.

Doederlein hom. Gl. — Homerisches Glossarium von L. Doederlein. I—III. Erlangen 1850—58.

Egilsson Lex. — Lexicon poëticum antiquæ linguæ septentrionalis. Conscr. Sv. Egilsson. Hafniæ 1860.

Fick — Vergleichendes Wörterbuch der Indogermanischen Sprachen von A. Fick. I, II. Göttingen 1870, 71.

Franz Elem. epigr. Græc. — Elementa epigraphices Græcæ scr. I. Franzius. Berol. 1840.

Fulda Unters. — Untersuchungen üb. die Sprache der homerischen Gedichte von A. Fulda. I. Duisburg 1865.

Gab. u. Loebe Gl. — Glossarium der gothischen Sprache von H. C. v. d. Gabelentz u. J. Loebe. Leipz. 1843.

Giese Æol. Dial. — Ueber den Æolischen Dialekt. Von A. Giese. Berlin 1837.

Hesych. — Hesychii Alexandrini lexicon rec. M. Schmidt. I—IV. Jenæ 1858—64.

Hjelt dig. — Disquisitio academica de digammate. Scr. F. G. G. Hjelt. Helsingforsiæ 1844.

Hoffmann — Quæstiones homericæ. Scr. C. A. J. Hoffmann. I, II. Clausthaliæ 1842, 48.

Kühner Ausf. Gram. — Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache. Zw. Aufl. I, II. Hannover 1869—72.

Kuhn's Zschr. — Zeitschrift für vergleichende sprachforschung auf dem gebiete des deutschen, griech. u. latein. herausgeg. von (Aufrecht u.) A. Kuhn. I—XX. Berlin 1852—72.

La Roche Textkr. — Die Homerische Textkritik im Alterthum von J. La Roche. Leipz. 1866.

La Roche Unters. — Homerische Untersuchungen v. J. La Roche. Lpz. 1869.

Leake Trav. in north. Gr. — Travels in northern Greece. By W. M. Leake. I—IV. London 1835.

Leskien dig. — Rationem quam I. Bekker in restituendo digammo secutus est examinavit A. Leskien. Lips. 1866.

Lobeck Path. — Pathologiæ græci sermonis elementa scr. C. A. Lobeck. I, II. Regimontii Bor. 1853, 62.

Meyer goth. Spr. — Die gothische Sprache von Leo Meyer. Berlin 1869.

Meyer vgl. Gram. — Vergleichende Grammatik der griechischen u. lateinischen Sprache von Leo Meyer. I, II. Berlin 1861, 65.

Oeconomides tit. locr. I — *Λοκρικῆς ἀνεκδότου ἐπιγραφῆς διαφώτισις ὑπὸ Ι. Ν. Οἰκονομίδου. Ἐν Κερκύρᾳ* 1850.

Oeconomides tit. locr. II — *Ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα τὸ πρῶτον ὑπὸ Ι. Ν. Οἰκονομίδου ἐκδοθέντα καὶ διαλευκανθέντα. Ἐν Ἀθήναις* 1869.

O. Meyer Quæst. — Quæstiones homericæ. Scr. O. Meyer. Bonnæ 1868.

Pohl dig. — Commentationis philologicæ de digammate Homericis carminibus restituendo Pars I. Scr. J. C. Pohl. Breslau 1854.

Pott I^1 II^1 — Etymologische Forschungen auf dem Gebiete der Indo-Germanischen Sprachen von A. F. Pott. Lemgo 1833, 36.

Pott I^2 II^2 — Etymologische Forschungen von A. F. Pott. Zw. Aufl. I, II: 1. Lemgo & Detmold 1859, 61.

Pott Ww. — Wurzel-Wörterbuch der Indogermanischen Sprachen von A. F. Pott. I, II: 1, 2. Detmold 1867—70.

Rangabé Antiqu. Hellén. — Antiquités Helléniques par A. R. Rangabé. I, II. Athen 1842, 55.

Richert Ljudlag. — Bidrag till läran om de konsonantiska ljudlagarne af M. B. Richert. Upsala 1866.

Savelsberg dig. — De digammo eiusque immutationibus dissertatio. Scr. J. Savelsberg. Berol. 1868.

Schade Altd. Wb. — Altdeutsches Wörterbuch von O. Schade. Halle 1866.

Schleicher Comp. — Compendium der vergleich. grammatik der indogermanischen sprachen von A. Schleicher. Dritte Aufl. Weimar 1871.

Spitzner Pros. — Versuch einer kurzen Anweisung zur griechischen Prosodik von Fr. Spitzner. Dritte Aufl. s. l. 1828.

Spitzner vers. her. — De versu Græcorum heroico maxime Homerico scr. Fr. Spitzner. Lips. 1816.

Thiersch Gram. — Griechische Grammatik von Fr. Thiersch. Dritte Aufl. Leipz. 1826.

Westergaard Rad. — Radices linguæ Sanscritæ definivit illustravit N. L. Westergaard. Havniæ 1841.

Westphal Metrik d. Griech. — Metrik der Griechen von A. Rossbach u. R. Westphal. Zw. Aufl. I, II. Leipz. 1868.

CORRIGENDA.

p.	56	v.	26	*pro*	referendæ	*scrib.*	referenda
„	78	„	23	„	(ϝ)έλικτες	„	(ϝ)ελικτός
„	106	„	37	„	interest	„	est momenti
„	109	„	32	„	Corssen l. l.	„	Corssen Beitr. 313.
„	127	„	10	„	Mueller	„	Müller